DE SEX DIEBUS CONDITI ORBIS LIBER, AD ALOYSIUM IUSTINIANUM, ... AUCTORE F...

Girolamo Vielmi




6
34 M
43

DE SEX DIEBVS CONDITI ORBIS LIBER,

Ad Aloysium Iustinianum, Patritium Venetum, & Coadiutorem Aquileiensem ampliss.

Auctore F. Hieronymo Vielmio Veneto, Ordinis Prædic. Sacræ Theol. Doctore, Episcopo Æmoniæ, antea Argolicense.


Quia delectasti me Domine, in factura tua; & in operibus manuum tuarum exultabo. Quàm magnificata sunt opera tua Dñe: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Psal. 91.

Adiecti sunt præterea eiusdem Auctoris libri duo de D. Thomae doctrina et scriptis. & Orationes duae; Altera Apologetica, & reliqua De optimo Episcopi munere.

CVM PRIVILEGIO.







VENETIIS, APVD IVNTAS. M D LXXV.





ALOYSIO IVSTINIANO, PATRITIO VENETO,

& Coadiutori Aquileiensi Reuer.mo & Amplissimo.

F. Hieronymus, Episcopus Æmoniæ S.P.D.



VLLA SANE *verborum copia, aut dicendi facultate complecti queam, Aloysi optime & præstantissime, quãtam animo persenserim lætitiam, cùm primùm intellexi Gregorium XIII. Pont. Max. qua solet vigili cura & prouidentia, vniuersæ Reip. Christianæ, sibi diuinitus commissæ, prospicere, eadem nuper & Aquileiensi Ecclesiæ consuluisse, cùm te Joan. Grimano, Patriarchæ Illustr.mo coadiutorem delegisset, post quem & tu Patriarchatus dignitatem omnem, auctoritatemq; obtineres: Quo quidem lætissimo nuncio mirifice gauisus sum, nec ea tantùm gratia, quòd vetus nostra inter nos arcta beneuolentia, & singularis mea erga te obseruantia, idipsum exigere videbantur; quàm quòd ad eam dignitatẽ nulla te honorum cupiditas, nullus ambitus, nullæ opum largitiones, sed vitæ tantùm innocentia, atq; in-*



tegritas, præclara eruditio, summa deniq; virtus, diuino Pont. Max. consilio extulissent. Quòdq; Aquileiensi Ecclesiæ & reliquis omnibus, quas inter nec mea posteriore loco censenda est, maximum columen, ornamentumq; accessisse intelligebam, quòd te Metropolitanum suum aliquando habituræ essent. Hoc verò cum paucis tibi obtigisse videmus; nempe vt adeò insigni ac sublimi honoris gradu dignus antea habitus sis, quàm quidquam huiusmodi de teipso tibi persuasum esset, aut meditatum; quinimmo consilio & conatu omni ab hac ipsa tibi Patriarchatus delata dignitate longe, quo ad licuit, refugisti. Hæc si cuiquam nostratium de te certa sunt & comperta, mihi profectò certissima sunt & vni plurimorum multo antè, maximeq; explorata. Itaq; post hunc lætissimum nuncium, induxi quàmprimum in meum animum, vt has meas in Primum caput Genesis lucubrationes, quas flagranti quodam desiderio crebris à me literis postulaueras, & sæpe tibi pollicitus eram, typographorum prælis subiiciendas mandarem, vt typis excusa, ac tuo nomini dicatæ in lucem prodirent; & vel hoc saltem munere Ecclesiæ Catholicæ, de hac tua promotione publicè gratularer, & gratulationis meæ fidem facerem, & simul quoq; tibi satisfacerem, ac fidem meã liberarem, quam tibi obstrinxeram. Accipe igitur nostras vigilias Aloysi *Nobilissime & præstantissime, ad te nunc primùm adeuntes; & siquid est in illis, non insuauis, nec inerudita cognitionis (quod commodo fiat tuo) iucunde frueris; & me, vt facis, ama.*

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM GRAVIORVM,

quæ in toto hoc opere continentur.



ABBAS *Trithemius, nomen Auctoris Correctorij operũ Thomæ, prodidit. folio* 384

Abbas Ioachinus, cur in Synodo Lateranensi non fuerit pronunciatus hæreticus 19

Abel ouium pastor, cur pingues offerebat agnos 341

Abyssus, de quo meminit Moses, qualis fuerit 114

Abyssi fontes, qui eruperunt tempore diluuij, quinam fuerint 169

Abyssi, multi sunt 113

Actus pro facultate in Scriptura acceptus 325

Actus, quo pacto capiatur in Scripturis 316

Adam, an habuerit imaginẽ Dei post peccatum 295

Adamus, quam linguam edoctus fuerit à Deo 148

Adam, vnde sic appellatus 291 *vnde formatus. ibid. cur eius corpus eximiè robustũ crearit Deꝰ. ibid. quanto vixerit tempore* ibid.

Adam & Eua, quibus corporis viribus creati 319

Adæ peccatũ, quo pacto attulerit nobis beneficium non vulgare 247

Adã, an fuerit creatus in gratia 309

Adam, & Euam fuisse procero & eleganti corpore, credendum est 319

Adæ & filiis, si non peccauissent, nullũ nocumentum edulia attulissent 344

Adam, ante peccatum, non habebat causam fugiendi à cõspectu Dei 132

Adamus si nõ esset lapsus, vtrum carnalis hominũ propagatio per maris cũ fœmina cõgressum fieret. 321.322

Adam & Eua, an statim à creatione peccarint 140

Adamus fuit edoctus à Deo naturas, & facultates elementorum 199

Adamus Sosbout non rectè arbitratur, Cõment. in Esaiã, Thomæ nõ esse. 419

Adæ inobedientia, caussa ruinæ humani generis 12. *Eius graue pecccatũ* 13. *beneficia ei data duplicis generis fuerunt* 13

Adam, & Euam, fuisse tantæ proceritatis, vt vadosum mare pedibus trãsiuerint, est fabulosum 319. *an fuerit creatus androginus* 319

Adam & Eua habebant liberum arbitrium 140

Aduentus Domini quando futurus. 29

Aduentus Domini latet etiam Angelos 82



Aegidius laudatur. 384. quo tempore vixerit. 384
Aegidij de D.Th.testimoniũ. 434. 435
Aegritudines ac morbi cur inficiant illis appropinquantes. 213
Aegyptum, cur aliqui putarunt olim fuisse mare. 261
Aegyptij, quales habuerint annos, & an similes Hebræorum annis. 74
Aegyptij, cur medici dicti. 204
Aequalia an omnia sint in mundo. 35
Aequalitate nihil inæqualius vbi et quo modo. 35
Aer habet plures partes, & interstitia, & qũo vocentur. 165. 166. & 191.
Aeris natura, frigida, an calida sit. fol. 177. 191
Aerem quibus facultatibus præditum fecerit Deus. 187
Aer, an totus ex aqua prodierit. 192
Aer, est cælum infernum. 187
Aer & aqua non desinunt iugiter obtundere ignem. 168
Aer, qũo dictus ĩ sãctis litteris. 164. 165
Aeterna, quot, & quæ solemus nuncupare. 60
Aethera, cur sic dicta. 162
Aetij sententia, de herbarum beneficijs. 204
Alab, vox, quid significet. 35
Alberti Magni nõ probata sentẽtia. 396
Albertus Magnus paraphrasten potius egit in Aristotele exponendo. 417
Albertus Magnus quàm plurima volumina composuit. 413
Alcedones, quæ dicantur. 256
Alexander a Simplicio redarguitur. 356
Alexander de Ales placita quædam explosa. 396
Aloysius Lippomanus, Veronæ episcopus, laudatur. 20
Aloysius Lippomanus, quem locũ concedat Caietano. 20
Alphonsi censura de opinione Caietani in costa Adæ formata in mulierem. 18
Alteratio, corruptio, & generatio, an esse possint supra cælum. 168
Amari, longè melius, quàm timeri. 167
Ambrosij Catherini episcopi testimoniũ de D.Thoma. 434
Amphibia, animalia, cur nũcupata. 274
Androgyni, Platoni qui fuerint. 319
Angelorũ ministerio an vsus sit Deus, in creando mundum. 220
Angeli quomodo sint in cælo. 106
Angeli, an habeãt cognata corpora. 104
Angelus Græcè, quid interpretetur Latinè. 231
Angeli, an perennes futuri. 158
Angeli an in primo momẽto creationis eorũ, à gratia cadere potuerint. 139
Angeli, quo pacto sint substantiæ intellectuales. 159
Angeli prodierunt vnà cum cælo, & elementis. 105
Angeli, nobis custodes à Deo traditi. 43
Angeli intelligunt ordines cælorum, & motus. 89
Angeli ignorant, quando Dominus ad iudicium venturus sit. 89
Angelis cur dictum nõ sit, Filius meus es tu. 109
Angeli, à Phylone quomodo dicti. 228
Angeli, an ab æterno creati. 61
Angeli, sunt propinquiores Deo, quàm homines. 305
Angeli, qũo nõie à Plat. nuncupati. 97
Angeli mali, an vno tantùm modo peccarint. 140
Angeli, an ante corporeum mundum creati. 103
Animalia iungi solita, quæ. 274
Animale qũo antecedit spirituale. 103
Animalia reliqua, an fuerint compacta ex rubra terra. 191
Animalia num obtinuerint dominium aliquod, & ius in herbas. 351
Animal, quo pacto mouetur. 151
Animalia multi coitus ocyus senescunt. fol. 536

Animalia

Animalia q̃uo fuissent Adamo obtēpera tura, si is in obediētia perstitisset. 335
Animalia ex putri orta materia, & noxia, ad quid Deus immiserit in mundum. 281
Animalia terrestria vtrum piscibus diutius viuant. 271
Annaliū scriptores, quem habeant morem in rebus enarrandis. 125
Anima nostra inter formas, est quàm simillima Angelis. 302
Anima motabilis, quæ sit. 265
Animæ nostræ, an finem habituræ, secundum Platonis opinionem. 159
Animi perturbationibus mutantur colores in hominibus. 145
Anima, q̃nq; capitur pro anhelitu. 274
Anima peccatrix, an desinat esse imago Dei. 313
Annus maximus, qualis. 91
Anni Aegy. quot Lunationū fuerint. 75
Anni partes, quot, & quæ. 153
Annorum mundi numerus, an certo sciri queat. 65
Anni initium diuersè à diuersis populis sumptum. 153
Antipodes, qui sint. 151
Antonij Cāpani à D.Th. testimoniū. 435
Antropomorphytarum opinio de imagine Dei, damnata. 296
Aplanes, an fuerint positæ in cælo. 254
Aplanes stellæ, quæ. 253
Apologia auctoris ad detrectatores scholasticorum. 398
Aponi in Balneis feruentissimis pisces apparet. 269
Apum, & Araneorū mira solertia. 279
Apum formatio, vnde fiat. 281
Aqua dulcis ex mari, quo pacto extrahi possit. 200
Aquę et aeris aīalia, an ouipera cīa. 256
Aqua, quo sensu capiatur à Mose. 175
Aqua, cur ad mare currat. 192
Aqua dulcis in mari, an adinueniri possit. 200
Aqua maris lauantes, cur facilius exiccentur. 200
Aquæ, in quibus nō generantur pisces, vbinam sint. 258. vnde hoc proueniat. ibidem.
Aquæ supercęlestes, quale beneficium mundo exhibeant. 162
Aquæ an insita sit vis efficiendi pisces. fol. 260
Aquæ elementares, an sint super cælum propriè dictum. 177
Aquas, cur Moses elementa vocet. 118
Aqua, est corpus omogeneum. 175
Aquæ, quas opifex posuit super cælos, quas vtilitates afferant maiori & minori mundo. 169
Aquæ maris natura & qualitates quæ. fol. 200
Aquę natura, & eius bñficiū. 163. 177
Aqua, quot modis capiatur. 173
Aquam concedere locum terræ, cur iusserit Deus. 201
Aquæ, cur ad mare decurrant. 199
Aquæ, cur nō obruant totam terrā. 195
Aquæ supercælestes, plures, an vna tantùm. 176
Aqua, est corpus simplex. 172
Aquæ cæli, an obtundant ardorem sphæræ ignis. 167
Aquæ, cur potius quàm aqua dicta à Mose. 118
Aqua, an depressior terra. 196
Aquam & aerem cur Opifex vno die, vnoq; mandato ornauerit. 256
Aqua supercęlestis, an tota delapsa deorsum tempore diluuij, an dūtaxat eius pars aliqua. 169
Aquam summam maris, dulciorem profunda putantes, falluntur. 200
Aquarū cōgregatio q̃uo facta fuerit. 192
Aquila, viuacissimi prospectus. 250
Aquila, sacrorum codicum interpres, quando floruerit. 25
Arbores terrestres, cur aquatilibus durabiliores. 271

Arbores steriles cum fœcundis vnà simul creatæ. 36
Arbores omnes non sunt fœcundę. 36
Arborum fructus, an omnia animalia edant. 202
Arbores discerptæ cur viuant. 209
Arbores etiam steriles, quas vtilitates nobis afferant. 204
Arist. partitio circa anni tēpora. 153
Aristotelis error de piscium genitalibus. 268
Aristoteles, quomodo hortabatur seipsum ad disserendum. 221
Artificiata comparata subsistentibus exēplaribus permultū deficiunt. 146
Artificiales dies, quot horarū sint. 147
Asini cum equa congressum, qui primus cogitarit. 279
Astra vnde lucem habeant. 251
Astrorum dispositio, & tabulę, an sint causa humanarum rerum. 245
Astra, Phyloni qūo appellata. 219
Astra, an cęlis affixa sint. 222
Astronomorum ordo in auspicando die. fol. 154
Astrologorū tributū, quod Alexādriæ pendebant, quomodo appellatū. 246
Astrologi, à quibus consuli soliti, & stipem accipere. 246
Astronomorum axioma. 43
Auctores Scripturæ sacræ, cur multa prætereant. 109
Aue regina Cœlorū, quare dicatur. 348
Auerroes, Commentator Aristotelis dictus. 416
Auerroem Aristot. parem, & D. Thoma superiorem faciētes insani, iuxta Viuem. 416
Auerroes fuit alicubi varius, & inconstans. 226
Aues fuerunt formatæ ex omnibus elementis. 262
Aues, cur aereę. 262
Aues, cur bipedes. 262
Aues, cur rostro & vnguibus armatæ. 262. cur plumis, & alis suffultę. 263 an omnib. sensib. præditę. ibidem. an acumine ingenij superent omnia animalia terrestria. 263. aliquot ex eis, Dei internunciæ. ibidem.
Aues, cur vesicam non habeant. 256
Aues omnes ouiperæ, excepto Vespertilione, qui est viuiparus. 269
Aues, an volent in sedibus sydérum. fol. 165
Augures, cùm suo munere fungebantur, versus quam Orbis partem oculos conuertebant. 152
Auguria ab auibus capta. 264
Augustini Steuchi opinio, de Firmamento. 177
Augustinus, Ecclesiæ Doctor, perpetuus mendaciorum hostis. 257

B

Baconitani opinio circa imaginem Dei, 307
Bara, apud Hebræos, quid denotet. 30
Barbam, & supercilia ac papillas, cur natura hominibus dederit. 210
Bargij leuitas, & impudentia. 396
Bartholomæi Vincentini libelli valdè commouent. 405
D. Basilius, Theologus incomparabilis. 163
Basilij, et Ioannis Chrysostomi opinio de cælorum multitudine. 254
Bedæ commentarius reiectus. 294
Benedictionem Dei, qua homines lapsi facti sunt ad procreandam sobolem, cur antea commemorarit Moses, & deinceps mentionem fecerit alimenti, quo nutriuntur. 338. 339
Benedictionem num solùm Piscibus, atque hominibus Deus dederit. 328
Benedicere Deo, quando dicamur. 267
Bn̄dicere, quid sonet in Scripturis. 267
Beresith, vox, vnde capiat denominationem. 28
Bessarionis testimonium de D. Thoma. fol. 433

Bestiæ,

Bestiæ, quæ sint 276
Bet, Hebræis, Latinis quid valeat 28
Biblia sacra, Lex Hebræorum more, appellata 9. ijs esse credendum ex multis euidens fit 8
Binarius numerus immeritò improbatur 249
Bocher, Hebræis quid denotet 150
Bonauenturæ opinio reijcitur 396
Bonauenturæ Itinerarium, iure à Gersone laudatur 404
Bonum quid sit, & quotuplex 145
Bonum, quomodo Priscis vocatum. 150
Breuiaria reformata, sustulerunt Officium Præsentationis 232
Bruta exprimunt certas vocis notas. fol. 128

C

Cabalistæ, quid per cœlum intelligant 233
Caietani opinio improbat. 205. 556. 273
Caietanus quare sategerit in explicãdis quibusdam D. Thomæ locis 439. 440
Caietanus & Contarenus laudantur. fol. 961
Caietanus immeritò inter hereticos recensitus 19
Caietani commentarij in Genesim, laudatissimi 19
Caietanus fuit vir catholicus 19
Caietani commentarius de sex diebus creationis mundi, propius ad litteram accedit, quàm diui Augustini expositio 215
Caietanus Cardinalis importasse hæreses in Ecclesiam videtur Catherino, & Alphonso à Castro: & Gabriele Marcosio inter hæreticos numeratur, sed indoctè 18. 19
Caldæi putarunt Mundum esse æternum 27
Caluinus, & asseclæ 282
Cameræ, Latinis quid 227
Canes, ad hominum commoditates generati 275. eorum fidelitas, docilitas, & memoria ibidem
Canicula, quomodo indicet magnum æstum 145
Cancri, conchę, & ostreæ, cur plena Luna fiunt pinguiores 171
Canes, in Moschouia currus trahunt. fol. 275
Canonicos libros tamquam cœlestes & diuinos veneramur 6
Canonizatio, quid sit, & cur sic appellatur 237
Capræ Creticæ, sagittis percussæ, quo remedio vtantur 206
Carnibus vesci non malum natura 345
Cathena aurea D. Thomę 420
Catherinus, Caietani antigonista, asserit eum minimè fuisse hæreticum 19
Catherini error 140
Catholici, cur non assentiant, Verbum Dei, dici instrumentum 26
Catholici falsò ab hæreticis idololatriæ accusati 314
Cardani opinio, circa fulgorem Lunę. fol. 205
Cardanus laudatur 254
Carnibus quare interdictum nobis ab ecclesia statis temporibus 345
Cameleontis natura, quæ 145
Cælum primum nulla matrice factum, quibus probetur 161
Cæli, an communicent cum igne in materia & qualitatibus 167
Cælum primum fuit creatum, vt sempiternum esset 166
Cæli corpus, vnum tantummodo. 222
Cælum, ne conuerteretur, an Opifex agere potuerit 139
Cælorum vicissitudo & conuersio, in quibus nobis conferant. 247
Cælum Crystallinum, quale 174
Cæli præcellunt cuncta corpora 98
Cæli, cur puræ & intellectuales naturæ dicantur 98

Cælorum

Cælorum natura, est expers qualitatum elementorum 163
Cæli, an materia constent 226
Cælorum superna & interna pars, quomodo dicta 164
Cælos apertos, quo pacto viderint aliqui 169
Cæli habentur incorruptibiles 98
Cælum secundum, vnde formatum, & sub qua conditione 166
Cælum, cuius figura sit 162
Cælum, an constet ex elementis 94
Cæli, vnde Sciamain Hebræis dicti 44
Cæli, quanto tempore secundum quosdã manserint immoti ab eorum creatione 140
Cælum, cùm creatum fuerit, an statim motum acceperit 139
Cæli quando desinent moueri 223
Cæli perituri, qui sint 215
Cælum, à Phylone quo vocatum 128
Cælum, cur circa centrum mundi perenniter creatur 111
Cælum, quo pacto mutet locum 124
Cælũ, quomodo Hebraicè nuncupatũ. 41
Cæli, num ad turpia excitent 241
Cælum Beatorum, cur Empireum vocatum 174
Cæli, non participant humiditate, nec vnctuositate 186
Cęlum, an interiturum 95
Cęlos, qua facultate præditos crearit Deus 187
Cæli nomine, quid significet Moses 44
Cęli, an ignei esse possint 41
Cęli, an animati sint 228
Cęlorum vicissitudo & conuersio, ad quid nobis conferant 247
Cęli, an omnes concentrici 94
Cęlum, an Empireum sit 41
Cęlum ingenerabile est & incorruptibile 29
Cęli, ab initio habiti pro domicilio Dei pag. 45
Cęli, à quibus moueantur 232
Censura in doctrinam D. Thomæ edita nomine Vniuersitatis Parisiensis. pag. 384. 385. 386
Cerebrum est sedes cuiusdam pituitæ pag. 168
Cerebrum, cur natura in capite posuit pag. 168
Cæremoniæ Ecclesiasticæ, magnis arcanis refertę sunt 152
Cete, Græcè, quid denotet Latinè 264
Cete magnitudo, Plinio & Theoreto. pag. 264
Centrum mundi, quale 193
Ceti, cur Hebræis dracones nuncupati. pag. 265
Ceti, cur tantæ magnitudinis creati, iuxta D. Basilium 275
Charitas, an fuerit in Adam ante lapsum 309
Christus, quo mundi anno, & suo, prædicare incœperit 73
Christus, quo mundi anno natus 73
Christus, qua die surrexerit 137
Christus, qua die natus 137
Christianorum frequentia noctu ad sacras ædes, qualis detrimenti fuerit aliquando eis in caussa 155
Christi anima, quando creata 294
Christus, qua esset ætate quando concionari cœpit 319
Christus, penetrauit cælos, cùm ascendit 223
Christianis quædam ab aduersarijs per cõtumeliã cognomina ídita. 381. 382
Ciborum copiosa, ac varia supellex insalubris 344
Cimerij populi, cur perpetuam fermè obscuritatem patiantur 142
Climata omnia, an consensionem habeant cum omnium animalium naturis 273
Cocodrili citissimè currunt: & cur dicantur gloriæ symbola 258
Cor calidissimum, & cerebrum frigidissimũ, cur natura homini dederit. 162

Cor

Cor maioris mundi, quale sit 168
Cordis calor à quo mitigetur 168
Cor est fons & sedes vitæ, & primum membrum vitam capiens, & vltimum moriens 168
Color rubeus malè audit in Scripturis pag. 291
Cognatio inter aues & pisces, quæ 256
Compendium facere, quid significet. pag. 497
Compendium pro Summa 428
Compilatores qui sunt dicendi. 393. 394
Conchilia reperiuntur quandoque longo maris à terra recessu, concreta cum lapidibus & marmoribus 261
Contentiosi à scolis summorum virorum depulsi 22
Cōciliat. assignat stellis præfecturas. 255
Concordiæ dictorum Thomæ liber, falso adscribitur ipsi Thomæ 403
Conradus Bruno, & Alanus Cupo excellenter de imaginibus scripserunt. pag. 314
Coniugem tantummodo vnam vni viro iungi, cur voluerit Opifex 318
Corpora cœlestia, an perennia sint 255
Corpora prima, an inuicē cōplicata. 114
Corpora cœlestia, si animata sunt, an peccare potuerint 234
Corpus & membra cur Deo ascribantur 296
Corporum constitutiones diuersæ 206
Corpora prima quomodo creata 51
Correctorium operum Thomæ 384
Creationem nulla præcessit transmutatio 49
Creatio mundi, maior iustificatione impij, & quomodo 52
Creaturæ omnes per metaphoram vocantur aquæ 174
Creatum, an possit esse Creatori coæternum 60
Creare, scholasticis quid 29
Creatura cœlestis & mundana an vno eodemq; temporis momento prodierint, & quomodo 26. & 167
Creatio quomodo terminetur 50
Creauit, verbum, quomodo exponendum in Genesi 32
Creatio cur Patri ascripta in symbolo. pag. 26
Creationis opera, quid nobis indicēt. 201
Creatio seiungitur à mutatione 52
Crepusculum, vnde dictum 149
Crystallū constat ex oībus elementis 165
Crystallum quo pacto indurescat. 161
Curiosos & plurima agentes, Deus odit pag. 96
Cusanus Cardinalis, quādo floruerit. 81
Cyprianus Diuus, quando floruerit 73

D

DAuidis in progenie recensenda scriptores sacri prosusissimi fuerunt; quare 11
Diffinitio, quid sit 199
Densitas & raritas sunt affectiones materiæ 226
Dei filius quomodo in Scripturis nuncupatus 25
Deus à nullo intellectu creato potest exactè comprehendi 251
Deus solus discutit mentis nostræ tenebras 251
Deus nihil melius, pfectius, beatius. 48
Deum esse, quæ nos doceant 48
Deus solus, bonus 145
Deus odit perduelliones, & superbos pag. 292
Deus cur dixerit plurali numero: Faciamus hominem 289
Deus, an pluralitatē in se admittat 37
Deus à nemine consequitur beatitudinem, nec pariter existentiam 272
Deus in conficiendis singulis operibus, an contriuerit integros dies 238
Deus cur deliberauerit facere hominem 285
Deus, siue Θεὸς, vnde dictus 34
Deus quo modo se se gerat cum animabus nostris.

Deus

Deus est expers cuiuscunque corporis & materiæ 296
Deus, exanimauit prius Adę contumaciam & casum 285
Deus, an corporaliter locutus sit cum Mose 298
Deus, inuisibilis 299
Deus, quomodo quandoque corporaliter apparuerit 299
Deum non decet asserere voces suas argumentis, cùm ad homines loquitur 22
Deus iudex probatissimus, ac maximus 22
Deus excellit omnes creaturas 127
Deus quo in scripturis vocatus. 127
Dei filius, cur Verbum 127
Deus, nomen in Epigraphe positum, quo modo sit capiendum 26
Deus, cur secundæ diei opus non laudauit 188
Deus est immobilis 49
Deus, cur permittat homines aliquando cadere 242
Deus & natura nihil agũt frustra. 231
Deus quare creato homine, non, vt cætera, dixit, quod esset bonum: sed de eo vnà cum cæteris dixit, Vidit, &c. & erant valde bona 353
Deus, an humanam sibi aptauit aliquando effigiem 231
Deus fecit omnia verbo 125
Deus, est primum efficiens, prima forma, & vltimus finis 145
Deus, quo pacto Mundum venustarit. 25.
Deus an possit plura facere, quàm homo cogitare 354
Deus num designata stirpium adsignatione, hominibus animaliũ omniũ carnes, oua, & lacticinia prohibuit 340
Deus creauit mundum electione 49
Diei diffinitio, Aristotelis 148
Diei diffinitio, secundum Bedam 148
Diei, cur Ciuiles, & legitimi dicti 148
Dies, cur sic dictus 148
Dium, quale dicatur 148
Dies ab Ecclesia repudiati, qui sint. 248
Diei horas, quomodo distribuant Astronomi 252
Dies non potest esse absque luce 125
Dierum discrimina, vnde efficiãtur. 247
Dierum diuisio, quæ 147
Dies naturalis habet analogiam cum anno Solari 153
Diei naturalis partes, quot, & quæ. 153
Dierum initia variè desumpta, & quomodo 153
Dies & noctes, vnde efficiantur 138
Dies, cur bona 148
Dierum mutationes ab astris effectę, quę sint. 247
Die sexta Vniuersum à Deo absolutum 357
Dicere, quot modis capi possit. 125. 126. 128
Dij, Platonicis quot sint, & quomodo vocati 218
Diluculum, quando dictum 156
Diluculum, quando cœperit 69
Diluuij descriptio, Mosi 163
Diluuij tempore, qui Planeta Mundum gubernauerit 169
Dionysij Cistersiẽsis explosa sẽtẽtia. 396
Diogenes cum sectatoribus suis quare Cynicus dictus 327
Dioscoridis diligentia in herbis inuestigandis 204
Dioscuri planetæ, qui 249
Disciplinæ iuuenibus primùm addiscendæ, quæ sunt 415
Dispendium facere, quid significet. 497
Diui odere curiosos, & plurima agentes 22
Diuisio aquæ ab aquis, quo fuerit 161
Doctores veteres Ecclesiæ, varijs cognominationibus honestati 388
Dogmata nostræ religionis comprehendi non possunt 182
Dominij translationem fieri non posse absque voluntate Domini 333.

Domi-

Dominium hominis in animalia, in quo genere dominij collocandum 346
Dominicus dies, cur sanctus & venerandus Christianis omnibus 157
Drachma Euangelica, quæ sit 317
Dracones an in aquis sint 264
Dualis numerus a D. Hieronymo improbatus 189
Durandus improbatur 395
Durandi error 129

E

Ecce, aduerbij, vis 333
Ecclesia, quid propriè 199
Ecclesiæ doctrinam repudiantes, excommunicati à Christo sunt 101
Ecclesia, quando incipiat officio colere dies festos 151
Ecclesia in celebrando altaris sacrificio, qua hora initium diei capiat, & cur, pag. 156
Egnatij testimonium de libro D. Thomæ aduersus Gentes 424
Elementa nihil procreassent, nisi ea Deus fœcundasset verbo suo 202
Elementa, an possint restaurari 167
Elemēta, quam vim sint consequuta. 273
Elephanti, subierunt aliquando currum Pompeij 274
Elohim, caret singulari 36
Elohim nominis radix, quæ 35
Elohim, vox, quā auctoritatē habeat. 35
Elohim, cur dixerit Moses 26
Elohim nomen, vnde desumptum 35
Empyreum cœlum, an præstet lucem infernis corporibus 213
Empireum cælum, cæteris omnibus longè præstantius 27
Enochi locus, Paradisus 4
Ephrem S. Pater librum Mosis gemina interpretatione exposuit 21
Ephrem Ecclesiæ doctor, quando floruerit 21
Erasmus Rotherod. non recensus inter hæreticos a Prateolo. 19. *Idem accusatus à grauissimis doctoribus* ibid.
Erasmi notatur seueritas 417
Erasmi scripta cur malè audiant 417
Error quorundam de Mūdi creatione. 207
Escam si quis alteri daret, vel cederet, sibi necessariam, fortè peccaret, & quare 340
Essentia Dei, an videri possit absque personis 40
Eua, cur non recusauit congredi & colloqui cum serpente 205
Euangelij nexus cū priscis annalibus. 12
Eua, quot modis seducta 205
Explanatoris officium 421
Explorata, & comperta omnibus, ridiculè ostendere conamur 379

F

Facere diem iudicium, iustitiam, misericordiam, sermonem, &c. quomodo capiatur 178
Factionum natura 383
Factiosi aliquot Thomæ detractores. 383
Fagus et Pinus gignunt semen, sed non fructus 104
Fæmina editur occasione potius, ac imbecillitate virtutis seminis 322
Fæminam ex mare, non marem ex fæmina, cur crearit initiò Deus 318
Fenestræ cœli, quæ 169
Fenicis ætas, quæ 92
Feræ quomodo vixissent, ante lapsum Adæ 349. 350
Ferri vsum num habuissent homines futuri in innocentiæ statu 332
Fide sincera, non animo elato & turgido, præcepta Dei recipi possunt 23
Filius Dei, cur dictus causa media 26
Finis, in operabilib⁹, quē locū obtineat. 54
Filius Dei, cur mori voluit eadem die, qua homo factus 290
Filium, quomodo vocarunt Sybilla, & Trimegistus 290
Filij Dei cognomina diuersa 25
Firmamentum, apud Hebræos quale sit 27
Firmamentū, ex qua constet materia. 161

Firmamen-

Firmamentum priscis Patribus, qualenam fuerit 160
Firmamentum, an ex aqua fuerit compactum 165
Firmamentum, quando formatum 167
Flumina, quando reijciantur retro à mare 196
Fluuij sub Zona torrida decurrentes, qui pag. 195
Foliorum diuersitas in plantis 204
Fontis in Epiro proprietas 257
Formæ habēt ab Opifice facultates suas pag. 202
Formarum inchoationes, Philosophis quæ sint 273
Fornix, Latinis quid significet 227
F. Franciscus à Victoria laudatur 342. eius argumenta in vtramque partem, an hominibus interdictum sit carnibus, & lacticiniis ante lapsum Adę, à Deo 342
Francisci Mayronis error 396
Franciscus Vuargas laudatur: eiusq; de D. Thoma testimonium 436
Franciscus Petrarcha notatur profusionis verborum 352
Frigiditas, quid propriè 163
Frigiditas, alia terræ, alia aquæ 163
Frigiditas, est inimica vitæ 271
Fruges, an Theophrasto animalia antecesserint 203
Fruges aliquando fœnum dictę 203
Functiones nostræ, Philosophis quot sint. pag. 128
G
Gabriel Prateolus indoctè & imprudenter numerat Caietanum inter hæreticos 18
Galenus reprehenditur, quod immeritò, & petulanter Mosis, & Christi scholas notarit 22
Galli olim excellentes in parandis arte venenis 206
Garamantum fons duplicis naturæ: hoc est, in die frigidæ, & noctu gelidæ. 257
Gasparis Contareni Cardinal. de D. Thoma testimonium 434
Generationes ante diluuium enumeratæ à Mose, quot, & quæ 66
Genitura nostra, ab ea Brutorum, in quo differat 320
Genesis Liber omnium sanctorum voluminum Alpha & princeps. 1. voluminis tota series 15. inscriptio 15. obscuritas 15
Gennadii testimoniū de D. Thoma. 434
Germinatio terræ, cur fiat 201
Gentiles quidam de qua re à Tertulliano laudati 300
Girum Latinis, quid Hebraicè denotet. pag. 227
Globoso corpori non conuenit habere extrema 227
Globi cœlestes, non soli firmamentum sunt 164
Glorię diffinitio 127
Græci Thomę nonnullos libros in suam linguam verterunt 437
Græci, quomodo vocent anni partes. pag. 153
Gramen sterile est, cum quibusdam aliis herbis 335
Gratia Dei, vnde nobis obueniat 315
Gratiæ, sunt amplianda 207
Gratia, vnde dicta 309
Gregorius Ariminēsis improbatur. 395
Gulielmus Plostellus, homo vanissimus, & hæreticus insanus 236
H
HE, littera, Hebręi quando vtantur 45
Hebraica lingua magis probata, quę. 20
Hębraica lingua qui carent, magna sunt luce destituti 20
Hebræi, quando suos dies festos incipiunt 151
Hebræi & Græci, quomodo notent numeros. 68
Hebręi consueuerunt vti præteritis tanquàm nominibus. 112

Hebræi

Hebræi capiunt quandoque actiua pro passiuis, & econuerso 273
Hebræis sæpe Angeli fuerunt præsidio fol. 107
Hebræi, quot mensium habuerint annum 74
Heliæ locus, Paradisus 4
Heliogabalus, cur imprudentiæ accusatus 155
Hemisphærium oppositum inhabitantes, quam Orbis partem colant 151
Henoch, Helias, & Ioannes Euangelista creduntur à permultis Catholicis viuere 235
Herbæ & fructus, cur ab earum creatione suauiores & salubriores fuere, quàm nunc sint 208
Herbę venenosæ, an eodem die creatæ, quo aliæ 205
Herbarum genus, duplex 205
Herbæ, quædam hominibus sunt veneno, quæ tamen auibus sunt nutrimento 206
Herbis, an omnia animalia vescantur fol. 201
Herbæ virentis nomine, quid intelligendum 202
Hereb, siue Harab, Hebræis, quid denotet 149
Hæretici metuunt Scholasticos 398
Hæret. descriptio quæda͂ 381.382.397
Hesiodus, cur à Lactantio reprehensus 31
Hieronymi ab Oleastro opinio improbatur 298
Hippocratis & Galeni differentia de se de pituita 168
Historię diffinitio, secundũ Ciceronẽ 17
Homerus, quo nomine appellarit partes anni: & quodnam munus eis assignauerit 153
Homerus reprehensus, quòd suis Dijs adulteria, & scelera inusserit 134
Homerus, quo nomine cœlum vocauit fol. 161
Hominis vita breuis à Theophrasto accusata 291
Hominum duo genera, qui D. Thomæ libros exagitant 381
Hominis imperfectio, quæ sit 303
Homines, post resurrectionem neq; nubent, neq; nuptui tradent 271
Hominem homini Deum esse, cur dixerit Plinius 233
Homini Angeli administrant 284
Hominis dominium in elementa 347
Hominem quomodo Deus fecerit ad imaginem, & similitudinem sui 293
Homines, qui non peccassent, quomodo fuissent, & vitam suam quomodo duxissent 338
Homo num aliquo pacto dici possit dominus Cœlorum 347.348
Homo, quo pacto perfecta, aut imperfecta Dei imago sit 304
Homo dici potest terrestris, vel terrenus 292
Homo, est Rex omnium; & Mundus, regia eius 284
Homo, est minor mundus 103
Homo, vnde dictus 291
Homo, quomodo vocatus secundùm corpus, & secundùm animam 292
Homo, frequenter in sanctis litteris malè audit 292
Homo, cur prodierit in lucem post sensiles omnes creaturas 284
Homo, cur factus à Deo princeps cæterorum animalium 294
Homo est animal politicum & sociale fol. 131
Hortus voluptatis, quando prodierit fol. 207
Hortum, in qua Orbis parte condiderit Dominus 151
Humor est initium vitæ 118
Hyrundinum motus localis in Vere, vnde causetur 246
Hyrundo, an indicet aduentantem Verem 245

Iacob

I

Iacob cur in typo scalæ viderit creaturarum vniuersitatem, quã Mundum dicimus &c. 353
Ideas asserebat Plato esse omnium specierum 280
Ideæ, quid propriè sint 134
Ideas, vbi sitas existimarit Plato 287
Idola, quo pacto à Græcis & Latinis interpretata 314
Idolum, in Ecclesia semper malè audiuit 314
Idolum vocare hominem, quòd imago Dei sit, nemini licere 314
Iehoua, Hebræis quid denotet 34
Ignis, an luceat in propria sphæra 136 cur esse illum elementum neget Cardanus. ibi, quinimmo & alij multi. 121. potentia & vires. 136. cingit alia elemẽta. 136. est sphæricus. 137 cur necessarius. 121. vnde descendit 121
Ignis conuersio in propria sphæra, an possit dici violenta 144
Ignis & Terra, Platoni prius ab Opifice facta 41
Iles, Platonicis & Peripateticis quid denotet 27
Imagines Sanctorum, cur erigimus & veneramur 314
Imago Dei, in nullis animalibus est, præterquàm in homine 300
Imagines, multæ sunt 303
Imago Dei in nobis, quid præcipuè sit. 301. & quando est exacta 308
Imago, vnde dicta 303
Imago Dei, in viatoribus, quotuplex, & quæ 296
Imago animi, quæ sit 293
Imago Dei, non est, in Adæ corpore quærenda 300
Imaginẽ Dei, an possimus amittere 296
Immortalitatem, Deus solus habet. fol. 159
Impossibilia quædam Deo dicuntur & quæ de causa 144
Imperfecta quædã, an fecerit Deus 239
In, præpositio, in Hæbrea phrasi, quo pacto frequenter capiatur 25. & 28
Indicæ auis miraculum 270
Informæ, D. Augustino origine formatum præcedit 188
Inimicitiæ inter Euam, & Serpentem ortæ, quem effectum egerint 205
Innocentij Pontificis testimonium de D. Thoma 433
Instrumenta, quando actuosa, & efficacia sint 211
Instrumentorum sonus cur auditus non fuerit, ædificante Salomone tẽplũ 26
Interpratis officiũ, quale esse debeat 21
Interpratis munus, quod 106
Interprætes Septuaginta, defensi ab accusatione Augustini Steuchi 185
Ioachim quotennis fuerit, quando cœpit regnare 68
Ioannis xxij testimonium de D. Thoma 433
Ioannis Fissenij Cardinalis de D. Thoma testimonium 434
Ioannes Damascenus primus Theologiã ordine distribuere aggressus 389
Ioannes Picus conciliationem D. Thomæ, & Scoti se editurum, si vita suppeteret, pollicebatur 400
Iob libri quis censeatur auctor 9
Iosue latro a Phœnicibus nuncupabatur, quare 24
Irenæus, quo tempore floruerit. 77
Ismael, & Esau familias strictim, & concisè subducit Moses 11
Iudęa secũdùm quosdã in medio Orbis sita 207
Iudæi natura increduli 5. cur permisit Deus, Iudæos esse peruicaces
Iudæa, quanta mala passa fuerit, Helia siccitatem iubente 177
Iudæi, qua hora capiant diei initium, & qua de causa 154
Iudices Deus instituit 35

Iudices

Iudicis nobilior pars, quę esse debeat. 97
Iudex indignus, qui apud Platonem. 97
Iudicium de similibus est idem. 51
Iuliani, & Simplicij contra Mosem Calumniæ 6
Iulius Sirenius, laudatur 211
Iunilij opinio exploditur 334.337
Iumentum, unde dictum. 274.275.276
Iumenta, quos usus nobis prestent. 275
Ius in rem aliquam habere, & eius esse dominum, non idem est 348
Iustitia originalis, Doctoribus quæ sit. pag. 311
Labor præcedit quietem 154
Lactantii opinio falsa 329
Lacus & uiuaria, sub terra adinueniuntur 192
Lacus & paludes, qui dicantur 199
Lapides & mineralia, quando à Deo creata. & cur de eis tacuerit Moses 208
Laurentii Iustiniani libelli mirificè commouent 404.405
Leges, fuerunt datæ Angelis & hominibus 278
Leolam, Hebræis, quid significet 94
Leones, quis iunxerit, dum triumpharet 274
Leuia, sunt ad coeundum faciliora. 171
Libertas Dei 49
Libros præstantiores, non plures componere, laudem meretur 413
Librorum appellatione quid intelligamus 414
Librorum Mosis fructus, qui 17
Lingua, quam Deus Adamum docuit, secundũ quosdã iam obsoleta est. 148
Liquidum, cũ substantiuè capitur, qd 187
Litteræ integritas constantissimè retinenda 20
Lucerna, Aegytiis erat symbolum vitæ pag. 150
Luminis natura, quę 171
Lumen, est actus perspicui 147
Luminaria magna in cælis, quę sint. 183
an sint animata 229
quando fuerint condita 238
an instituta ad manifestandas hominum res 245
an efficiunt quidpiam in nostra corpora 249
in quem usum ea fecerit Deus, ibi.
quas utilitates afferunt 246
quarum rerum signa sint 245
num constent ex elementis 223
Luminaria & cæli, an dissoluentur. 223
an, et ex quot elementis constituantur pag. 223
moueantur 221
sunt corpora 221
Luna noua, quando incipiat conspici. pag. 152
Luna, quando potentior 253
eius radii an sint frigidi 171
an minor terra 250
quota pars terræ sit 250
quando nobis magis salutaris 251
quo nomine eã vocauerit Plato. 252
unde dicta 252
cur noctiluca 257
quando remotissima à terra, & quando propinquissima 252
cur syderibus præcellentior 249
quomodo in deliquio appareat 250
Lutheri maledicta in D. Thomam. 381
Lux largitur coloribus habitum & formam, iuxta aliquos. 145. qd sit. 134
quid conferat. 145. homini iucundissima, ibi. eius causa. 146
capitur ab aliquibus pro vita. 146
habuit Deum laudatorem 146
maiorem cognationem habet cum Deo, quàm reliqua sensilia 146
dicitur à D. Ambrosio non esse in numero, nec pondere, nec mensura. 146
Lux vera, quæ sit 146
Lux quænam fuerit cùm primum per creationem prodiit 135
non potest immutare colores 145
eius perpetuum officium 138

Lux & tenebrae statis sibi horis succedunt 147

M

Magi miracula inania edunt. 4.
Maigreti opinio confutata. 254
M. Antonij Flaminij testimonium de D. Thoma 418
Manichęus, quomodo vocauerit Solem & Lunam 252
Manichaeorum error opinantium vesci carnibus esse natura malum 345
Malum nihil esse, rectè à Theologis, & Philosophis dictum 356
Maritus, est Praefectus vxoris, non dominus 415
Maris aqua, an fuerit aliquando dulcis 200
Maria virgo, fuit virgo etiam in partu. 223. proinde clauso vtero Christus ex ea egressus est
Mares, an inueniantur in omnibus generibus piscium 257
Martis, et Solis radij an calefaciāt. 171
Mare salsum. 200. vnde dictum. 199. quomodo dicatur Hebraeis. ibidem. eius natura. 196. non est sedimentum aequarum. ibidem. cur salsum, ibi. symbolum diuinitatis 192
Maria, Hebraeis & Latinis differenter capiuntur 199
Mares plures, quàm foeminae in diluuio cur seruati 277
Mares, an lactare possint 210
Martinus Magister Parisiensis. 432
Materia appetit formas 118
non potest existere sine ipsis
Mathematici & Genethliaci, quo pacto à Plotino irrisi 246
Mathematicos reiicit Scriptura, Concilia, & ferè oēs sacri Auctores 246
Matrimonium non inuisum Deo, vt putant aliqui. 324. num sit praeceptū, & q̄uo, ibi. eius actus q̄uo excusatur et num exerceri sine poō possit. 327
Mathusalē mors, q̄ 69. quātū uixerit. ibi.
Meemetus Simia Mosis. Alcoranū suū falsò Gabrieli Angelo inscripsit. 4
Melchio Guilandini laudatus 335
Mensores cœli, & terrae audaces magis quàm veri 197
Merachepbet, vox, quomodo interpraetetur 115
Merlini vatis opera fabulosa & puerilia 89
Methodius Martyr, quando floruit 88
Michael Medina, doctus scriptor eiusque error 255
Minois institutum de diuortiis, quale fuerit 320
Miracula in creatione herbarum & arborum, quot, & quae 208
Mithridates assueuit venenis ab infantia 206
Moses. eius vita. 1. 2. 3. Eius nominis etymon. 2. leges ab eo latę 3. summus pōtifex. 4. tria nomina sortit⁹ 3. quātū iter eū, et ethnicos legūlatores iersit 4. 5. q ei, ac Iudęis detraxerit 5. eo cōtra Julianū, et Simpliciū 6. praecelluit caeteros Prophetas 6. ex eius scriptis philosophi, et Prophetę surripuerunt nōnulla 8. 9. Auctor antiquissimus. 9. Eius scopus in exponēdis quinq; Pentateuchi libris. 9. Capita, quę ipsae exponit in libro Genesis. 12. Eius ingenium, & artificium 12. Methodus, qua ipse vtitur. 13. Eius virtutes in docendo 15. pressus, & breuis 16. Eū quadāctenus aemulari, qui de mūdi opificio scripserunt 17. scripsit non solū quae Deus egit, sed & quae semper agit. 17. Item de Ecclesia. cur nō vtaī praefatione, & rationes, aut testes nō afferat. 21. Cur daturus leges Hebraeis, à creatione mundi exordium capiat 23
saepe cum Deo loqui, visus 21
Dei summi verus praeco 21
eius scripta, habita pro diuinis oraculis 21

Mosis et Christi schola, una et eadē. 12
cur siluit nomina multorum filiorum Adę. 107
eius sensa & mens, quo pacto intelligi possit 18
cur suppressit Angelorum creationem 67
ubi nā scripserit sua volumina. 151
cur dixerit, Animæ viuentis 259
eius in describendo mundi opificio mira solertia 17
cur præterierit manè primi diei. 156
Dei vniuersum opificiū in penultima periodo capitis mira epithasi commendat 352
cur abscondit faciem, loquens unà cum Deo 151
fuit Historicus præstantissimus. 125
cur non fecerit mentionē ignis. 184
sępenumero Angel. mētionē fecit 107
quomodo vidit essentiam Dei. 40
Mōs emittēs semp cacumine fumū. 197
cur dixerit deferentes epicyclos. 254
Motus primus, quinam sit 212
Motor, quomodo moueri dicatur. 123
Motus, quando cesset 271
Muli q̄re lōgioris uitæ eq̄s, et asinis. 339
sunt à toto genere steriles 279
Mundus, à Deo creatus vnico momento. 214. initio temporis, ibidem.
quo anni tempore creatus 208
sex ueris & propriis dieb. ornat⁹ 214
num ex materia factus 32
eius nouitas an possit demōstrari. 53
a quoto tempore inceperit 65
eius finis, & quāto tpe duraturus. 77
cōplectitur oēs perfectiones, omnesq; gradus, & rerum ordines, &c. 352
est vnus 51. potest Deus absolute ei multa in infinitum adere. ibi. & 354
eius gemina bonitas 353
cōflagrauit quibusdam in locis. 162
eius medium, qualesit 196
Munificentia Dei erga Adamum, qualis fuerit 207
Murenę honos à Marco Crasso traditus 260
Muscarum ortus, unde 281
Modi, quibus aliquid fieri dici potest, quot sint & qui 262
Moed, quid significet Hebræis. 247
Monachorū priscorū religio, et scītas. 79
Monstra, vnde causentur 283
Mortis hora, cur nos lateat 85
Mortem molestè ferens, non est philosophus secundùm Platonem 247
Mortui, in vitam à Christo reuocati, quot fuerint 109
Motus naturalis, cur velocior in fine, quàm in principio 172

N

Naclanti vana opinio 286
Natiuitas, q̄lis melior puteī. 252
Natura solicita est, vt conseruentur species 271
Naturalis iuris est, vt esca quisque se, vitamq; suam tueatur 340
Natura conditionem sequentes, quando rectè faciant 202
Natura progreditur ab imperfecto ad perfectum 202
Natura, quomodo format corpora 29
Natura ante creatam lucem, nil ardentius cupiebat, quàm ipsam lucē. 134
Natura non deputat vnam rem multis officiis 171
Naturalis dies, quot horarum sit. 147
Negocia p̄clara et utilia nō omittēda 201
Nemo verè redemptus, qui non fuit verè captiuus 121
Nephes, Hebræis, quid denotet 259
Nereis Theodori Gazæ, qua forma fuerit 300
Nicolaus Subsyluanus quidam, sine cibo vixit 334
Nihil pōt esse solidum absque terra. 165
Nili Thessalonicensis Episcopi, testimoniū de D. Thoma 434
Noctis et obscuritatis primaria cā, que 147. eius utilitates 149. vñ dicta 148

an possit dici ligamentum sui cum igne.149. cur mala 148
Nomina creatoris, quem effectum agāt in nos 34
Nomen, quid sit 199
Nomina Hebræa plurali carentia 33
Nominum impositio, vnde deducta. 148
Nubes & pluuiæ, an vni prouinciæ iugiter immineant 191
Numerus dualis, num immundus 189
Numa Rex, vetuit Romanis habere simulacra in eorum templis 300
Numerus, cùm in denario quiescat, cur non constituerunt sibi homines decimanas: sed septimanas 216
Numeri omnes, ad denarium vsque imperfecti 189
Numeri, in sacris litteris, referti sunt multis arcanis 189
Numerus annorum mundi incertus. 73
Numeros quanti fecerit Plato 189
Numerus impar, in precio vbique habitus 189
Numerus denarius, cur perfectus. 189

O

OCcasum mundi, cur Dominus voluerit nos latere 87
Oceanus, cur ferat tam varios & multos pisces 258
Oceanum, & terram ambiens corpus, quale sit 164
Oceanus, an altior terra sit 144
Oculus est symbolum mentis 143
nuncius perturbationum animi 194
Oculi nostri, an possint diutius intueri Solem 251
Ocyus nascentia, citius intereunt. 208
Olchot errat 396
Oleum in aere & in aqua positum, contrario modo mouetur 164
Oleum, cur in aqua infusum sese attollit: & frigore potius crassecit, quàm congelascit 171
Olympiodorus se vidisse scribit, hominē, qui solo aere, et sole nutriretur. 334
Omissio, est fermè nolitio quædam. 139
O'v trifariam consideratur 415
Onagri vngula, ad quid conferat 275
Opifex, cur aquas super cælos locauerit pag. 16
Opifex rerum, qñ miracula edat. 201
Opiniones variæ circa numerum annorum Mundi 65
Opus secundæ diei, cur non fuerit pronunciatum esse bonū, prout alia. 138
Opus vnum, est alterius ratio 201
Orantes, ad quam Orbis partem debeamus respicere 151
Orbem sensilem, quæ præcedebant apud Hæbreos 28
Orbis à Dauide quo pacto diuisus. 111
Orbis quando ad initium reuersurus, iuxta Ptolæmeum 91
Organum cælorū potentius, qd nā sit. 211
Origenes, in quo à cunctis Doctoribus reprehensus. 18. fuit nuncupatus cōpositor. 412. damnatus à D. Hieron. 233
Origenis, Plotini, & quorundam aliorū opinio confutata 245
Ornamēta cælorum, cur post ornamenta terræ commemoret Moses. 221
Oua piscium, cur non bicolorata 570

P

PAlinodia non improbanda. 403
Panis ex tritico cōfectus alijs melior q ex alijs frugib. cōficiunt. 337
Panis, viniq; porrectio in sacrificio Melchisedech, quid denotabat. 109
Parisienses articuli. 400.401
Pars extra totū habetur imperfecta. 105
Paruulos faciles & dociles, non sapientes & prudentes hoc est contentiosos Deus instituit 22
Patrū prouerbiū, cum Deū vidissent. 131
Paucis, an multitudini prodesse debeamus 202
Pcm̄ Adæ, qd mali in nos cōtulerit. 291
Pedissequi Iouis, qui sint 231
Per, præpositio, quid suaptè natura denotet 225

Perditio

Perditio nostra ex nobis est 242
Peripatetici opes,& res externas inter bona dinumerantes, nihil verbo Dei contrarium docent 356
Peripatetici iuniores omne ens in reale diuidunt, & rationale 414
Peripatetici illi, qui de anima hominis immortalitate rectè sensisse Arist. ac fecisse nostri corporis entelechiam arbitrantur, quibus premantur angustijs 321
Perfectũ sp antecedit imperfectũ. 281
Perspicuum, quando ductile sit, & ductile, quando perspicuum 185
Petri Lombardi sententiæ 389
Phaetontis fabula, an vera 162
Phœnicis obitus, & renouatio, quibus auctoribus probetur 270
Phantasmata non possunt esse, vbi sensus non est 230
Phase, Iudæi iussi sunt vesperi immolare 154
Philosophorum error, circa maris salsedinem 200
Philosophi, cur inuestigarunt naturas rerum 57
Philosophari, quõ cœperint homines. 56
Philastrius, quando floruerit 73
Phylastrius negligens in perpendendis sanctis Scripturis. 322. idem temerè aliquando opiniones vocat hæreses, ibi & alibi
Phylastrij opinio de astris 213
Phrasis Hebræa, sępe capit dies pro tempore 217
Pisces sunt qui putant omnes ali aqua dulci 200
Piscis, muliebri forma præditus, secundum Cardanum, vbi adinuentus. 300
inueniunt pcul à fluuijs & mari. 192
sunt in magna multitudine, & grandi mole 257
vtrũ sint plures, quàm animalia terræ. 257. Quidam sunt miti, ac mansueto ingenio 260
aliqui mãmas & genitalia hñt. 259
an gignantur vbilibet omnes. 257
Quidam sunt venenosi 265
qui cartilaginei, Aristoteli sint. 264
an respirent 259
an audiãt, olfaciant, & dormiãt. 259
cur nõ oẽs vnà capiuntur esca, ibidẽ.
an in eis oculi ex suis membris primi gignantur, ibidem. an habeant memoriam, & extimationem, ibidem.
visi aliquando sunt in viuarijs cum hominibus deambulasse, ac ad manũ aduehtasse 260
Pisces an ratione participent 260
Piscium mira, ab excellentioribus scriptoribus narrata, quæ 260
cur sunt animalibus terrestribus, & aereis obtusiores 260
sunt multorum generum ibidem.
cur aliqui soli, aliqui gregatim incedant, ibi eorum cibus, ibi quare non omnes vnius sunt constitutionis, ibid.
num sola aqua nutriri possint, ibidem.
Piscatio nõ est indigna hoïe ingenuo. 331
Pithagoræ & clarissimorum virorum scholæ, quibus olim patuerint 22
Pythagorici quibus carnibus abstinebant 345
Planetarum coniunctio maxima, quando futura 89
Plantę species 336
Plantæ quædam, ne dum nobis remedio sunt, sed etiam brutis 206
Plantę, ornant terram 210
Plato, quõ verba Mosis intellexerit. 117
Plato, cur fecerit animam nostram Deo similem 301
Platonicorum & Peripateticorum opinio circa creationem cæli 27
Platonis opinio circa negocia obeunda. pag. 155
Plenilunium, cur Lacedemonijs vetauerit Licurgus 253
Pluuiæ assiduæ, cur fiant sub torrida zona 195

Pomponatij in Ioannem Picum, iudicium iniquissimum 247
Pomponatij testimoniũ de libro D. Thomæ aduersus Gentes 424
eius iudicium de D. Thoma 318
Pontus Euxinus, cur solum altius habeat 195
Pondera, vnde oriantur 172
Porphyrius fuit acerrimus hostis Christianæ religionis 71
Porphyrij opinio erronea 199
Potentia Dei est infinita 52
Potentiæ distinguuntur ab essentia, in anima nostra 305
Potentia in creaturis quotuplex sit. 240
Præcepta negatiua spoliare hominem libertate videntur 345
Prælium inter Michaelem angelum, & Draconem 140
Præteritis temporum verbis pro præsentibus utitur interdum Scriptura. 339
Profanarum litterarum eruditionẽ cum sacra doctrina commiscere, non est absurdum 406
Prophetæ, quando audiendi 87
Prophetæ Mosem subsequuti, cùm de cæli plagis simpliciter loquuntur, ad quam Orbis partem primùm respiciant 251
Proportio aq. ad terrã, quotupla sit. 195
Promptissima, quæ propriè sint 201
Prosperus Martinẽgus Monacus laudatus 314
Prouerbium à Stellis deductum. 253
Ptolemęus, non affirmat esse eccentricos, & epyciclos 254
Ptolemæus allucinatus cum aliis. 330
Puella quædam edebat scorpios sine læsione 206

Q

Quæstionum genera, Philosophis, quot, & quæ 125
Quæ supra nos, nihil ad nos, impia vox pag. 128
Quies, quid propriè 139
Quinarij numeri laudes 172
Quod ab omnibus fit, à natura proficisci videtur 154
Quodlibeta D. Thomæ 426

R

Rabini quo sacra Bibilia distribuãt. 7
Rachia, Hebræis, quid denotet. 165
Ranæ & Culices, ex qua materia gignãtur 180. 281
Rationales scientiæ 414
Reales disciplinæ 414
Redemptoris necessitas 13
Reges, et Principes, cur de se ipsis pluraliter pronuncient 37
Res, quot modis extendi solent 185
Reptilia, quæ sint 258
Hebræis, vnde dicta ibidem.
Rex, quomodo constituatur 315
Reuelatio bifariã à Theologis capitur. 7
Roma, quando à Gothis capta 73
Romani, qua de causa deducebant dies suos à nocte media, ad sequentem mediam noctem 154
Ros, quid significet in sacris litteris. 28

S

Sabbatum, cur sanctificatum 215
Sacræ litterę oppugnatores habuerunt insignes doctrina viros 399
Sale num fuit binomius 67
Sal, oleum continet 200
Salsa moderata, melius nutriunt. 200
Salix, nõ affert semen, neq; fructus. 204
Saluatoris grã, qd operetur in nobis. 312
Samaritani, cur à Dño reprehensi. 236
Sancti per martyrium non modò cælestia præmia, sed in terris quoque magnam nominis celebritatem adepti sunt 241
Sancti cũ Christo resurgentes, cũ eo propriis induti corporibus cælos conscenderunt, secundum quosdam 131
Sãctitatẽ, utrũ homini dederit Deus. 312
Sanguine animalium, cur non litandum Diis, iuxta Theophrastum 203
Sapientia Dei deliciatur, quando cum filijs

filiis hominum degit 132
Sapientia Dei, Cabalistis, quid 25
Sathanæ casus, cur in veteri Scriptura obscurè habetur, & cur in Euangelio apertius expositus 100
Saturnus, quomõ fingitur à Poetis. 171
Scolastici, & qui citra quingentos annos in ecclesia floruerunt, ab eruditis quibusdam indigni vt legantur existimati 386.387
Scholastici res tractant incredibili solertia, ac minuta quadã diligentia. 394
barbarè loquuntur 391
humiles, ac suorum scriptorum censuram minimè reiiciunt 397
eorum laudes & cognominationes quædam 388
Scientia non stat cum fide 56
Scotus à D. Thoma in plerisque, non rebus, sed verbis dissentit 400
Scotus laudatus 397
Scriptura postponunt verba clariora, obscuris 174
Scriptores, cur multa siluerint 209
Scriptum diui Thomæ 422
Scriptoribus laudi datum est, multa edidisse volumina 412
Scripturæ sanctæ mos in adscribendis annis Regum, quibus regnabant. 72
Scripturæ mos, cùm de excellentioribus rebus loqui vult 120
Scripturę, quam probitatem appratient pag. 310
Sculptores, cur imagines Principum potius in ære, quàm in auro fuderĩt 288
Sebastiani Foxii testimonium de D. Thoma 418
Seminum in herbis varietas, quæ 204
Senarius numerus pfectissimus est. 357
Sensus visus, est nobis præ cæteris charus 142
Sensus aperiens mentem Mosis, qui propriè sit 18
Sensus omnes tactum supponunt. 230
Sermo Dei omnipotens est 134
Sermo, quid propriè sit 128
Serpentes, an fuerint ante peccatum Adæ 205
Serum, cur diluculo vbique præmittat Moses 150
Seth generationem diligentissimè omnium descripsit Moses 10
Septenario numero, omne ferè tempus circumuoluitur 216
Sepulchrum Mosis, cur voluit Deus latere Hebræos 237
Sex dierum numero absoluto Vniuerso quid voluerit Deus designare 357
Signa alia naturalia, alia data 245
Signa pronostica, quo dici possint. 244
Signa sacra, quid operentur 245
Signa cur dederit nobis Deus 245
Signa sacra, quam gerãt imaginẽ. 245
Signum, quale appellandum. 243
Sixtus Medices, Autoris præceptor, laudatur. 417
Sobole carere, cur olim ignominia fuerit 319
Socratis & Stilponis laudes 242
Socrates habuit plurimos obtrectatores, gloriæ inuidos 241
Sol, quando Iosue precibus constitit, quanto tempore fuit immotus 221
Sol an prodiit eodem momento cum omnibus cœlis 138
multis nominibus maior Luna. 150
ab aliquibus adoratur 149
quo ab Heraclito appellatur 250
quot Planetas desuper habeat, & quos 251
cur nuncupatus spiritus 228
efficit calores 251
qua die ab Opifice conditus 137
eius virtutes, quæ 137
dominator diei, Luna verò nocti. 255
Sol & Luna, in generatione rerum, quomodo à Proclo appellati 251
Sol, quomodo vsurpeĩ in Scripturis. 251
quot modis Lunam præcellat 251
an recedat à medio latitudinis Zodiaci

diaci. 251. Ubi situs Astronomis, ibi.
Sol & Luna, quomodo ab Orpheo vocati 249
Sol & Luna, an magnitudine & luce aequalia 250
Soli an dederit Deus simul vires omnes & facultates, quas nunc habet pag. 187
Sol & Luna, vitam nobis infundunt, iuxta Albumasarē & Ptolemaeū. 249
Solem quo pacto vocauerit Plato. 251
& quomodo Dionysius Areopagita pag. 304
Somni cum Venere collatio 326
Sphaerae ignis vis, & potentia 162
Sphaerulae & bombices, cur natura graues sint 172
Spinas, & tribulos cur crearit Deus. pag. 205
Spiraculū vitae in Adam, quale fuerit. pag. 310
Spiritus, quid significet apud scriptores pag. 115
quot modis capitur. 116
quō à Galeno accipiatur ibidem.
est duplex in nobis, secundùm quosdā Medicos, ibidem.
& secundum alios est triplex, ibidē.
Spiritus Domini, qui intelligatur à Mose 117
Spiritus sanctus, cur aliquibus vocetur aqua 174
Spiritus Domini, cur magis sup aquas, quàm super cęlos moueri dixerit Moses 119
Spiritus caelestes sunt innumerae multitudinis 183
Spiritus sanctus, quibus Hebraeis Scripturam ediderit 107
Stata tpa, quo pacto interpretādā. 247
Stellarum functiones omnes nemo vnquam probè intellexit 182
Stellae, Luna maiores, an adinueniantur pag. 249
an certo, diffinitoq; numero sint. 182
ad quem finem ab Opifice facta. 254
an caelis densiores 167
Stellarum ordo, dicitur militia caeli. 255
Stellae, an exhibeant Orbi beneficia, ibi.
an moderentur inferna corpora, ibi.
Stellas fixas, ad quot gradus magnitudinis redegerunt Astronomi, & quot imagines constituerint 253
Stella. quam Magi viderant, an habuerit crucis notam 82
Stellae an specie à caelis differant. 254
Stephanus Usus maris, Generalis magister ordinis Praedic. 422
Stirpes & arbores, quot modis proueniant 209
Strabo & Beda non fuerunt auctores caeli empirei 43
Struthionis procreatio 270
Subiectio terrae quomodo ab alijs accepta 331
Substātia qualibet, quō dignoscatur. 127
Sublunaria, à quibus conseruentur. 163
Sublunaria, sunt minus perfecta, quàm caeli 163
Sueßani testimonium de D. Thoma. 418
Summa Thomae in Naturalem, Moralem, Sacramentalem 428
Summae D. Thomae pręcipua capita. pag. 429. 430. 431. 432
Summa D. Thomae laudatur. 426. 427
Summam D. Thomae aliqui non rectè contraxerunt 426
Summa, vocabulum explanatur. 427
Summa D. Thomae 390
Supputatio annorum mundi, qualis probatior 91
Sydera, an nostras res efficiant. 246
an habeāt alias proprietates, praeterquàm lumen & motum 170
vnde alantur, secundùm aliquos. 167
an natura praesignent in vniuersum res nostras 245. 246
Sydera magna, quae dicta 249
Sympathia inter aquā & aerem 256
Synagoga, est cētū corū, q carēt rōne. 199

Temporum

T

Temporum varietates agnoscere, an nobis vtile sit 248
Tempus cur dicatur vorare filios, & res omnes 158
quid significet 83
Tenebræ Ægyptijs immissæ, erant adeò densæ, vt palpari fermè possent. 142
Tenebræ quid designent 125
Tenebræ cur erant super faciem abyssi, ante mundi creationem 141
Tenebrarum causa, quæ 146
Terra, ex qua formatus est Adam, à quot mundi partibus desumpta. 291
Terra prima de nihilo creata, an eadem sit, quam modò calcamus 160
Terra, cur post peccatum Adæ, euasit promptior & vberior ad noxias herbas procreandas 206
Terra, cur à capiēda Solis luce alienissima 251
Terrenis rebus affixi, non possunt admittere intelligentiam Dei 251
Terra num fuit prior cælo 112
Terra, an tota, an partim à Deo arida facta 199
Terram esse maiorem aqua, quibusdam probatur. 197
sed redarguitur hæc opinio ibi.
Terra, in Genesi, quę propriè intelligenda 27
Terra, eſt cōmunis altrix & nutrix. 284
Terra vtrum idonea vbique germinare singulas quasque herbas, aut arbores 207
Terram cur creauerit Deus 191
Terra, est Elementum omnium grauissimum 194
manet immota 222
cur ab initio vacua & inanis 113
quomodo ex aquis emerserit 193
Tertulliani opin. de corporeitate Dei. 297
Testudinum remedium, cùm viperas comederint 206
Thalmudistarum inepta opinio 250
Theodoreti laudes 131
Theologorum opinio circa Angelorum creationem 27
Theologia scriptis patrum antiquorum dispersa, à scholasticis digesta est, & in vnum corpus redacta 389
Theologus est communissimus quidam artifex 221
Theologi nostri castè propriè, & accuratè loqui iubentur 390
Theologi de homine, qui Dei est imago, cumulatissimè verba fecerunt. 430
Theologorum axioma 290
Theologia, quid significet 428
Theophrasti, nullam arbitrantis extare speciem stirpis, quę & omni tempore, et quouis loco sterilis sit et infœcūda, reprehensa opinio 335
Theophrastus, cum dixerit terram protulisse prius herbas, quàm animalia, à quo edoctus fuerit 203
S. Thomas, Theologorum & Philosophorum apex 170
Thomæ oratio sine barbarismis, & solæcismis 391
Thomæ oratio laudatur testimonijs quorundam eloquentium virorum. 391
Thomas Latinorū aliquot, vel Græcorū vocabul. originē ignorauit, &c. 392
Thomas, & recentiores nōnulli melius res quasdā assequuti sunt, quàm vel Basilius, vel Hieronymus, &c. 393
Thomæ liber de principiis naturæ appellatus, clauis librorum Philosophiæ naturalis est ab Auctore dictus. 419
Thomæ libri Theologici diuiduntur in tres maiores Classes, & subdiuidūtur
Thomæ opusculorum nullus ordo est, & pleraq; falsò Thomæ adscribunt. 415
Thomas qualis sit in explicando Aristotele 416
nomē expositoris meritò sortitus. ibi.
pluribus in locis easdē res repetenti vitio non vertendum 401
in scriptis suis pręstat tria illa differēdi-

di genera, Magnificum, Subtile, Mistum. 402. quare obscurus quibusdam videatur 402
Thomæ comment. in Boetium de Hebdomad. & de Trinitate 421
commentarij in Boetium de Consolatione, eius non sunt 421
Thomę oppugnatores multi viri egregij, & celebris in Ecclesia nominis. pag. 387
eius commentarij in Aristotelem, qui excellant 417
& quos libros Aristotelis exposuerit 416
Thomæ Spiritus sanctus tantam gratiam impertijt, vt nullibi aut contra fidem, aut contra bonos mores errasse videatur 397
Thomas curiosus à qbusdã habet. 409
taxatus in partitionibus, & subpartitionibus 410
celeberrimos suis temporis auctores nunquam allegat 411
eius doctrinam publico edicto Ecclesia firmauit 395
eius doctrina testimoniis eruditissimorum virorum præconiis celebrata 433. 434. 435. 436
quãdo libros suos ediderit. 418. 419
vix quinquagesimum annum attigit. pag. 413
multa, eaq; ingentia edidit volumina pag. 413
Thomæ in scribendo modus, ratio, mos, ingenium, stylus 437. 438. 439
hæreticorum malleus 382
eius propugnatores præcipui 399
Libenter Augustinum sequitur, atque exprimit 403. 404
Tau, Hebrais quid significet 112
Tres Dei personas, quomodo dicamur repræsentare 305
Trinitas Diuinarum personarum, num Patribus veteris testamenti innotuerit 39
Tunicas Adæ & Euæ, ex qua materia fecerit Deus 275

V

Vadiani hæretici, quid senserint de corporeitate Dei 297
Vau, Hebraicè, quomodo reddatur Latinè 154
Vbi anima, ibi vita 259
Venena, non omnibus esse obnoxia, quo pacto contingat 206
Veneni nomẽ, potest dupliciter sumi. 207
Veneni mentionem faciens, debet adijcere vtrum bonum sit, an malũ. 207
Venus, quando cieatur in suo epicyclo. pag. 248
Veneris incommoda 326
Venti diffinitio secundùm Vitruuiũ. 120
Ventus, quomodo Græcè appelletur. pag. 116
Ventus ad conceptionem fœtus iuuat. pag. 329
Verbalium nominum natura 186
Verbum, vnde dictum 129
Verbũ, quotupliciter capiatur. 128. 129
Verbo interno an externo vsus fuerit Deus, cùm pronunciauit fieri lucem. pag. 130
Verbum Dei, quomodo appellarint Philo, & Clemens Alexandrinus 26
Verbo interno fecit Deus omnia, non autem externo 133
Verbum Dei, quo pacto consueuit dici exemplar 26
Verbum Dei, cur sic dictum 25
Veritatis adeptio iocundissima est 58
Versiculos, & lineas quidam nedum volumina ipsa lucubrationesq; auctorum indicarunt 412
Versiones sacrarum litterarum multas Auctor consulet 20
Vespere, quodnam diei tempus sit. 149
Vesperum, cur sic dictum 149
Vespæ, & Crabrones, ex qua materia oriantur 281
Vespertilio, cur à Platone dictus Auis, &

& non auis 369
Vestis nuptialis animæ nostræ, quæ sit. pag. 310
Via carnis à multopluribus teritur, quàm via virtutis 242
Vicissitudo & variatio non sunt in Deo pag. 144
Videre, verbum, quotuplicem habeat significationem 142
Vigiliæ, cur in desuetudinem abierunt. pag. 155
Vincentij Lirenensis mira doctrina. 297
Vincentius Iustinianus, Ordinis Prædic. Generalis magister, laudatur 380
Vincentius Diuus, quo tempore floruerit pag. 80
& quid senserit de Antichristo. ibid.
Vinum à Christo in nuptijs propinatum, fuit perfectissimum 208
Vipera, quomodo pariat 271
Viperarum virus in Phenicia 205
Virtus, quo pacto aliquando conniueat. pag. 20
Virtutes cœlorum, in sacris litteris, quę dicantur 231
Visus, est nobis charior omnibus sensibus 145
eo capimus multarum rerum differentias 145
Vita longior, cur initio hominibus constituta 86
Virginitas summè laudata 323
Vitam cur decurtet nobis quandoque Deus 247
Vniuersi gemina bonitas 353
Vniuersum à Deo num fieri melius potuerit, & quibus modis 354
Vnus., Hebraica phrasi, quid denotet, pag. 157
Volaterrani vana credulitas, de Torpedine pisce 265
Volucres, an inter animalia terrestria simpliciter computandæ 264
Voluntas, & velle, quo pacto differant pag 144
Voluntas Dei, est causa vnitatis mundi 52
Voluntas cæca, quænam dicta. 142
Voluntas, quid propriè 142
voluntas Dei, est præcipuum bonum Vniuersi 194
Urbani Quinti testimonium de Diuo Thoma 433
Vrsum aliquandiu cibi nihil omnino sumere, apud Aristotelem 334
Vultures mares, an reperiantur. 270


FINIS.

ERRATA INSIGNIORA.

Prior numerus indicat paginam, posterior versum.

7.13. fiscitabuntur, fiscitabuntur 9.26. sibi iussisse, illi iussisse 13.4. illa cumulatissime, ille cumulatissime 14.31. sub- inde se eruram, subinde erurum 30. αἶθερ, αἴθερ. 21. preparentur, præpararentur 15. iri, fore. 19.21. scriptura, scripturam 20.32. fretalam, fretelam. 23.43. irrogatam, irrogatum 25.42. Palesinum, Valentinum 31.25. Repellit, Refelli 27. coeternus, coæternus 33. in margine, Extenditur, Expenditur 37.7. iden, ideo 22. infragatur eternum, refragatur, quę 16. aetrahes, detrahes 27. eadem, eędem 38.9. splendiora, splēdidiora ibid. illa, vlla 40. sigillarum, sigillatum 43. Truthertis, Thrutheutis 39.5. Tricheitas, Trisheitas 40.33. trasenam, trāsennā 41. in margine salitus, factus 42.4. loo, loco 22. secernuntur, secernuntur 23. parenter, patenter 44.26. indispicantur, indipiscantur 25. quoque, quęq; 45. in margine, lege, non desunt 46.23. vertis, vero 47.23. dele τῷ sibi 33. Matth. 2, 5 49.1. posse, posset . 9. æui vel vtriusq; temporis, æuum vel vtrūq; tempus 10. discreti, discretum 12. continui, continuum 55.4. arbitraretur, arbitrarentur 56 37. Hieronymi, Hieronymi 58.11. falsum, falsus 27. conseruantur, consequenter 29. persequenter, perscrutaretur 59.12. sit, sit 35. delactasti, delectasti 62.16. sacerdotum, sacerdotem 39. propter quam, propter quē 65.39. interpretatione adde illum 66.17. status, statum 67.20. existimans, existimas. 68. in margine & dissonātiam, aut dissonantiam 72.11. insitem, insignem 41. Alacensis, Aliacensis 73.1. lapsim, lapsi 74.24. quadrimestes, quadrimestres 75. vt Alfonsi, & Alfonsi 75.16. crebre, crebro 43. ille, illa 79.29. quodam, quoddam 80.8. notem, notam. & 25. huc vni, hac vna 81.9. Apocalypsim, Apocalypsi 24. Iudeorum, Indorū 82.20. certa, certa 83.43. cū tertum, cum certam 84.13. eorum, adde inuenta 23. preteream, prætetea 85.32. Trientarios, trinitarios 33. testator, testatur 42. proferat, præterat 86.18. proinde, perinde 87.3. dicitur, ducitur 88.28. Parisiensium, Parisiensem 90.2. intercedit, intercedet 5. ponderent, penderent 91.45. accingit, accingit 92.20 Pubarchius, Purbachius 26. lib. 28, lib 2 30. Fenicia, Phenicia 32. nomina, placita 38. profecto, profecta 93.40. imperficere. imperfectam reddere 97.15. nimio, nimia 101.30. Latenensis, Lateranensis 104. in margine corporeas, corporeos 25. Gennandius, Gennadius 109.20. decabam', dicebamus 113.45. habent habet 116.18. moqui, motorem 39. enarrat enarrat 117.29. censisse, sensisse 121.40. docuerint, docuerunt 122.29. hoc latuit, hos latuit 31. Moses, Mose 45 Hebræis, Hebræos 124.10. ipse quoq;, ipsa 16. Postemo, Postremo 127.33. atcanum. arcanum 34. hoc, hæc 41. quommodo, quo modo 128.9 redarguat, redarguant 12 curo, cura. 129.20. proferunt, proferunt 22. uocalem, uocale 133.29. Epes, Ephes 134.30. & in corpore, redundat τῷ & 138.6. fuisse, fuisset 38. Horarum, horarum 139.39. fiendum, faciendum 140.19. dicuntur, dicitur 37 se, sed 141.37. dicamur, dicatur 144.8. pundia, punctis .146. in margine Belias, Belial 247. in margine dele τῷ Roman 27. exsereret, exereret 38 uisom sit, visum est 149.3. luco, loco, 151.17. sed postica, sed in postica 24. simile, simili 154 30. nocte, noctem 37. dici, dici 155.27 homines ac improbi, homines enim improbi 40. factus, fastus 157. confutantur, confutatur in margine 161.9 sepe &, sępe etiam 162.2. ellendit, extendit 85. Anaxagora, Anaxagoræ 21. humectaretur, humectaretur 164.37. iter. inter 166.18. territur, teritur 168.3. hac, hunc 169.37. contingerunt, contigerunt. 170.28. Seuromatas, Sauromatas 172.20. proprietati, proprietatem, que, qua 21. serret seruent 174.27. alia, alias 175.23. vnus, vnius 176.1. tamen, tam 19. vsquam, vsque 186.31. esta sed, est, sed 188.12. hac, hęc 21. edeom, eodem 190 9. opere, opera, canerijs, catarijs 191.17. Meditarraneos, Mediterraneos 35. expendit, expandit 291.34. sun, sunt 193 3. sigi, sig 194.23. primam, primum 35. dipressius, depressius 195.8. absorbuet, absorbeat 197.33. illam, illa 41. recto, recta 200 29. nocte, noctem 208.14. ne vero, ne vere 17. alia, alię 36. enim, Etenim 209.19. mentione, mentionem 20. minutoria, minutiora 29. & alicubi, etiam alicubi 213.26. peruenit, prouenit 219.41 omnib' personis, ab omnibus personis 220.7. præcipio, principio 223.36. quin certe, quæ certa 224.39. auctoritate, auctoritati 41. illam, vllam 227.42 gationes, nauigationes 228.41. permultique, permultisque 233.44 percipiant, percipiantur 235.38. Angelos, qui Angelos 39. obire quod obire, dicunt quod 40. loquitur, loquūtur 236.1. fortasse, vt fortasse 32. Pastellus, Postellus 237.17. num cuperet, nuncuparet 33. Nestorum, Nestoriū 238.28. percipiatur percipiat 241.10. noz, nos 20. hocq;, hoc 42. Socratum, Socratem 242.33. præferent preferrent 33. numine, numina 244.23. latinis, latinis 245.24. additus aditus 253.27. quoque, quęq; 256.36. Rondellatius, Rondeletius 257.39. hæc, ac 260, 28 lymaces, lymace 42. Rondellatius, Rondeletius 261.7. Germialium, Genialium 262.22. volent, volet 263.14. ingenijsq;, ingenijq; 267.30. execrationes, exectationes 31. Thophilum, Theophilum 270.5. multiplicarentur, multiplicarent 272.30. interiecijt, interiecit, in 273. in margine Esiam, Esaiam 26. doctrinum, doctrinam 18. eo, ab eo 274.20. ea parte, in ea parte 275.19. Ceruasij, ceruarij 26. tanquam, tamq; 281.8. Augustino, Augustinus 30. præparatum, præparatam 41. de de Hist. de Hist. 285.15. quidam, quidem 289 2. Mandemus, Mandamus 33. licuisset, licet 36. exponeret, exponat 37. seruaret, seruet. 291.7. ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ, ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ 297.10. quodā, quoddā 40. posset, posse 298.8. formationem, formatione 300.1. Ecclesia, Ecclesiæ 37. hoc ipsa, hoc ipso 301.39. illum, illam 302.25. Papo, Papa 35.10 & quæ, & qua 307.7. cognoscitiuę, cognoscitiuę 310.21. quodam, quoddam 312.36. additus, aditus 313.39. imaginem, Adę appellat 314.22. nostram, nostra 33. Dipara, Deipara 316.28. subiungabunt, subiugabunt 320.10. vbis, vobis 21. brutorem, brutorū 318.21. si hic, si hoc 325.27. succidatur, succidat 316.327. Arses, Arsem 337.21. presecta, perfectam 339.31 & si ui, & si in ui 36. possint, possent 342.3. in omnium, in omni 352.14. Chrisost. Chrisost. ait 354.37. considerauimus, consideratimus 356.12. condito, condite 357.37. differimus, differimus 381.1. Aquinati, Aquinatis 382.21. quosque, quoque 30. hęresum, hæresum 38. amplissimum, & amplissimum 384.44 modeste, moleste 393.20. nouellitatem nouellitatem 396.31. Franciscqs, Franciscum 400 37. dissimulantur, dissimulantes 403.27. recta tecta. 409.3. corporalibus, in corporalibus 11 doctores, doctos 14. soleret, solere 410.2. discrimini, discrimine 411.45. esset, esse 413.35. fuerit fuerint 417.19. negligerat. netligeret 420.10. atque, atque 37. paratos, paratos 421.8 cuperat, cuperet 28. arbitrerentur, arbitrarentur 33. studiosorum, studiosorum 423.2. sentiarij, sententiarij 23. in quas, in qua 430.38. omnino potentiam, omnino preteris potentiam 432.12. quęstione tractat, lege, pertinēt 18.19. quęstione. 179. quęstione 30. retudit & ac, retudit ac 434.2. Cardinalsi, Cardinalis 435.13. clementia, clementia 437.37. locuplex, locuples 438.22. prætere, prætereo.

Sunt & alia complura in punctuationibus, comis, litteris, ac litterarum inuersionibus, quæ lector facile poterit animaduertere.



DE SEX DIEBVS CONDITI ORBIS LIBER:

Hoc est, Commentarius in primum Caput libri Genesis, Triginta prælectionibus in Gymnasio Patauino habitus, per Reuerend. Patrem, D. HIERON. VIELMIVM Venetum, Ordinis Prædicatorum, sacræ Theolog. Doctorem, & tunc quidem Episcopum Argolicensem, & sanctarum Scripturarum publicum Interpretem; nunc verò Episcopum Emoniæ, quæ vulgò dicitur Ciuitas noua.

LECTIO PRIMA.



NTERPRETATVRVS priora tria capita libri Genesis, qui omniũ sanctorũ voluminũ alpha est & princeps, atq; adeò Christianæ nostræ Theologiæ firmissimũ fundamentũ; dicam primùm de eius Auctore, quòd multum dignitatis & splendoris inde ei accessisse putem: mox verò & de Auctoris scopo, & de Argumento libri, & quales in docendo vires Auctor in eo ostenderit; ac denique de Inscriptione, deque operis qualitate: quæ omnia in Prolegomenis præcipua existimantur, & deinceps ad exponenda verba progrediar.

Auctor omniũ consensione absolutissimus, ac ter maximus Moses fuit, Propheta nimirum, Dux & Legislator, natione Hebræus, patria Gersemita, aut certè Ramessita, de tribu Leui, magni Abrahæ abnepos, & q̃ vtrãq; fortunã iuuenis & senex (memorabili pfectò exẽplo) expertus sæpenumero est. Cùm enim funestissimus Rex Aegypti in Hebræorum mares crudeliter desæuiret, veritus ne inquilini superante numero, cum indigenis de prin-

Apion existimat fuisse Heliopolitanũ, sed errat.

A. cipatu

cipatu contenderent, cum parentes infantem Nilo fluuio exposuerunt inclusum fiscella scirpea; vel vti Iosepho visum est, lectulo è papiro contexto, & bitumine linito, tempore quo filia Principis,[a] Thermutis, vt aiunt, nuncupata in fluuium ad lauandum descenderat. Quæ cistam, & deinde vagientem in ea infantem conspicata, ploranti condoluit, eiusque miserta est, & seruatum Moysem appellauit, quod ex aqua dicta Aegyptijs [b] mo, aut etiam mos, eum sustulisset; & seruatos illi vocent yses: vt proinde oporteat aliud habuisse à parentibus nomen quando circuncisus fuit. Quod Clemens libro primo Stromaton, Ioachinum fuisse ait. Itaque Princeps fæmina factum hunc grandiusculum pro filio quoque habuit, educarique ac instutui regio more curauit, vnde & doctissimus nedum in sciētijs Aegyptiorum euasit 1. Act.7. quas fuisse & permultas, & cumprimis liberales atque prꝑstantes Plutarchus in libro de Iside, & Osyri, Iamblicus de mysterijs Aegyptiorum, Arist. in procem. Meth. Plato in Critia & Thimeo. & qui hos omnes antecessit Herodotus in Euterpe Auctores grauissimi, litterarum monumentis tradiderunt: sed Græcorum quoque, Asyriorum & Chaldæorum si Philoni credimus. Quamobrem, & sunt qui existimant disertissimum quoque in dicendo fuisse. Iosephi verba sunt lib.4.c.8. Adhęc eloquentia, & in tractando populo dexteritate insignis. Quāquam cū Aegyptium quendam occidisset, profugusq; greges Ietro soceri sui sacerdotisq;, Madian in deserto (rebus rursum commutatis) aleret, & de rubi fructice, qui ardebat, nec eius tamen quicquam lædebatur, euocatus à Deo fuisset, ac de Israelitis à dura miserabilique Aegyptiorum seruitute liberandis instrueretur; impeditæ confestim & implicatæ linguæ effectus est. Quod nimirum (sicut Orig. hom.3. in Exod. fermè excurrit) imbecilla hominis natura sustinere Deum loquentem non possit; soleatque eloquentia humana quando cum Deo agit, balbuties, & infantia effici. Ergo factus illo Dei colloquio, ex Pastore, suæ gentis seruator & Princeps, mox tanquàm splendidissimum sydus in medio cœli positum, cùm in Aetiopia primū,[c] tum subinde longè latèque foris prudentia, auctoritate & rebus præclare gestis resplēduit. Percussitq; per multis ac inauditis antea modis Aegyptios, & cùm adhuc, Dei voluntati magnopere, ac pertinaciter eorum Rex Pharao reluctaret, hunc fluctibus Arabici sinus, quem Sancta scriptura Rubrum Mare appellat, eiusque vniuersas cum eo copias penitus, cùm ad Deum[d] clamasset, obuoluit, deleuitque, ac Hebręos per siccum transuectos, & in optatissimam libertatem vindicatos tantæ suorum hostiū cladis & prodigiosi miraculi spectatores fecit, quo nil profectò optatius vel iucundius illis potuit contingere. Sed & cùm præcederet nubes populum in magnæ columnæ speciem, lucens interdiu solari splendore, noctu verò flammeo, absque periculo erroris incedentem, vbi voluit, adduxit; ac māna in deserto deinceps ac diu pauit, & petra sacra illa virga percussa, per quam in Aegypto prodigia patrauerat, largos amnes manante, potauit. Et cùm Reges nonnulli potentissimi, exercitusque fortissimi conarentur peragrantes Iudæos inuias solitudines infestare, cęptoque itinere, deturbare, victi ab eo semper, fusique, & iusta internecione deleti fuerunt; Cumque non

[a] Sic Iosephus illa.c.5. vocat. & Philo ait, Vnicam fuisse patri, & diuturnā nuptiam non potuisse matrem fieri, libr.1 de vita Mosis.

[b] Mo. Iosepho. Mos, Philonis.

[c] Ioseph scribit etiam pepegisse hūc Aegyptijs insignem de Æthiop. victoriam anteaquam ex Aegypto migraret.

[d] D. Ambr. sermo.18. in psa. 118. ita ait, Gracili voce loquebatur Moses, & plus omnibus audiebatur.

non multo postea ad præclarè instituendum sibi creditum populum, animum applicuisset, Grāmaticam eos antea docuit, qualem videlicet tunc temporis habebant (Eupolemo prisco historico teste.) Et cùm recta religione nihil antiquius in votis haberet, confestim atque à Deo fuit in monte Syna edoctus, legibus augustissimis, & quæ totum orbem habitabilem vsque ad extremos terminos officij admonere possent, cùm ad mores, hoc est ad virtutes exercendas, tū verò ad fori causas & iudicia, Hebræos omnium legislatorum primus instituit, & ad hęc pulcherrimis quibusdam ritibus (de quibus dicturus sum aliàs) sic eos verum Deum supplices, humilesque colere docuit, vt nulla profectò esset in orbe ea tempestate natio, quæ religioso cultu, & sacris ceremonijs cōparari cum illis posset. Deut. 4. Sed quorsum nunc de eius legibus plura dixero? Etenim tantum aliorum legumlatorum leges excellunt, quantum res diuinæ humanas; sempiternę breui petituras: sunt firmæ, inconcussæ, immobiles: quippe quæ non modò tanquam naturę signaculis obsignatę habentur, sed etiam summi omnium principis Dei iussu & auctoritate traditæ & roboratæ: quas si Hebræi seruassent, eorum profectò respublica nullo vnquam casu, nullave iniuria labefactari potuisset, quinimmo incorrupta incontaminataq; domi & foris, pace & bello iugiter perstitisset.

Leges Mosis.

Moses fuit summus Pontifex.

Porrò facit quoque ad viri huius eximiam laudem, quòd Phylo lib. 2. D. August. quęst. 23. super Leuitic. D. Leo Papa episto. 86. D. Gregorius Nazianz. in oratione quam dixit præsente Greg. fratre Basil.[a] volunt, fuisse quoque suę gentis summum Pontificem, quamuis eò fastigij fratrem suū Aaronem, & nepotem Eleazarum secum postea euexerit. Dauid enim in psal. 98. dixit: *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius*, vertices nimirum & Antistites maximi. Solus enim Moses tabernaculum erexit, altare vnxit solus, solus Aaronem consecrauit, sacrosque ritus: vti dicebam) solus sanciuit: quæ omnia videntur magnorum Antistitum munera esse. Quamobrem & Phylo loco citato, & libro quoque 3. latius, necnō ex nostris Durandus. De origine iuris, existimat, apud hunc vtranque supremam facultatē, hoc est & in spiritualibus, & in temporalibus perpetuam fuisse.[b] Sed quid prætereo, quòd viri eminentissimi Aug. & Tho. existimarunt, vidisse illum Dei essentiam, raptim tamen, ac (vt aiunt) per transenam; & D. Basilius hìc scribit dignum factum fuisse qui faciem Dei ęqualiter cum Angelis videret?[c] Quid? quod & D. Cyrillus typū Domini multis in rebus præterea extitisse: ac Phylo moribundum ait, lib. 3. de seipso prophetasse, tanquam mortuum, ante obitum narrans se esse mortuum sepultumque: & consentit Iosephus lib. 4. c. 5. atque hoc fecisse dicit, ne propter excellentē eius virtutē fuisse à Deo raptum prædicarēt.[d] Porrò aūt & Rabbi Samuel in parastasi constanter affirmat, excitatum postmodum in vitam fuisse, & in cœlum confestim adductum, anno centesimo & vigesimo vitæ suæ. et viribus animi et corporis integrum naturæ concessisse. Cui fermè consentit Clemens lib. 1. Stromaton (ex sententia tamen Mystarum) additq; adeptum fuisse tunc tertium nomen, videlicet Melchi. Vocarunt autem ij cęlum Paradisum in quo habitauit Adam, qui quorundam viuentium San-

[a] *Ambo, inquit, sacerdotes pariter erant, & hic quidē Moses, principum princeps & sacerdotum sacerdos tanquā lingua Aaronis vitē & opera.*

[b] *Horum testimonia non vidis Ioan Arboreus, vt arbitror, ī suæ Theosophya.*

[c] *Videtur tamē D. Amb. lib de fide contra Arrianos c 8. sentire illum non pure vidisse Deum.*

[d] *Sed ex nostris quidā arbitrantur fuisse ea verba addita à Iosue, a qū verò ab Esdra. Vide Exodi 7 & Deute. vlt*

ctorum locus est. Enochi nimirum, & Heliç, quos fuisse transuectos scripturæ testãtur; & Lactãtius lib. 2. cap. 13. Instituti, & alibi iustis Dei cultoribus ad iudicium vsque (parum consideratis scripturis) assignauit.

[a] Quantum inter Mosem & Ethnicos legislatores in confirmandis legibus interfuit.

Sed ne sim longior quàm instituti mei ratio postulat, desinam amplissimi viri huius reliquas prærogatiuas, quæ videntur innumeræ, mea hac oratione persequi, ac breuibus exponam [a] quantum inter illum & Ethnicos legumlatores, in suis proponendis confirmandisque legibus, interfuit (quod in rem nostram magnopere facere ipse non dubito) Phoroneũ dico, Charundam, Minoem, Lycurgum, Numam, & reliquos; quorum legibus & institutionibus Gentiles illi sese dudum, ac supra quàm credi potest, apud cęteros populos venditabant. Nam cùm hunc tanquam antiquiorem, & multis nominibus conspicuum (maximam enim apud omnes existimationem consecutus est, quibus eius leges euoluere contigit) imitari hi omnes sibi proposuissent, ac proinde magna conspiratione, & tanquam datis inuicem manibus suas & ipsi leges in illos Deos retulerint, quos præcipua quadam obseruantia eorum populi adorabant, nemo tamen illustri aliquą numinis attestatione, eas vel comprobauit vnquam, vel firmauit; sed quilibet, vt potuit, populos faciles & leuissimos imposturis & fraudibus trahere in sententiam studuit, & cumprimis affectata insignis iustitiæ laude, & fucata quadam vitæ integritate, quæ omnibus hominibus, & præcipue illis qui sapientes habentur, certam & constantem cęterorum fidem (vulgi pręsertim) solet conciliare, qua eorum dictis & assertionibus tanquam oraculis; confestim assentiantur. Quamobrem, & impurissimus Mecmetus suum Alcoranum Angelo Gabrieli (quem promiscua illa Arabum turba magna religione illa ætate venerabatur) falsò, & callide inscripsit: imitatus profectò & ipse Mosem quemadmodum prisci reliqui, videlicet.

[b] vide in primo de natura Deorum.

" [b] *Simia quam similis, turpissima bestia nobis.*

Sed & erat illis omnibus constitutissimum, expedire Reip. fallere imperitam multitudinem in religione, sicut Lactantius perhibet: quod & Sceuola quoque, & Varro, Gentilium lumina, deinceps tradere scriptis non erubuerunt, teste D. August. de Ciui. Dei lib. 4. cap. 27. Nec Plato in 2 de Rep. aut Auer. qui veritatis cultores se esse profitebantur, rem hanc sicut debuerant, sunt penitus auersati, (si tamen germanus Auerrois fętus est Epistola illa quæ de Resurrectione tractat.) Ostendunt autem per multa, fuisse hæc procul, ac toto cęlo (quod aiunt) aliena à grauissimo sanctissimoque nostro Vate, sed cumprimis magna illa & celeberrima signa, omnibus probe perspecta, & manibus contrectata. quę & rebus, & modo ea efficiendi, longe ac penitus diuersa ab eorum signis fuerunt, qui Magi dicuntur. Etenim D. Clemens libro tertio Recognitionum, testis est, solere hos & inania, ac nullius frugis miracula edere, & quæ oculos hominum præstigijs obcæcantibus fallant, vt non videant ea quæ sunt, & videre se putent quæ non sunt: quod & Lactantius lib. 2. cap. 15. latè etiam scribit. atqui ea quæ à Mose fiebant, solida erant, vera, constantia, ac ita demum luminosa, vt solius Dei virtute ea fieri omnes intelligerent,

telligerent, hoc est, nulla hominum arte, aut ingenio, & Iudeis non exigua beneficia, cùm ad vitam conseruandam, tum uerò permultis alijs in rebus, afferrebant.

Hoc igitur genere testimoniorum Moses, non pręstigijs aut imposturis, non mendacijs, non demum armis, quemadmodum Gẽtiles illi factitarũt, suam legationem, suas leges, munimenta denique sua omnia, confirmauit & obsignauit. Et cùm Iudęi natura increduli sint atque rebelles, quippe qui non modò perspectis viri huius tot admirandis operibus, & quàm sępe etiam cum Deo de nube palam ac toto fermè orbe spectante, loqueretur, transigeretq; , verum etiam & visis deinceps eorum, qui hunc sequuti sunt, Prophetarum miraculis; ęgrè nihilominus in officio perstarent, & Spirituisancto per Prophetas suos loquenti, iugiter reluctarent, Exo. 32. Num. 20. Act. 7. Inde quoque intelligimus nõ facilitate, aut leuitate populi (quod alijs permultis vsu venit) sed veri Dei virtute ac certa protectione, fidem deniq; & obedientiam ab eis obtinuisse, qua etiam non modò, ab eis in se crebrò tumultuantibus, ac ferocientibus seruatus illæsus perpetuò est, sed & pœnas eorum contumaciæ, & perduellionis non semel etiam sumpsit, vt proinde insignis illa, ac iugis Iudæorum peruicacia, duritiesque, & Mosem, tunc sæpè magis illustrem fecerit, & nunc nostram stabiliat, augearq; magnopere fidem. Rursum Dei consilio, ac prouidentia contigit, Iudeos non antea Mosi credidisse obtemperasseque, quàm tot ac vsque adeò ingentibus miraculis Dei nuncium se esse, probaret: ac sibi eorum fidem ita conciliaret, vt postea de eo dubitauerint nunquam. Sic enim & nos inde admonemur, ne incolumitatem salutemque animarum nostrarum, absque certissimis & grauissimis probationibus cuiquam aliquando credamus: quod Deut. 18. & alibi quoque nobis mandatur; & Summus Pontifex Innocent. 3. in cap. cum ex iniuncto, lib. 5. Decretalium fusiùs exponit. Interest itaque permultum inter hunc Dei ministrum, & Ethnicos illos ac prophanos Legislatores. Quamobrem nemo est, qui non videat Manethonem, Lysimachum, Apionem, Molonem, Apollonium, Galenum, Senecam, Suetonium, Trogum, Pompeium, Strabonem, Corneliũ Tacitum, Porphyrium, Celsum, Iulianum, Cæsarem, & Faustum Manichęũ, atque alios quosdam, qui vel Mosem magum, impostoremque, ac populi leprosi ducem, sacrilęgè vocarunt, vel etiam eius leges irridere, ac Iudeorum populo cui præfuit, & Christianis qui ex his profecti sunt, mendacia, calumniasq; affigere conati sunt, indignos prorsus esse qui audiantur, & facilè posse à nobis ignorationis veritatis, temeritatisq; & petulantiæ coargui. Quod pręstiterunt iam dudum egregiè Origenes contra Celsum, Tertullianus in Apollogetico, Apollinarius contra Porphyrium, D. Aug. libris permultis contra Faustum, D. Cyrillus in libris quos aduersus transfugam illum & desertorem Cęsarem scripsit, & alij ex nostris plures, ac non ex nostris modò, sed & ex Iudęis viri doctissimi, & eloquentissimi, qui Latinè loquuntur, & sunt studiosis ad manum, Iosephus in Antiquitatibus & contra Apionem, & Philo, qui Mosis vitam tribus voluminibus accuratè complexus est: vt æquor esset in æquora fundere,

Iudei natura sunt increduli.

Cur permisit Deus esse Iudeos peruicaces.

Facile ex his refelli illi poterunt qui Mosi & Iudęis detraxerunt.

dere, alijs nunc argumentis & testimonijs Mosem ab eorum calumniis vendicare. Præterquàm quod minimè solent catholici homines (quales, Deo gratias, sumus nos omnes) faces quærere in meridiano Sole. Scripturas enim splendidissimas habemus, quæ hunc nobis mirum in modum ornant Exodi. 33. Num. 12. Deut. 14. Eccl. 45.

Cõtra Iulianũ & Simplicium pro Mose.

Hic igitur libri huius Auctor est, ac eorum quoque quatuor, qui in sacris Bibliis hunc proximè consequuntur. Et quidem non à fabulis Aegyptiorum edoctus, sicut falsò ac impudenter Iulianus apud D. Cyrillũ lib. 2. & Simplicius philosophus in commentariis octaui libri de physico auditu, calumniantur: Et si enim illas adolescens, vt & reliqua Aegyptiorum mysteria didicisset, alto tamen silentio in his monumentis eas omnes inuoluit, in quibus ea duntaxat scribit, quæ partim quidem viderat, quorumque pars magna fuerat, partim externo Angelorum ministerio ei Deus reserauerat, ac fortè spectris & imaginibus quoque in illius intellectum, & phantasiam impressis, quæ res ei alioquin abditas aperirent, sisterentque: vel certè (quod malunt & loquuntur quidam) notitia actuali quadam, partim denique & illa quæ à progenitoribus seriò institutus, aliquando perceperat. Nam quod existimant quidam fuisse apud Hebræos illa tempestate obsoletam prorsus cunctam Dei religionem, quam Abraham & reliqui patriarchæ, filios & nepotes docuerant: nec quidquam pactorum illos retinuisse in Aegypto, à morte Ioseph, & aliorum Patriarcharum, quæ Deus cum Patribus inierat; ac denique illarum rerum, quæ de Deo, De mundo, deque suis eorum Atauis, à Mose scripta in his libris leguntur, videlicet nec literis consignata, nec per manus à Patribus recepta, & integra fide custodita habuisse: ego profectò inducere non possum in animum, vt verum esse credam, cùm inter obitum filiorum Iacob, qui cum eo in Aegyptum profecti fuerant, & Mosem tantum temporis non intercesserit, vt obliterari extinguique vniuersa religio potuerit: quamobrem scribere hìc permulta etiam potuit, quæ à maioribus fideliter tradita acceperat: sed ita tamen, vt Spiritu sancto perfusus, nec à vero deflexerit vnquam, nec in tanta mysteria conscribendo, mente, voluntate, memoria, manu denique, aliquando defecerit. Hæc de eo, deque Auctoribus reliquis quorum Volumina in sancto canone habentur, Catholica Ecclesia (cuius apud nos augusta, & sacro sancta est auctoritas) perpetuò, & constanter credidit, & à D. Petro 2. cap. 1. atq; à D. Paulo. 2. ad Timoth. 4. traduntur. Quapropter & canonicos libros tanquam celestes & Diuinos, veneramur. & aliorum monumentis quantumuis sanctissimi fuerint & doctissimi eorum Auctores, longè præferimus, sicut & nos D. Aug. epist. 8. ad Hieronymum, & alibi crebrò ac disertè docet: cuiusque verba Gratianus dist. 9. recenset.

Moses præcellis cæteros prophetas.

Et cùm hæc ita se habeant, eorum nihilominus sententia mirum in modum mihi probatur, qui maiore luce illustratum fuisse Mosem arbitrantur, cæteris omnibus prisci testamenti autoribus, quibus & S. Tho. subscribit, secunda 2. quæst. 174. art. 4. vbi & Caietan. eius interpres, argum. Lyrani, quibus sub initium Psalterij hanc prærogatiuam generatim

ratim Dauidi asserit, purè, & dilucidè refellit. Et habemus profectò loca in sanctis scripturis, Nu. 12. & Deu. 34. quæ à Moyse manifestè stant, & quæ non possunt facilè glossis & figmentis obscurari. Quamobrem Rabini, qui sacras antiquiores literas, in legem, Prophetas, & agiographa, tanquam in tres classes & nomenclaturas distribuunt; tria similiter graduum discrimina, in supernis delineant; Fontem videlicet, Fluuium, & Piscinam, è quibus Sanctos scriptores longo haustu potasse velint, sed ita tamen, vt Moses solus è fonte, prophetæ è Fluuio, Agiographi ex Piscina, antea biberint, quàm sua eorum volumina scripserint, Sed nos hæc illis relinquentes, vno ex fonte & illo quidem Sancti Spiritus bibisse omnes constanter affirmamus, vnum quamuis largius alio, & cum primis ac præceteris omnibus Mosem.

Rabini

Sed hìc sciscitabuntur fortè hunc in modum nouitij, si ea quoque sanctis suis voluminibus Moses noster complexus est, quæ viderat, & quæ à maioribus, hoc est, aliunde, quàm Deo reuelante, fuerat consecutus; quomodo, quæso, diuina reuelatio, aut, vt loquuntur Theologi quidam, Deus reuelans, vniuersæ Theologiæ nostræ formale obiectum est, sub quo fide Catholica nos recipere omnia profitemur? Hæc enim inuicem, palàm pugnare videntur. Quod profectò minimè est. Quamobrem & animaduertere oportet, non quancunque Dei reuelationem, esse nostræ Theologiæ formale obiectum, sed eam duntaxat quæ Patribus & nobis per prophetas, per Filium, eiusque Apostolos facta fuit: multifariam videlicet, multisque modis, hoc est, partim quidem eorum viua voce & institutione, partim autem scripturis, ac deinceps Eccl. diffinitionibus. 1. Corin. 1. Eph. 4. Hebr. 1. Actu. 17. Rursum nec reuelationem capi à Theologis semper in genuina pressaque sua significatione, quæ est alicui illa aperire ac manifestare, quæ ei antea erant occulta. Et pertinet cum primis reuelatio hæc ad intellectum (hunc enim perficit) cuiusque contrarium, abscondere & cœlare est. 4. Reg. 4. Matt. 11. Luc. 10. sed interdum etiam capitur pro Spiritus sancti afflatu & perfusione, siue (vt Apostoli, Petrus, & Paulus loquuntur) inspiratione. Et hæc illa reuelatio est, qua primùm quidem Sanctorum Auctorum intellectus illustrabatur, dum sacra monumenta scriberent, fiebantque eis illa omnia aperta & peruia, quæ eos antea latebant, & Spiritus sanctus per eos reserare aliis decreuerat; vt proinde hæc tota inspiratio dici per synechdochem reuelatio etiam possit: deinde vero & voluntas, & memoria, manusque ac vires omnes in officio ita retinebantur, vt nullibi vel cæcutierint, vel rerum obliti aliquando sint, aut denique aberrauerint. Et vt prior illa non vbique in sanctis literis conscribendis, fuit Auctoribus necessaria, quippe quoniam Prophetæ, Apostoli, & Euangelistæ, permulta scripserunt, quæ & viderant, & aliis externis sensibus hauserant. 1. Ioan. 1. atque adeò nec indigebant, vt ea denuò illis manifestarentur, ita sua quoque non est, vt scripturam aliquam constituat canonicam: sed est prætereа operepretium, ne humano eam more Auctor scripserit, videlicet qui falli & fallere potuerit, sed vt impulsus,

Dubium.

Greg. de Arimin. 1. q. prolog. artic. 4. & alij.

Solutio

actusq; à Spiritusancto in scribendo iugiter fuerit, licèt quoque ea dumtaxat edere proposuisset, quæ Deo solo reserante hauserat. Si enim posteaquàm sua arcana Deus Mosi aperuit, permisisset vt cæterorum hominum in morem subinde scriberet, nequaquam nobilissima hæc eius monumenta, certitudinem diuinam haberent; sed humanam, hoc est, quæ in suspicionẽ erroris, & falsitatis venire potuisset. At verò cùm tot ille patentibus admirandisq; operibus & argumentis, se non nisi numine afflatum, ea scripsisse probauerit, ac innumeri fuerint qui se vidisse illum cum Deo sæpenumero loquentem testati sint, totaq; Ecclesia quasi Dei oracula perpetuò eius monumenta receperit, internaque vnctio nos ita esse doceat; meritò profectò grati, & humiles ea nos quoque firmiter recipimus, & tanquam Dei verba veneramur.

Ex multis euidens fit credendum esse sanctis scripturis.

Et quamquam eorum veritatem, nec in seipsis rutilantem, nec in suis fontibus & principijs splendidam (viatores) inspicimus, eo videlicet modo quo viri docti, humanarum scientiarum principia in seipsis, conclusiones verò in principiis, fulgere perspiciunt (visio enim ad patriam pertinet. 1.Cor.13.) non tamen leues, vel rustici, sumus, qui eis ita assentimur, vt pro illorum astruenda veritate, vitam quoque vltrò profundamus, sicut nos Celsus philosophus primùm, ac mox Iulianus Imperator, procaci fastu, Origene lib.1.& Grego.Nazianz. 2. in illum oratione testibus, vocabãt. Etenim, & vaticinia Prophetarum, & scripturarum consensio, & ratio eorum quæ nobis credenda pariter & agenda mandantur, & eorum quæ his repugnãt, irrationabilitas, fulgor miraculorum, & Ecclesiæ denique perennis contestatio, ab alijsq; multis rebus petita alia argumenta, faciunt, vt apertè ac euidenter perspiciamus, illis esse firmissimè assentiendum, misereq; & infœliciter calligare eos, qui ea, aut contemnunt, aut paruifaciunt. Quæ profectò argu.& à D.Aug.non semel, & à D.Tho.1.Contra gentes cap.6.& alibi, atque à Ioanne Scoto in 2.q.prologi, & recẽtioribus quibusdam qui de Christiana religione aduersus impios cum laude scripserũt, exposita fuerunt diligentissimè. Quamobrem, & Dauid psalm.92.cecinit. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*. & Dominus, Ioan. 6. *Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitã æternã.* vbi videre Filium, est eum dignum esse cui sit adhibenda fides, perspicere: quod profectò nobis Dei beneficio contingit.

Auctor lib. de mirab. sacræ scripturæ, ait 40. annos in domo Pharaonis Mosem trãsegisse 40. exulem fuisse in domo Iethro sacerd. Madian. & 40 in deserto populi, Hebræ. ducem.

Sed ad Mosem nostrum rursum reuertor, qui (vt Magnus Basilius scribit) annorum octoginta erat quando Deum vidit, hoc est quando nostræ religionis futurus primus Magister, præpararetur (sic enim Iustinus Martyr in admonitorio loquitur) & eduxit ex Aegypto Hebreos, Exodi 7.& subducũt Cronographi quidam qui septuaginta Interpretes sequuntur, anno ab orbe condito ter millesimo & nonagesimo, hoc euenisse. At verò alij qui cum Hebræis, & D.Hieronymo computãt, quinquagesimo quinto supra bis mille: vt si quis horum voluminum antiquitatem non intelligit, frustra ei explicet vel mea, vel alterius oratio. Quamobrem & Clemens Alexandrinus, decerpsisse, aut etiam subripuisse ex huius scriptis philosophos existimat, quicquid illis inhæret sapientiæ, sicuti & ex Prophetis reliquis qui Mosem postmo-

postmodum secuti sunt. Et si nanque sententiæ Patrum de numero annorum Mundi, aliquanto diuersę inuicem sint, in hoc tamen Iustinus Martyr in Admonitorio, Tatianus in Oratione contra Græcos, Clemens Alexandrinus libro Stromaton, Theophilus libro 2. ad Autolicum, D Basilius hoc loco, D. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, ac denique cæteri omnes consentiũt Mosem multo tempore antecessisse Barbaros Græcos, Latinosq; omnes scriptores, quorum libri nunc quoq; superstites sunt, nisi forte sanctissimum Iobum, si eius veruntamen voluminis auctor, hic ipse extitit, & Moses ex Arabico traductor, non verò auctor, quod alii volunt: vtrinque enim sunt opinantes. Et de Mose quidem hactenus.

Moses antiquissimus Auctor.

His patribus assentitur Iosephus lib. 2. contra Apionem.

Nunc verò ad inuestigandum Scopum in quem omnia ille dirigit, atque adeo & libri huius Argumentum, mihi progrediendum est. In quibus explicandis ero fortè prolixior: sed tamen magis industrius (vt spero) quod inde vos facilius percepturos intelligam, quid ab eo vobis expectandum sit, & quale eius ingenium fuerit, quo artificio vsus sit, & quàm solidas habuerit in docendo vires. Et rursum quòd interpretes quosdã (claros alioqui, & celebres) perspexerim fuisse in eo explicando vehementer steriles, &, vt dicam quod sentio, aridiores etiam pumice. Et nihilominus eruditis constat sic esse necessarium, Auctoris intentionem, & operis Argumentum, probè antea nosce, vt haurire cribro aquam is uelle videatur, qui his ignoratis exactam intelligentiam alicuius libri se consequuturum sperat.

Scopum, & Argumentum.

Est igitur in voluminibus hisce, quę Pentateuchum appellãt, Mosis pręcipuus scopus, exponere (quanquam obscuriùs propter impios (veteribus enim religio erat sanctum dare canibus) Deum Patrem ab initio orbis conditi, decreuisse vnigenitum filium suum definito ac statuto à se tempore fieri hominem, vt nostri generis Redemptor, Dominus & Magister esset, ac proinde sibi iussisse, vt acceptis ab eo legibus ac ceremoniis Hebræos (quos selegerat, vt ex eis ille nasceretur) ita aptaret ac præpararet, vt reuerenter, amanterq; illũ reciperent, hoc est, ei firmiter crederent, in illum fiderent constantissimè, & spem suam omnem in ipso collocarent. Dominus enim primo vocaturus Israel veniebat, deinde post huius perfidiam Gẽtes. Matt. 15. Act. 13. Et ita quidem fermè docent D. Cyrillus lib. 8. contra Iulianum, D. Aug. lib. 83. &, nisi magnopere fallor, ipse quoque Dominus noster cùm Ioan. 5. Iudæos ita alloquitur. *Si Mosi crederetis, vtiq; crederetis & mihi: ille enim de me scripsit.* Oratio enim hæc grandior est, quàm vt communiter existimatur. significat enim Mosem non obiter ac perfunctoriè de Redemptore scripsisse sicut de rebus permultis scripsit, sed ex primaria intentione, exq; suscepti operis pręcipuo argumento. Quamobrem & D. Paulus ad Hebr. 2. tanti hunc fecisse Christum Dominum scribit, vt maiores diuitias existimauerit eius pati improperium, quàm thesauris Aegyptiorum potiri. & rursum Galat. cap. 4. dixit, legem fuisse pedagogum nostrum ad Christum; & Romanis capite 10. *Finis legis, Christus est ad iustitiam omni credenti.* videlicet volumina hæc, Hebręorum more, legem appellans: quod & Dominus Lucæ vltimo fecisse videtur. aut certè vetus totum instrumentum, quemadmodum Ioann. 15. denuo hic ipse Dominus nuncupauit.

Expedit hic D. Ambros. audire ita in sermo 8 super psa. 118 loquenté M j

Quamobrem

ses noluit esse Rex, cum posset, sed opprobrium Christi thesauris Ægyptiorum arbitratus est præferendum: sed fugiendo potentiam potentior factus est, factus n. est in Deum Regi Pharaoni. Rex erat Pharao, sed Deus non erat, Moyses est illi Deus, hoc est Regi ipsi terribilis, quem Rex metueret & timeret.

Quamobrem et D. Ireneus ex hac Domini Oratione lib. 4. admonet, posse nos vbique in huius prophetæ libris, Dei filium contemplari: aliquando quidem cum Abrahamo loquentem, aliàs etiam & cum eo comedentem, semel Sodomitis supplicia irrogantem, interdum & Iacob in itinere dirigentem, alibi & de Rubo Mosem instituentem: & denique innumerabilia esse loca (ait) in quibus Dominus noster vel delineatur, vel exprimitur. Vt vel ex his redarguere quisque Porphyrium possit, qui scripsisse Mosem sermone simplici & agresti quæ ei videbantur, contendebat, ac minimè aliud præterea voluisse, hoc est (vt dicebat) intimum scripturarum sensum, de quo Patres cumprimis verba faciunt, nullatenus agnouisse: quàobrem & in Origenem (rerum nostrarum ignoratione falsus) tanquam in auctorem, arcanum sensum hunc, referebat: sicut Eusebius lib. 4. c. 14. memoriæ prodidit. Sed præstabit magis si in penetralibus ac veluti in visceribus horum voluminum, quod dicimus, perspexerimus quod non admodum ægrè profectò fiet, si tanquam certissimum indicem communem rationem adhibuerimus, qua cùm Moses, tum verò sacri Auctores alij in texendis Maiorum genealogiis vsi frequentius sunt.

Etenim nemo est, qui non intelligat, Mosem non scripsisse omnium filiorum Adæ geneses, & prosapias, sed primùm quidem (ac veluti) obiter, posteros Cain ad Lamech vsque, qui eum peremit, nec sine arcana ratione: deinde quàm diligentissimè vnius Seth: ac profectò non eo consilio tantùm quod genealogiæ innumerę essent, prolixiorque fuisset in scribendo quàm ratio postularet, sed & multo magis, quòd ab instituto sibi proposito, prorsus essent alienę. Edoctus enim à Domino sciebat, id semen quod, vt caput serpentis contereret, fuerat promissum, hoc est, Christum, ex vno Seth, non autem ex aliis Adæ liberis (qui permulti fuerunt) procreandum esse. Quamobrem & cum rationi sit magnopere consentaneum, illos omnes priscos non tam diu à procreandis liberis abstinuisse, (Seth centum & sexaginta annis, Enoch tercentum sexaginta) planè coniicimus, eos omnes hac ipsa ratione Spiritum sanctum nobis suppressisse, eorumque nomina tantummodo literis consignasse, qui licèt posteriores aliis geniti fuerint, patres Christi tamen futuri essent. Cùm enim accepissent homines mandatum procreandi, (vt fermè dicitur) & terram totam antediluuium repleuissent, qui fieri, rogo, potest vt tot annorum centuriis cælibes vixerint? At siquis dixerit, homines non totam terram tunc temporis incoluisse; rogabo ego illum, vt causam afferat, cur eam totam aquis diluuij opifex obruit? quam cum afferre aliam non possit, fateatur oportet, vt tota peccauerit, videlicet homines qui eius vel saltem maiorem partem incolebant. Ad hæc, vide & scripturam disertè fateri, eos, quorum profert nomina, genuisse alios filios; & veruntamen eorum nomina silentio prorsus inuoluere, cuius sanè rei causam nemo Christianus afferre aliam potest, nisi quia eorum nomina proferre duntaxat instituerat, qui Christi genitores futuri essent, vt dixi. Præterea cum decimo & vndecimo cap. tantisper attigisset progeniem Cham,

&

& Iaphet, filiorum Noe; mox ad filios, nepotesque Sem, nulla alia certè ratione accuratissimè recensendos progreditur, eorumque posteros ad Abrahamum vsque de nomine sigillatim euocat; cuius Abrahami mores & gesta (quamobrem cedo) illa cumulatissimè nobis exponit nisi quia, & eam præclaram sobolem, huic quoque disertè Deus pollicitus non semel est? præsertim verò & patenter, cum ei dixit, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. hoc est, cœlestibus donis insigniter locupletabuntur: quæ res effecit, vt se totum confestim fide & charitate in illum proiiceret, ac de qua, tanquam de eximia Christi gloria, nimirum quòd per illum benedicendę essent omnes gentes, ita lętarentur, vt postea Dominus dixerit: *Abraham uidit diem meum* (gloriam scripturarum more diem appellat) *& gauisus est*. effusè videlicet, & in Spiritu sancto. Quamobrem & huius filios, & nepotes de nomine singulos accuratè Moses postea profert, præsertim autem quos Isaac, & huius filius Iacob genuerunt, ex quibus oriturus Dominus erat. Et si enim Ismaelis quoque & Esau familias cap. 25. & 36. subducit, strictim tamen & concise id facit, suppressurus eas penitus (sicut alij canonici Auctores postmodum suppresserunt) si non eius instituti fuisset, ostendere, Deum Abrahæ persoluisse quod pro Ismaele roganti dudum pollicitus fuerat. Gen. 17. & patris Isaac benedictionem ac pium votum, Gen. 27. locum quoque inuenisse apud Dominum pro filio Esau, non multo pòst tempore. Ad hæc cùm postea Iacob pronunciasset ex Iudæ stirpe Christum esse nasciturum. *Non auferetur sceptrum de Iuda*. (inquiens) *et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est*. & quæ sequuntur; piorum omnium animis id oraculum altius insedit, quàm facile sit cogitare, ac ita profectò, vt Auctor libelli Ruth, spretis vndecim Patriarcharum familiis reliquiis, altoque silentio inuolutis, vnius Iudæ progeniem tantùm, nec eam quidem vniuersam, sed quæ per Phares ad Dauidem vsque futura erat, magna adhibita religione enumerauerit: quod ipse quoque Spiritu sancto delibutus agnosceret, ex Iuda per Dauidem, cui dicturus Dominus erat; *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*, non autem ex filiis Iacobi reliquis, Christum ad nos venturum stato tempore esse. Quocirca & libri Regum, Paralipomenon, ac cæterorum Annalium scriptores, in Dauidis progenie recensenda, & nec ea quidem vniuersa (nam permultos ille liberos habuit) sed ex qua eodem docente, intelligebant nasciturum esse orbis Saluatorem, intenti profusique perpetuò fuerunt, adeò vt fuisse hunc & Mosis, & cæterorum sanctorum Auctorum præcipuum scopum, minimè sit dubitandum. Quo præterea instar firmi cuiusdam vinculi, monumenta sacra omnia colligarunt: præsertim aũt annalia: & ad hæc ostenderunt patenter quantum Iudęorum populus cęteris gentibus insigni hac pręrogatiua pręcelleret. Cùm enim testarentur hunc orbis Reparatorem (qui est Deus super omnia benedictus in secula) certo consilio decreuisse hominem se non nisi ex ea natione proditurum, atque sua gratia ita dignam fecisse, vt à principio quoque eam præ cæteris omnibus eligeret, ac vellet, vt populus eius & diceretur & esset, atq; soli concre-

Ioan. 8.

Gen. 49.

Vide Hermannum Letmatium de instauranda Religione li. 8. cap. 4.

Ligamenta sacrorum scriptorum.

Præcellentia Hebrei populi propter Christum.

concrederet eloquia sua, & cuius esset adoptio filiorum, & gloria & testamentum & legislatio & obsequium & promissa, Roman. 3. & 9. Quis rogo erat qui hęc consequeretur, & non populum illum magnopere, & confestim suspiceret, admiraretur & cunctis Gentibus pręferret, ac beatiorem esse prędicaret? Quamobrem Matth. & Lucas, vt hęc omnia uel saltem eminus indicarent, commemorant magno studio ac diligentia Atauos Saluatoris, ascenduntque, & descendunt, naturalesque & legales accersiunt, ostensuri videlicet Deum definito à se tempore orbi exhibuisse quod ab ipsius origine primoribus Patribus & deinceps Propheris seriatim pollicitus fuerat, atque hoc ipso vinculo quo prisci sancti autores, sua Euangelia & veteribus scripturis & inter se quoque necterent: quo vnum vtriusque testamenti auctorem vnumque ei propositum scopum & finem fuisse manifestarent. Et ego quidem à scripturis & sanctis Patribus edoctus sic sentio.

Nexus Euang. cum priscis Annalibus.

Proinde Moses hæc mihi videtur tanquam cœlestis doctrinę in eo contentæ summaria capita nobis hoc libro exponere. Primùm quidem miserrimum euentum excidij nostri generis à salute, atque adeò memorabilem causam, cur clementissimus Pater vnigenitum suum sibi coęqualem & coęternum, nobis omnibus destinauerit Saluatorem. Secundò, quos voluerit eius esse progenitores secundum carnem ab initio Mundi ad ingressum Iacob vsque in Aegyptum, & quibus ex eis fermè patenter illum promiserit. Tertiò, quomodo quorundam eorum gestis tanquam typis quibusdam, & imaginibus huius acta similiter (eminus tamen, ac uelut aliud agens) deliniauerit. Quartò denique, quibus serpens insidijs, fraudibus, & dolis malis hoc Dei consilium de nostro genere per Filium instaurando demoliri, tollereque penitus è medio conatus sępenumero sit, excitando videlicet ab ipso confestim orbis initio, genus nostrum ad scelera, & ad flagitia, quibus tanquam iniuriis iugiter Deum afficeret, ac veluti compelleret, vt ab eo pessum totum daretur aboleretur que, & ipse Deus consequenter homo non fieret, ac proinde suę promissioni in vniuersum ac penitus deesset: quemadmodum Rupertus Abbas in libro de Victoria verbi Dei, scitè admodum ac latè persequitur: atque his quidem quattuor capitibus absoluitur integrum libri Gene. Argumentum, hicque est Mosis pulcherrimus scopus, in quem totus collimat, ni ego magnopere profectò hallucinor.

Capita quę Moses exponit in lib. Genesis.

Iam verò & facilè nunc intelliges peracutum, & perillustre eius ingenium in explicando proposito sibi argumento, & quales habuerit in docendo vires, si subtilissimum ac diuinissimum eius artificium penitius fueris consequutus, quo in aperienda causa ruinę humani generis, ac proinde necessitatis nostrę instaurationis, tribus prioribus capitibus vsus est.

Mosis ingenium et Artificium.

Etenim causam esse docet Adę violatam Deo fidem, hoc est, inobedientiam quam & ad Roma. 5. & alibi scripturę apertè (nec sine dolore) commemorant. Nam si quę sunt alię causę, cur filius Dei sit factus homo, vt permultas fuisse minimè dubito, intelliguntur quidem partim argumentatione, & consequutione, potiusquam illustri scripturarum testimonio, partim verò

Causa ruinę humani generis Adę inobedientia.

verò Adæ peccatum supponunt. Itaq; eo maximè incumbit, vt [a] ostendat inobedientiam illam nequaquam leue fuisse peccatum, vt nonnulli existimant, sed graue ac detestabile, hoc est, istiusmodi, vt hominis iudicium superet, vti D. August. de nup. & concupiscentia libro 2. loquitur, & quod pudendorum scelerum permultas circunstantias habuerit comites, sicut idem rursus in Enchiridio scribit, atque adeò quòd Adamum, & eius totam progeniem ab vtraque fœlicitate, & cumprimis à supernaturali adeunda proscripserit, inque Sathanæ seruitutem coniecerit. Quo exposito hoc quoque admoneret, & veluti in apertum per consequentiam poneret, quantum Redemptore hic ipse Adamus, & nos in eo omnes indigeremus, qui & Deo nos conciliaret, & in pristinam libertatem assereret, & ad cœlum (peccato occlusum) suo quoque sanguine ac, morte (modò nollet Deus, aut hominem inaniter & frustra fecisse, aut iustitiæ suæ in vniuersum ac penitus deesse) triumphator adduceret. Quamobrem cùm ipse Moses, tum verò Sanctissimi Patriarchæ, & Vates reliqui, omnes hunc eius sanguinem magnopere semper expetierunt, vt proinde Christus dicatur Apoc. 13. *Agnus occisus ab origine Mundi.* nec enim Adamus, aut filiorum eius quispiam Deo soluendo erat, vti meliores Theologi in 3. Sententiarum euincunt.

[a] *Inobedientia Adæ fuit grauæ peccatum.*

Necessitas redemptoris.

Hæc verò omnia methodo [b] pulcherrima & incomparabili, sic nobis Moses inducit. Primum enim exorditur a magnitudine beneficiorum, quæ Deus Adæ initio contulit: Ac [c] fuisse quædam externa demonstrat, alia verò interna, ex illisque prioribus, duntaxat insigniora (quæ tria sunt,) latè & disertè persequitur.

[b] *Method9 qua vtitur Moses.*

[c] *Beneficia data Adæ duplicis generis fuerunt.*

[d] Et primùm quidem vniuersæ huius corporeæ molis constitutionē, quā hominis gratia fuisse conditam, hoc est, ut res singulæ ei prodessent, ac de quibus honestā caperet uoluptatem, & scripturæ luculenter testantur, & vt Lactantius in Epitomate cap. 10. ait, hoc qui non videt, non multum distat à pecude. Quis enim cœlū suspicit, nisi homo? Quis Solem? Quis Astra? Quis opera Dei miratur, nisi homo? Quis colit terrā. Quis ex ea fructū capit. Quis nauigat mare? Quis pisces, volatilia, quis quadrupes hēt ī ptātē nisi homo?

[d] *Primū externū.*

[e] Secundum autem, est dominium quod ei in cuncta animalia tanquam principi, magnificè & effusè dedit. Quod suspiciens Dauid, ita in psal. 8. ait, *Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius.*

[e] *Secundū externum.*

[f] Tertiū, locus amœnissimus est, ī quē veluti domiciliū ab eius cōditione confestim Adamum transtulit, vt beatissimè in eo aliquandiu habitaret.

[f] *Tertiū externū.*

[g] Et hæc quidē externa copiosè & splendidè narrat. Verū enimuero, quia interna plura fuerant q̄ vt posset singillatim illa enumerare, vno veluti fasce, ea cōplexus, dixit Deum fecisse hominē ad imaginem & similitudinem suā: quæ sanè verba grandia sunt, & Deum ingentes thesauros donorum dedisse Adamo, ostendunt. Quapropter & oratio hæc D. Greg. Nisseno home. 1. de hisce Domini verbis, ei equalis visa est, ac si dictum fuisset, humanam naturam omnis boni factam fuisse participem.

[g] *Interna.*

[h] Vt me pudeat quorūdā qui ita simplicē tūc ipsū fuisse Adamum existimant, quomodo

[h] *Hic error adscribitur Io, e. pho, à Dion; carth. art. 2.*

Sed ego in Iosepho illum nõ inuenio.

do simplices pueri sunt, qui in quem vsum eis natura membra tribuerit, prorsus ignorant: Quam sententiam, & hæc Domini oratio, & alia scripturæ loca quæ inferius perpendemus, patenter reiiciunt. Et præclaris quidem ingenijs, hac enarratione beneficiorum, quæ Deus Adæ contulit, satis dilucidè Moses per cõsecutionem quandam illustrem, aperit eius insignem, & pudendã ingratitudinem, videlicet quòd cùm hoc genere beneficiorum cumulatus & ornatus esset, renuerit nihilominus infœlix Principi Deo parere. Sed & alio rursum capite, aliaque ratione hoc ipsum demõstrare pergit, nimirum à qualitate diuini mãdati, quod fuisse exponit de re magnopere facili, & leui; ne scilicet de pomi cuiusdam arboris ederet: &

Spectant hęc ad secundum caput.

causas profectò satis illustres afferunt Theologi, cum primis autem S. Bonauentura in 2. cur hoc genus mandati ei Opifex dederit. Ergo cùm mandatum aliud, aut leuius, aut facilius dari (homini cumprimis tot Dei donis prædito, totque præsidijs suffulto) non potuit; quis, rogo, Adamum non acriter reprehendat? Vidit hoc profectò S. Philoxenus apud Barcephã parte prima cap. 22. & in eum propterea incanduit. Qui certè Adamus optime intelligebat quò id præceptum spectaret, quorsumque sibi daretur: nec aliqua carnis reluctantia, aut iniuria infestabatur, quemodo nos infestamur; quin potius volupe ei atque iucundum fuisset Dei mandatis obedire. Addit his aliud Moses, quò intelligimus quoque peccati Adæ grauitatem; nempe Deum ei, si peccaret, grauissimam pœnam (vt vel timore saltem cohercere t) esse comminatum; mortem videlicet, qua complexus profectò est, aut potius absorbuit amissionem gratiæ Dei: quæ animæ nostræ vera vita, & salus est; carnisque perpetuam pugnam cum mente, à qua tanquam à putido quodam fonte peccata reliqua omnia postmodum corriuarunt. Amplius, & corporis imbecillitates, ægritudines, dissolutionem, & cęteras vitæ huius erumnas & calamitates, quarum nubes (cæcias veluti alter) ad se peccando imprudens prothoparens ille noster attraxit: Vt his tanquam argumentis solidis ac patentibus, vel ab inuitis quoque propositũ sibi institutum Moses obtineat; nimirum primum hunc hominem à Deo è Paradiso meritò fuisse eiectum, atque donis permultis subinde se exutum, & cumprimis iure potiundæ, fruendæque supernaturalis fœlicitatis, ad quam possidendam præcipuè conditus fuerat, cuiusque typus & symbolũ hortus ille amœnissimus erat: vt cũ hæc assecuti lectores fuissent, consequenter quoque intelligerent infęlicitatem calamitatemque nostram, & proindequantopere Saluatore indigeremus, & Redemptore. Quæ certè omnia crasso nimium, & minus ad contemplandum idoneo ingenio est qui non percipit: sicut & præterea ille, qui admirandam Dei misericordiam, & philantropiam non perpendit, quam hic noster Propheta exponit, cũ Deũ prænunciasse ac veluti obliquè Mundo promisisse commemorat, semẽ Mulieris, quod caput serpentis aliquando contereret, nempe Christum Dominum. Fuit enim illa promissio illustre quoddam Euangelium, quod tunc quidem vtrunque nostrum parentem ira Dei concussum & trementem in spem salutis erexit, ac veluti denuò refecit, & nos hoc quoque tẽpore mirificè afficit, & ad gratiarum actiones excitat.

Sed

Sed vide rursum Viri huius eminentissimi in docendo vires. Etenim in residuo voluminis, huc fermè totus insistit, vt ostendat manifestis exẽplis, Deum supplicia & pęnas à singulis hominibus deinceps ac perpetuò exegisse, quas Adæ, & nobis in illo anteaquam peccaret, fuerat comminatus, & mox à peccato, lata sententia inflixerat. Vnde & illud tam crebrò repetit. Et vixit Adam totidem annis, & mortuus est; & Sem similiter totidem, ac posteri sigillatim omnes, & mortui sunt. Id verò quamobrem, nisi vt exponeret Deum verbo, ac sententiæ suę nunquam defuisse, sefeque veracem semper præstitisse? Indeq; subtiliter quidem, sed non admodum tamẽ obscurè, cunctos homines admoneret, multo minus illum suæ promissioni esse defuturum de Saluatore illo mittendo, qui nostras vlcisceretur iniurias contra serpentem; & proinde, vt fide, spe & charitate fortiter, certoq; ab illo semper homines omnes penderent. Quis enim in animum vllo vnquam tempore inducere sibi poterit, Deum futurum esse in exigendis ab homine supplicijs magis constantem, quàm in præstandis beneficijs; & cumprimis eximio hoc, ac tantopere nobis necessariò de conterendo serpẽte à semine mulieris? Qnamobrem ne hoc vllo vnquam tempore homo cogitaret, aut etiam crederet; id tam sæpe, tãque constanter deinceps pollicitus Mundo est: atque huc tota fermè huius voluminis series tendit, quam cũ Prophetæ, alijq; Santissimi scriptores deinceps assecuti fuerint, facilè causam intelligimus cur sedulò ac diligenter ostendunt veracem fidumq; semper fuisse Deum in persoluendis ac exequendis promissionibus, ac non semel in comminationibus sententiam mutasse, testati sint, Hieremiæ cumprimis cap. 18. & Ionę cap. 3. De qua re etiam Paulus Rom. 3. & 9. disertè scribit: & Aug. lib. 14. de Ciui. Dei. c. 2. & li. 15. c. 25. ac Hiero. in Hierem. loco citato, & Isaiæ 38.

Mosis vires in docendo.

Roman. 3. est autẽ Deus verax: de qua re ipse quoq; iuxta quosdam interpretes, Exodi 34. gloriatur. Vide ibi Hieronym. ab Oleastro.

Voluminis series tota.

Iucundissima igitur pijs omnibus, & eruditis cumprimis huius libri Theología est, frugifera, ac salutaris. sed & rerum magnitudine tanta quoq; est, vt superet cogitationẽ oẽm, oẽm antecellat intelligẽtiã, meritoq; poni possit in arce quasi illa Mineruа Phydiæ, cuius Cic. alicubi meminit.

Porrò autem de libri huius inscriptione ac titulo nunc mihi pauca dicenda etiam sunt, nequid omittam ex his quę initio sum vobis pollicitus. Itaque, vt à Græcis, ita à nobis Genesis nuncupatur, quòd de Mundi ortu, & rerum aliarum generatione; & cumprimis de formatione hominis prioribus capitibus tractat. at verò Hebræis dicitur *Beresith*, quod hæc eius prima dictio sit. Cùm enim soleant suos eorum libros inscribere, vel à subiecta materia, de qua tractant, (qua ratione libros Regum appellant, Malachin, quòd de Hebræorum Regibus verba faciant,) vel ab eorum auctoribus (quod non nisi à tempore Solomonis fecisse illos quidam affirmant) quo pacto Prophetarum volumina, Esaiæ, Hieremię, ac reliquis, qui ea scripsisse creduntur, inscripta perspicimus? & postremò à primis librorum vocibus, vel dictionibus a quibus incipiunt, hac tertia ratione liber hic eis appellatur *Beresith*, vti D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis adnotauit, adeò vt super hac inscriptione diutius immorari sit superuacaneum.

Libri inscriptio

Quamobrem transibo nunc ad obscuritatem, & tenebras quibus priora

Libri obscuritas.

ra tria capita libri huius circunfusa vndique sunt, & quæ nos (si Dominus dederit) pro ingenij viribus illustrare proponimus, & dicendi finem confestim faciam. Nam & si permulta fidei nostræ dogmata abditissima Theologis, & meritò, videantur, præcipuè verò Trinitatis arcanum, sicut D. Aug. serm. 89. lib. 4. de doct. c. 19. & lib. 1. de Trini. c. 3. scribit: hæc nostra tamen vsque adeò obscura & difficilia sunt vt præstantissimos Interpretes qui in illis explicandis oẽm ingenij doctrinæque vim exeruerunt, nedum in controuersijs à pronunciando sæpe retardauerint, sed etiam in assequenda vocum, rerumque intelligentia, alicubi penitus defatigauerint. Quod equidem cum animaduertissent Prisci Rabini, lata lege cauerunt, ne Hebræi ante absolutum tricesimum annum, illa attingerent, vt ex D. Hiero. in præfatione Ezech. & alibi, eruditis iamdudum est tritum. Qua quoque ętate (nõ verò antea) Plato [a] suis disputare veniam concedebat, fortè quòd recentior adolescentiæ flos soleat & firmo constantique iudicio destitui, & proinde multa inaniter sępe effundere. Quòobrem & [b] Pythagoras silere in quinquennium suos volebat, quoad nimirum plenius instituerentur, & censere de rebus melius possent. Solent enim vt frequentius iuuenes, & præclaris disciplinis carere, sine quibus res sublimes ægrè pro dignitate tractari possunt: & rursum solent tanquam moræ impatientes, veloces præcipitesque sententiam dicere: quod vt vbique periculosum est, & perspicuum temeritatis argumentum, ita in rebus diuinis nihil potest inueniri magis perniciosum, magisque detestabile. Itaque Moses omnium consensu cùm in his capitibus loquitur, in montis vertice est, ac totus in caligine positus & obuolutus: quòd si quando veluti descendere, & sermonem habere ad populũ videtur; ipse tunc quoque minimè dubito faciem velo [c] obtectam habere, quod ei solus Spiritus sanctus detrahere, solusque arcanum verborum illius sensum splendidè reserare possit.

[a] In 7. de Repu.

[b] Vide D. Amb. li. 1. de off. c. 10.

[c] Qua flumẽ placidũ est forsã latet altius vnda.

Cùm enim sit vsque adeo pressus & breuis, tantam tamen illustribus ingenijs, rerum pulcherrimarũ segetem demetendam reliquit, vt vnus Mercurius Trimegistus viginti millia volumina (tot enim scripsisse hunc de principijs Iamblicus ex Seleuco testatur) ex huius cumprimis documentis (vt ego certè arbitror) confecerit, siquidem & in Pimandro, & in Asclepio Mosem, vbique ferè, sectatur, & latius quoque aliquando explicat. Atque ita fateor me intelligere quantum diligentiæ & laboris in his exponendis capitibus, impendendum mihi in præsenti sit, & quanto benigniore Sancti Spiritus pręsidio indigeam, videlicet cùm ob rerum quę scribuntur, magnitudinẽ, tum verò quòd vniuersæ Theologię nostræ principia hęc sunt, à quibus tanquam à fontibus tota in Ecclesiam profluit. Nota est Platonis pręceptio, [d] insistendum esse quantum fieri potest diligentiùs circa initia: quòd error qui in illis fit, fœcundissimus sit, ac in immensum subinde crescat. Dabo proinde operam quanta potero sedulitate nunc, vt singula accuratè expendam & vt muneri meo (Dei fretus auxilio) respondeam, ac ne vos de augustissimis ac pulcherrimis rebus hisce, me disserentem audisse vnquam pęniteat. Quòd si quoque eis ipsis nauare operã vos pro dignitate cupitis, idoneosque vos tandem efficere, qui Dei loquentis de monte

Moses pressus & breuis.

[d] In cratylo. Arist. 1. cœli 33. & Auer in com. periclitatur exemplo bimij.

Vide Chrysost. ad Hebr. cap. 6. Hom. 9. Amb. primo ad Rom.

voces ſuſtinere poſſitis, à quo vulgò homines & belluæ mortis quoq; comminatione arcentur; curate pro virili, vt mentem huc afferatis attentam, veri indagatricem, carnis affectibus expurgatam, & cumprimis fide in Deum & charitate præditam.

LECTIO SECVNDA.



Vanquam Moſem ſummis ad cœlum vſque laudibus Chriſtiani homines efferamus, & quòd integra & ſumma fide omnia narrat, & eo ordine ac diligentia, vt oculis veluti ſubiiciat; & quòd præterea priſcorum exemplis tanquam quibuſdam experimentis & alieno periculo in tranſigendis publicis priuatiſque humanis officiis prudentes efficiat (eſt enim hiſtoria magiſtra vitæ) non hoc tamen eſt quod in illo præcipuè ſuſpicimus & veneramur. (Fuiſſe enim hoc ei cum prophanis aliquot auctoribus commune intelligimus:) ſed magis, quod non hominum modò, ſed etiam Dei optimi & maximi res geſtas, conſilia, voluntatem ita accuratè exponit, ac ſi rebus illis gerendis interfuiſſet, percepiſſet in integrum eius conſilia & voluntatem: quæ certè omnia niſi ab eo edoctus fuiſſet, nedum non comprehendere, ſed nec cogitatione attingere potuiſſet. Rectè enim D. Paulus 1. Cor. 2. dixit, *Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi Spiritus Dei.* Quamobrem, vt ſumma conſenſione fatemur, Deo auctore hæc omnia illum eſſe conſequutum, ita Thimęum, Locrum, Platonem, & quotquot de opificio Mundi, deque hoc genus rebus poſt illum frigidè quamuis, & in tam multis ab eo & veritate alieni ſcripſerunt, non dubitamus eius lectione fuiſſe vbi vera ſcribunt, edoctos. Hoc, inquam, admiramur omnes, & omni laude maius eſſe prædicamus. Scripſit autem Dei opera non modò quæ egerat, creationem ſcilicet Mundi, pactaque cum Patribus inita, & ſimilia: ſed & quæ perenniter ac ſemper agit, quomodo videlicet mira prouidentia Mundum moderatur & regit; ac deniq; illa etiam quæ cùm carnem humanam induiſſet, cùm ipſe quidem facturus erat tùm eius myſticum corpus, quod eſt eccleſia, & hæc partim quidem patenter, partim verò obſcurè: illa enim, patrum geſtis, tanquam inuolucris & tegumentis operuit, vt proinde firma fide certi ſimus præclara hæc eius monimenta nedum à Deo prodiiſſe, & teſtatam nobis facere eius voluntatem, qua bene beateque ſemper viuamus; ſed rebus quoque diuinis, arcaniſq; cæleſtibus non tam eſſe aperſa quàm vndique fermè referta. Quamobrem videas viros doctos & pios, perinde myſteria ex huius libris in dies proferre, atque ſolent quidam eruere vniones è conchis, & gemmas ex terra: cuius rei nos admonuerunt iampridem Origenes in Leuit. hom. 1. D. Aug. lib. 15. De ciuitate Dei, & alibi; ac denique & D. Paulus ad Roman. 15. Gal. 3. 1. Corinth. 10. 2. ad Timoth. 3. Quapropter nemo Moſis integram mentem, & ſenſa omnia tunc aſſequutum ſe eſſe exiſtimet, cùm

Teſtis temporum; lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ nuntia vetuſtatis. Cicero 2. de Orat.

Qui de Mundi opificio ſcripſerũt Moſẽ ſunt quadantenus æmulati.

D. Greg. Papa Hom. 3. in Eze.

D. Baſilius Hom. 6. Vbiq; inquit, ad hiſtoriam Theologiæ doctrina myſticè interſperſa eſt.

vnum externum sensum (quem historicum eruditi vocant) probe etiam intellexerit. Oportet enim vt & spiritualem, quem & allegoricum communi nomine Patres quidam appellant, & quem alij exactius & pressius in plures classes, & cognominationes partiuntur, maiori qua potest diligentia ac studio inuestiget, inueniatque, & inuentum in apertum ponat, ordine tamen & iudicio adhibito. Cùm enim historicus veluti quoddam corpus sit, ac etiam tanquam sedes sensus interni, priorque propterea se se legentibus proferat, adniti Theologus interpres in eo primùm consequendo debet, ac satagere pro virili, vt ante omnia, purè dilucideq; verba & sententias aperiat, & litteram sartam, & tectam vbique seruet, sicuti D. August. lib. 8. de Genes. ad litteram monet, nisi tamen contextus aut ad manifestos errores, aut certè ad tropos eum veluti inuitum pertrahat, quemadmodum Rabbi Moses libro. 2. cap. 3. prudenter obseruat.

In Anagogicũ Allegoricũ & moralem.

Sensus litteralis prius inuestigandus est.

Quem canonem quia Origenes sæpe neglexit, meritò cùm à veteribus, tum verò à recentioribus Doctoribus freqnenter etiam reprehenditur. Sed & Card. Caiet. quod litteram ad parabolas & peregrinos sensus aliquando in suis commentarjjs in Gene. detorquere videatur (relicta videlicet intelligentia, quam præseferunt, & planè significant verba) importasse hæreses in Ecclesiam Ambro. Catherino lib. 2. annot. & criticis alijs visus est; quinimmo, & à Gabriele Prateolo Marcosio qui de vitis, sect.s & dogmatibus omnium hæreticorum, qui ab orbe condito ad nostra vsq; tempora, & veterum & recentium Auctorum monimentis proditi sunt, Elenchum Alphabeticum, nuperrimè scripsit, inter hæreticos recensetur; sed (vt sentio) & indoctè, & imprudenter. Alphonsus enim à Castro, quem hic Auctor ibi pro se citat, pronunciauit quidem Caietani commentarium de costa Adæ formata in mulierem, esse errorem, assertionemque (sequutus Catherinum licèt eum non citet) nuncupauit hæreticam (quàm autem hoc rectè vterque fecerit, suo videbimus loco, si Deus voluerit) non verò dixit, (quod permultum refert) hominem fuisse hæreticum, aut cum hæreticis esse reponendum. Quinimmo, & disertè ait, potuisse quidem illum errare, & nihilominus non fuisse hæreticum, præsertim si non pertinaci animo sententiæ suæ adhæsit, vt proinde si proposuerat eius Cathalogi consarcinator, non nisi de nomine eos hæreticos illuc accersire, qui veterum, & recentium Catholicorum monimentis proditi sunt (sicut operis titulus spondet) omnino Caietanum supprimere debuerit, quem tamen Alphonsus non potuit præterire, quia aduersus Hæreses toto illo opere se pugnare profitebatur, ac nouitiam huius interpretationem esse hæresim arbitrabatur, nec tamen reposuit vnquam inter hæreticos. Et Prateolus profectò, neminem catholicum auctorem illustrem cumprimis inueniet, qui hanc Caietano teterrimam notam inuserit, quanquam non defuerint ei censores & oppugnatores permulti, qui (vt dicam quod sentio) ad calumniandam quoque eius doctrinam essent paratiores. Cùm enim Romanæ Sedi suæ omnia munimenta, & lucubrationum corpora, & præsertim subtilissimos, & nunquam pro dignitate satis laudatos,

De Card. Caietano.

Sed & animaduertere Prateolus debuerat quæ idẽ Alphonsus. lib. 10. in verbo. Mendaciũ, scribit, ne Cassianũ inter Hæreticos annumeret.

laudatos commentarios in Genesim, vltro (vti erat homo Catholicus) subiecerit, satis patenter declarauit, minimè se velle esse pertinacem, sicubi offenderet: atqui res hæc iampridem effecerat vt Abbas Ioachinus in Synodo Lateranensi non fuerit pronunciatus hæreticus, quamuis in articulo Trinitatis, de quo & luculentissimè & frequentissimè Ecclesia olim docuerat, grauiter perniciosèq; nuperrimè errasset, & Magistrum Sententiarum indoctè petulanterq; redarguisset. Mitius ergo Caietanus tractandus à Catholico homine fuerat, licet quoque in argumento salebroso nolens hæresim affirmasset. Adde, quòd & de sensu scripturæ controuersia dumtaxat est, & contextus etiam iuxta nobilissimos interpretes, Caietano non semel arridet, vt quando ambulare Deum ad auram cap. 3. scribit, & alibi. Constat autem de illo sensu Ecclesiam dilucidè nunquam pronunciasse, ad quam solam, non vero ad Alphonsum & Prateolum pertinet sententiam dicere, & existimauit Caieta (vt sentio) loca scripturarum quæ contra illum affert Alphonsus, non sic esse aperta vt hic arbitratur, ac fortassis reuera sunt. Ea enim antea vidit, & partim quidem suis locis exposuit, partim verò declinare alio modo (vt ostendam) conatus est, quamobrem loco citato candidè & eruditè Catherinus vetus eius antagonista, non fuisse illum hæreticum fatetur. Rursum accusatur à pluribus iisdemq; grauissimis Doctoribus Erasmus Rotherod. tum quod scriptura sæpe ad falsos sensus inuitam contorqueat, tum etiam quod videatur damnatas iampridem hæreses aliquando defendere, & cum Luthero non semel quoque in sententiam conuenire; illum tamen inter hæreticos Prateolus non recenset. Factum non iudico, neque causas quæro: multò igitur minus etiam Caiet. cum illis reponere debuerat; & eò rursum minus, quòd nihil aliud contra illum profert, nisi erroneam vnam & hæreticam scripturæ interpretationem, quam etiam sub correctione ex præliminari eius epistola ad Pontificem, vti & reliqua sua omnia attulisse, erat ei facilè intelligere, & constaret eum, in castris Ecclesiæ, domi & foris verbo & scripto, vbi, & quando ei se se occasio obtulit, fideliter aduersus hæreticos decertasse, ducemque & antesignanum se se non raró comilitonibus exhibuisse. Nec obijciat mihi quisquam Vincentium Lirenensem testari, similiter egisse Tertullianum, Nestorium, Apollinarem & innumeros præterea alios, qui tamen hæreticis iunguntur: Respondebo enim, hos vel Ecclesiæ censuram, iudiciumque minimè expertisse, vel in rebus huic iam dudum exploratis & definitis vltrò ab ea desciuisse: ac proinde Caietani causam esse ab illorum causa valde diuersam. Qui & prætерea de Romanæ Sedis dignitate & auctoritate nec semel, nec frigidè, sed sępe & ardenter ita disputauit, vt Iacobum Almainum, & qui cum hoc aliquando militauit, Alphonsum de Castro illum, & refractarios reliquos palàm & toto meliorum Catholicorum theatro pro eo suffragia ferente, & euicerit, & exploserit. Quibus omnibus (ni ego admodum fallor) inter Ecclesiæ proceres excelsum & illustrem locum sibi à Catholicis assignari, & meritò quidem, postulabat; tantum abest, vt

Legere q̃ auctores debuerant. eundē Caiet. 2. 2. q. ij. 2. Quinimmo. & D. Aug. li. 4. cõtra Donatistas. c. 6.

Videāt Aug. in episto. ad Glorium & Eleusium, & habentur illius verba. 24 q. 3. ca. Dixit Apostol.

D. Hieron. in Dial. cõtra Pelagiū quis mortalium aliquo errore non tenetur? Quem hæreticorum & falsorū dogmatum venena nõ maculant? Et cum de Origene alibi loquitur, Errauerūt in fide tàm Græci, quàm Latini omnes, quorum non necesse est proferre nomina, ne videamur non sui merito, sed aliorum errore defendere.

cum hæreticis numerari, & atro lapillo (vti dicebam) notari à Sorbonico Theologo debuerit. Meliore certè iudicio Aloysius Lippomanus Episcopus Veronæ, Vir doctiſ. & ſanctiſſimus, in ſua Cathena, parem ei cum priſcis Patribus locum conceſſit. Sed quid dicam hìc? aut quid tacebo? inuenies crebrò ſeueriſſimos quoſdã Criticos vſque adeò in pronunciando faciles, aut potius leues præcipiteſque, vt quicquid vnus aut alter Doctor Catholicus ſua cenſura pronunciat, confeſtim tanquam profectum ex Tripode arripiant, hoc eſt oraculum eſſe putent, & cùm vel audiunt quidpiam, vel legunt, quod deflectere à communi protritaque ſchola quàm ſectantur, aut denique à doctrina, quam Catholicam eſſe, hoc eſt, Eccleſiæ iudicio probatam, falſi exiſtimant, & in diuerſum tendere animaduerterint, clamitent ſæpius quidem eſſe hæreſim, aliàs verò, & Auctorem (quod pluris refert) eſſe hæreticum, & capitis accuſant: ita ſcilicet faciles ſunt in cenſuris, immiteſque & inexorabiles in condonandis virorum præſtantiſſimorum erratis; & nihilominus ſolet virtus, inquit alicubi Cicero, vel ſopita blandimentis aliquando conniuere. Et ſic Eccleſiæ inimicis apud indoctam multitudinem, quæ numero calculorum, & Doctorum indice, non vero pondere & rationibus res frequenter exiſtimat, auctoritatem roburque, vt plebs quidem putat, reuera autem ſcandalum imprudentes exhibent. Sed hæc vetus eſt eruditorum hominum querela, & fruſtra iampridem orbi expoſita, quod ei nullum adhiberi remedium efficax poſſit. Proinde eò redeamus, vnde nos Caietani præclara in literatos omnes merita tantiſper abduxerunt; fateamurque literæ integritatem conſtantiſſimè retinendam vbique eſſe, ac pro virili hiſtoricum ſenſum antea inueſtigandum, quàm aut ad reconditum & propheticum, aut certè ad parabolicum progrediamur. Quod fundamentum iaci à nobis anteà tutum oporteat, modò muros erigere velimus immobiles. Quoniam verò magna luce ad veteris inſtrumenti hiſtoricum percipiendum carere eos alioqui oportet, qui à ſancta lingua inopes ſunt, & deſtituti; quemadmodum D. Hieron. in epiſtola ad Magnum diſtin. 9. apud Gratianum ſcribit, & contra Eluidium, atque in epiſtola ad Suniam, & Fratelam amœniſſima metaphora illuſtrat, nimirum quòd multo purior manare credenda ſit fontis vnda, quàm riui. & Clementina, de Magiſtris, non obſcurè ſuggerit, noſque linguam hanc non niſi à limine iuuenes ſalutauimus, & primis (vt aiunt) labiis deguſtauimus; propterea recentiorum traductorum, qui eruditiſſimi in ea habentur, verſiones accuratiſſimè conſulemus: Sed ita tamen, vt vulgatam iuxta Tridentinæ Synodi decretum in loco principe ſtatuamus, ac cæteris omnibus generatim præponamus, iuxta quam etiam loca ſcripturarum, & Pſalmorum numerum vbi oportuerit citabimus, & nomina pro veteri eccleſiæ vſu, Iudaica prolatione reiecta, retinebimus, quanquam eorum nonnulla interdum inflectemus Latinè, ſequuti videlicet Baptiſtam Mantuanum, Ioachinum Perionium, & alios quoſdam viros doctos. Locus enim in quo profitemur, vt nos grauiter admonet dare operam oportere, ne quidquam indiſcuſſum, inexploratumque nos prætereat,

Cicero pro Cælio.

Littera vbique cũ fieri poteſt, ſeruãda eſt integra.

Qui carent lingua Hæbrea, magna ſũt luce deſtituti.

sic

sic quoque nos loqui iubet, ne Latinas aures orationis barbarie, sordibusque nimium offendamus & ne Iuuenes orationibus elegantibus assuetos, è schola nostra longius eliminemus: quanquam vult prætereà eorum nos rationem habere, qui scholasticis auctoribus legendis dant operam, ac ob id, vt & his quoque consulamus. Quamobrem curabo sic loqui, vt me intelligant omnes: & ob id nemo à me flores, & amænitates oratorias expectet nec enim Interpretis professio esse debet, vt disertus comptusque appareat, teste D. Hieronymo ad Marcellam: sed quò eum qui auditurus, vel lecturus est, sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit, qui vel edisserit, vel scribit proindè sæpe verba minus Latina vsurpabo, vt multis me ecclesiasticis commentarijs, ac scholasticis authoribus, quos euoluere à multis annis soleo, meliùs accomodem. Sed & vitio mihi nemo propterea dabit, si diuinissimum hominem hunc, non nisi à foris spectandum in præsenti proferam: Existimaui profectò & mihi magnopere incommodum, & vobis minus iucundum & vtile iri, si vna eademq; lectione geminum sensum illum persequi, ac vna veluti fidelia Mosem dealbare voluero. Nam & S. Pater Ephrem, veteris ecclesiæ Doctor, similiter gemina interpretatione librum hunc iampridem seorsum exposuit, vt alios nonnullos prætercam, quos hac in re imitandos mihi proposui. Itaque aggredior nunc literalem sensum pro scholæ more, disputationibus, & oratione (hoc est dicendi caractere) faciliore inuestigare, & bono vos esse animo auditores iubeo; ac mecum omnes à littore soluere (Nec enim manere vos in eo fas est, & discriminis artisq; meæ ociosos esse spectatores, dum nauigo) & Deo Domino nostro ad clauum sedente Oceanum rerum pulcherrimarum ingrediamur.


Non enim tornatores dictionum, neq; probe sonantes voces recepimus: sed nominum claritatem, nec vbique præsumendam ducimus. D. Basil. ho. 6.

Floruit circa annos Domini. 380.

Sic certè Barcepha de eo scribit.

In principio creavit Devs coelvm, et terram. Narrationem suam auspicatur Moses nulla præmissa præfatione, qua vel lectores (aliorum auctorum more) beneuolos attentosque faciat; vel testes rationesque proferat earum rerum, quas deinceps scripturus est, Id verò quamobrem, nisi vt prudentibus indicaret, se his qui crederent, & Spiritus sancti vnctione (vt Ioannes loquitur) præparentur, non verò ἀθέοις & incredulis sua hæc monumenta scribere? Rursum, quòd animaduerteret, Iudæos qui tunc temporis viuerent, aliis testibus & probationibus non indigere, vt persuaderentur illa: Dei verba esse quippe qui perspicerent eum sæpenumero cum Deo loquentem, & faciem aliquando irradiantem, ab eius colloquio ad illos afferre, vt intendere in eam minimè possent, aliaque permulta rei huius argumenta splendidissima haberent. Amplius, & quòd hoc intelligeret, sic ea omnia quæ ipsi viderant, filiis & nepotibus esse narraturos, vt nihil aliud de eo, deque illius scriptis posteri arbitrarentur, quàm quod ipsi sentirent, qui signa & prodigia perspexerant, videlicet illum quidem Dei summi fuisse verum præconem, scripta verò eius esse Dei oracula. Vnde Psal. 77. ita loquitur Dauid, *Quanta audiuimus & cognouimus, ea & patres nostri narrauerunt nobis Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.* Et in Euang. Ioan. 9.

Cur Moses præfatione nõ vtatur: & rationes aut testes non afferat.



dicunt quidam: *Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus*. nimirum quia certò ac firmiter essent ita persuasi. Nos vero qui prætereà habemus Christi Dei, & Domini nostri, de Mose, deq; horum monimentorum veritate & diuinitate, luculentum testimonium, quorsum rationes, argumenta & probationes exigeremus? Proinde Galenus lib. 1. de differentiis pulsuum, Mosis, & Christi Domini scholas immeritò & petulanter reprehendit, quod (vt ait) leges nulla demonstratione constitutas, aut firmatas, auditores doceant, quinimmo empiricos faciant; Quasi vero horum scholæ, aut potius schola (nam vtriusque vna denique schola est) incredulos, & contentiosos homines sua doctrina, suisque mysteriis dignata aliquando sit, & non magis procul eliminauerit, Matth. 11. & Ioan. 8. solos enim dociles facilesque quos Dominus. Matth 11. paruulos appellat, (non verò sapientes ac prudentes) & expetit & formandos, instituendosque recipit. Et rursum quasi vterq; (quod repetere horum me procacitas cogit) signis & prodigiis, quæ nemo antea viderat; &, vt Dominus ait, *nemo alius fecit* (argumentis videlicet longe solidioribus humanis figmentis) suas eorum leges, dogmataque patenter fortiterque non stabiliuerint. Exo. 34. Ioá. 10. & 14. Sed & animaduertere prætereà Galenus debuerat, minimè decere Deum cùm ad homines loquitur, argumentis suas voces asserere, tanquam aliter ei fides non haberetur. Cùm enim sit rerum omnium probatissimus maximusque Iudex, eius non est argumentari, sed pronunciare verum, sicut Lactantius olim libro 3. cap. 1. dixit. Amplius, nemo ignorat Pithagoræ, & clarissimorum quorundam Philosophorum scholas, eis tantummodo olim patuisse, quos per multis antea experimentis, idoneos ad contemplandum, atque suasibiles esse perspexissent, hoc est, qui magistri auctoritate præcipuè ac citra negocium niterentur: vt enim (quod apud Arist. in Oecumenicis ait Pindarus) curiosos agentesque plurima odere Diui; ita summi viri ij, contentiosos à suis scholis tanquam capiendæ veritatis indignos repellebant, sicut & Diogenes Laertius in vita Pythagoræ, ac Gellius lib. 1. cap. 9. de eo, deque illius familia testantur: & Eusebius lib. 13. de præparatione, Orphei carmina hæc, aut etiam Onomacriti Atheniensis vti Tatiano in Oratione aduersus Græcos, visum est, scripta reliquit.

Galenus reprehenditur.

Vna est schola Christi & Mosis.

„ *Vos qui virtutem colitis, uos ad mea tantùm*
„ *Dicta aures adhibete, animosq; intendite uestros.*
„ *Contrà, qui sacras leges contemnitis, hinc uos*
„ *Effugite.*

Et apud præstantissimum Poetam.

„ *Procul hinc, procul este prophani,*
„ *Conclamat Vates; totoq; absistite luco.*

Quid igitur ij clarissimi Philosophi suos sectatores Empiricos faciebant? Nihil minus profectò, & nihilominus humana profitebantur, hoc est, quæ illorum perillustri ingenio ac summo studio fuerant consequuti, atq; adeò quorum rationes proferre potuissent: hæc verò quæ Domini nostri, & Mosis schola docet, sublimia sunt, excelsa, supraque hominis captum,

Esaiæ

Esaiæ 40. ac propterea sola fide, soloq; animo æquabili & demisso, non vero elato & turgido recipi possunt. Vnde Esaiæ 6. Iuxta Septuaginta dicitur: *Nisi credideritis, non intelligetis*. quanquam preterea ea sunt honestate insignita, vt quando etiam aliter diuinis miraculis comprobata nõ fuissent, recipi certè debuerant, sicut & Pius II. dicere aliquando solebat. Proinde, sicut apud celeberrimos Vates nunquam Mercurius disputationum architectus, eiusq; comites ac sorores Musæ cum Apolline lucis auctore disputant; non eorum quæ astruit, rationes argumentaq; exigunt; sed ei lubenter confestimq; in omnibus acquiescunt; (vnde & canere vnà cum eo visuntur) ita propemodum Christianus quilibet qui Deum in se loquentem audit, Psal. 84. & cuius vnctio illum docet, 1. Ioan. 2. ac de certa & constanti sanctarum scripturarum veritate multis modis per Ecclesiam admonetur, sancto Spiritui lucis datori, nostrarumq; animarum fulgentissimo syderi vltrò credit;& quod credit etiam confitetur. Psal. 115. ad Rom. 10. & cũ Samuele humilis perpetuò orat, *Loquere Domine, quia audit seruus tuus*. 1. Regum. 3. vt nemo ex his non intelligat delirare Galenum, cùm cœlestium horum monumentorum, quæ Dei auctoritate ducti syncera fide recipimus, demonstrationes philosophicas à schola nostra postulat.

Platina in vita Pÿ II.

Illum ergo mittamus, & hoc potius inquiramus, cur Moses daturus leges, quibus in officio Hebræos contineret, à creatione Mundi exordium capit? Quorsum, rogo, tam altum, & veluti ab ouo (vt aiunt) repetitum principium? Dici potest voluisse illum à creatione rerum quæ sensibus subijciuntur, ad Dei attributa, & perfectiones cognoscendas, vnitatem, omnipotentiam, sapientiam, beneficentiam, & id genus, quæ sola mente attinguntur, Hebræos sensim adducere; vt cognitione vnius Dei creatoris, tanquam certo quodam lumine purgarentur, falsasq; Aegyptiorum de multiplicitate Deorum, deq; Mundi æternitate opiniones, quibus erant imbuti, protinus ex animis deponerent. Rursum & eò quoq; perspexisse potuit, vt cùm illi intellexissent se in libertatem ex Pharaonis seruitute fuisse ab eo assertos, atque eius effectos qui Mundi opifex esset & Rector, primùm quidẽ is videretur suis legem ferre, non alienis; & ipsi humiles, & sancto quodam timore concussi, eius leges summa reuerentia (vt par erat) reciperent, receptasque omnibus officijs omniq; studio deinceps præstarent, quippe qui certiores esse possent, à sapientissimo ac beneficentissimo Orbis conditore eorum Domino, & qui eos præ cunctis populis in gratiam Patrum seruandos protegendosq; amanter delegerat, non nisi leges optimas, salutares, & quæ futuræ eis essent magno ornamento & commodo emanaturas. Amplius, & potuit vel sic admonere Hebræos, ne cùm paulò postea deturbandos & expellendos Cananeos, cæterosq; funestos populos, proprijs & auitis eorum Regnis, perspicerent, ac effici ipsos colonos & dominos, aut minus rectè de Dei bonitate sentirent, aut irrogatam illis populis ita iniuriam crederent. Cœli enim, & terræ conditor Prouincias, & Regna, quibus voluerit vel eripere, vel dare citra cuiusquàm iniuriam potest. Malachiæ 1. Roman. 9. Quam fortè huius principij rationem

Vide Iosephum lib. j. cap. j.

tionem aperire studiosis voluit Dauid, Psal. 110. cùm dixit: *Virtutem operum suorum annunciabit* (futurum pro præterito) *populo suo; ut det illis hæreditatem gentium*. hoc est, vt cùm declarasset se Orbis esse Creatorem, Moderatorem, ac Dominum, populus intelligeret potuisse Prouinciam illam & Regna, nulla Gentilibus Idololatris iniuria facta, sibi tradere, qui eius futurus esset cultor. quare & Psal. 104. sic rursum ait: *Et dedit illis regiones Gentium, & labores populorum possederunt; ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant*. Quanquam præterea Gentiles illos Dominus ob eorum alias permultas iniquitates & flagitia, à solo patrio expulerit; vti Gen. 15. videre est. ne quis dicat, à principio quidem eijci illos à Creatore citra iniuriam potuisse, non autem post confirmatam longa temporum præscriptione possessionem. Quapropter & Leuit. 20. cùm Iudæos aliquando Dominus excitaret ac tanquam alieno exemplo perterrefaceret, sic illos alloquutus est: *Custodite leges meas atq; indicia, & facite ea* (inquit,) *ne & uos euomat terra* (videlicet, vt dudum populos Cananæos, & Amorræos, qui ante vos in ea erant euomuit, vt quòd in 110. illo Psalmo subiecit Dauid, *Opera manuum eius, ueritas & iudicium*, ad Hebræorum populum *ueritas* referri commodè possit: quippe cui tunc se veracem & constantem cumprimis Deus declarauit, cùm iuxta quod pollicitus olim Abrahæ & reliquis Patribus fuerat, eam terram filiis dedit in manu forti, & brachio extento: & *iudicium* appositè ad Cananæos & Amorræos, de quibus pœnas & supplicia (vt est orbis moderator & proinde scelerum vltor) eos inde eijciendo sumpsit. & ita iustificaretur in sermonibus suis, & vinceret cùm iudicaretur. Psal. 50. Etenim cùm Ethnici illi partim quidem bello cæsi, partim verò fuissent Phenicia pulsi, & ad Maurusios sese recepissent; tantũ abest, vt faterentur se iustè fuisse punitos, vt potiùs dissem inauerint, tyrannide & armis Iosue patrio solo exulare, illumq; geminis lapideis columnis erectis, Phenicumq; lingua impressis, prædonem nuncupauerint; quemadmodum Cælius Rhodiginus lectionũ antiquarũ lib. 18. cap. 38. memoriæ prodidit, licèt Genebrardus in sua Cronographia rem hanc aliter narret, &, vt ait, ex Seder Olam: sed ego minimè dubito vtranq; historiam niti coniecturis magisquàm idoneis testibus.

Gen. 15. 16. Denique rerum creationem recensuit Moses: quod inter externa Adæ collata beneficia, principem ac summum locum obtineat, ipsaque historiæ series & methodus exigerent, vt ab hoc ingenti nostro generi collato beneficio narrationem suam auspicaretur, & ad ea protraheret, quibus Adæ formationem, peccatum, promissionemque de venturo semine, & pacta quæ cum Hebræorum Patribus Deus inierat tam de Christo Domino, quàm de eripiendis à seruitute Pharaonis Hebræis, ac in eam terram per desertam viam deducendis, ordine in apertum poneret. Etenim illis Hebræorum peregrinationibus, tanquam typis quibusdam & imaginibus, hoc eis arcanum (crassiùs tamen) adumbrauit, fore videlicet aliquando, vt Credentes à Diaboli tyrannide per Christum eriperentur: sed ita, vt submergerent in eius sanguine peccata, & consepelirent per baptismum in mortem, ac tantisper per huius vitæ desertum sub obedientia

Euan-

Euangelicæ legis oportere eos deinceps peregrinari, quoad in statum longè fœliciorem Adæ, à quo exciderant, hoc est, in cœlestem beatitudinem introducerentur. Consultissimè igitur ille ab orbis creatione sua duxit auspicia.

Iam verò quod dicit, IN PRINCIPIO, Aquila vetus Interpres. (floruit enim anno duodecimo Adriani principis) cuique antiquitas multum detulit, legebat referente D. Hiero. in quæstionibus Hebraicis, IN CAPITVLO: quam lectionem probauit D. Greg. Nyssenus in suo Exameron: Sed recentiores cōi consensione, nostro interpreti subscripsere, vno dempto Castilioneo hoīe hæretico, q reiecta ꝑpositione *In*, Legit, PRINCIPIO.

Prima expositio.

Quapropter cùm scirent nonnulli filium Dei nuncupari in scripturis principium. Apoc. 13. & 22. & Hebraica phrasi præpositionem IN, pro eo quod est PER, frequentissimè vsurpari; sensum hunc esse huius sententiæ voluerunt, *Per filium creauit Deus Cœlum, & Terram*. In his & D. Aug. in opere imperfecto, & ante hunc Origenem, Hilarium, & primæ notæ Patres inuenias. Et profectò ad Col. 1. Paulus dicit, *In ipso creata sunt omnia, siue quæ in Cœlo, siue quæ in Terra, Visibilia, & inuisibilia*: nec longius abit Targum Hierosolymitanus, qui legit, *In Sapientia, creauit Deus Cœlum, & Terram*. Porrò autem Dei Sapientia genita, filius eius est & Cabalistæ subscribunt: teste Ioanne Pico conclu. 25. Quoniam verò dicturus deinceps Moses est, singulas quasque res seorsum, Deo dicente, prodijsse; nec sit rationi consentaneum, alio modo Deum venustasse Mundum & alio creasse, sicut D. Basilius, ac D. Aug. scitè adnotarunt: ea propter quòd dicitur per Filium, & per Sapientiam, rectè, appositeque dici potest, *per Verbum*, & ita Ioan. cap. 1. Dauid Psal. 32. & 148. & Paulus ad Hebræos cap. 1. pronunciarunt. Res enim vsque adeò sublimis, & quæ mentis nostræ captum in immensum excellit, vno tantùm & altero nomine commodè explicari non potest. Itaq; quemadmodum, vt fateamur, esse hunc vnius cum Patre naturæ, appellamus *filium*; & vt ex solo solum, *vnigenitum*; vtque ei coæternum, *Splendorem*; vt verò per omnia ei simillimum ac ex vi processionis ab ipso emanantem, *Imaginem*; vtque quòd omnia repræsentat tanquam à Patre accepta, *Speculum*: & vt eius processio intelligatur non ex sola puraque diuinæ naturæ fœcunditate esse, sed ex hac ipsa per intellectum, *Sapientia*: ita quoque vt immateriali, impassibiliq; modo fuisse genitum profiteamur (vti D. Basilius obseruat) ac non ex pura simpliciq; natura operationem præuenien te (vt dixi,) sed ab eadem per intellectū loquente, nuncupamus *Verbum*.

Alia quoque filii Dei cognomina persequitur D. Greg. Nazian. lib. 4. de Theol. eorumque rationes pulcherrimas affert.

D. Basilius in Homilia in Initium Ioannis, Cur verbum? quo ostendatur quod ex mente processit.

Quanquam Lactantius lib. 4. Institu. cap. 8. & Origenes alicubi, atque Apolinaris in Cathena Psalm. 32. Verbum, sermonemque Dei dictum fuisse volunt, quòd eo nos Deus sit alloquutus, & suam nobis aperuerit voluntatem. Quam veruntamen opinionem D. Augu. ad quod vult Deum, in Palesinum tanquàm in auctorē reiecit, & Arianos postea approbasse, testis Theophilatus est in 1. Ioan. cap. Cyrillus libro 7. Thesaurorum cap. 4 Eunomio horum patrono, illam disertè adscribit.

Cur Verbum? quia citra passionem natus est. Cur Verbum: quia imago ē genitoris.

Filius Dei verbum, Dei nō est instrumentum.

Ad hæc aūt, quoniam præpositio *Per*, causam quandā suapte natura significat,

gnificat, quæ media sit: ob id Phylo in suo de Opificio volumine, & Clemens Alexandrinus in Oratione adhortatoria, Dei Verbum instrumentum quoque vocarunt, non tamen qualecunq;, sed concinnum, aptum & sanctum; à qua tamen nomenclatura Catholici consultò ac magnis ducti rationibus abstinemus. Primùm quidem, ne cuipiam subeat in mentem, filium, sapientiam, & Verbum Dei aliqua esse ratione proferente ac generante Patre minus excellens, & minus augustum: Quod enim instrumentum est, semper quidem solet vi & officio ab efficiente præcipua causa deficere, ac sæpenumero quoq; natura. Secundò, quoniam (sicut Theophilatus ait) inhonoratior esset filius rebus ab eo factis, si earum non nisi gratia factus fuisset, hoc est, si organum tantummodo esset quòd serra, securis, & organa alia, sic planè se se habeant ad ea omnia, quorum gratia ab artifice parantur: finis enim præstantior rebus illis est, quæ sunt ad ipsum.

Quo filius Dei causa media. Quamobrẽ nos alia ratione dicimus filium esse causam mediam, nempe *origine*, vt enim pater se ipso, & est, & efficit: vel, vt id clariore dicamus oratione, à nemine habet, vt sit, vtq; efficiat; filius nihilominus vtrunq; à patre habet: quare Principium de Principio dicitur, & proinde per eum condita fuisse dicuntur omnia. Rursum & hoc ipsum quoq; de eo pronunciamus, quòd per eum tanquam per artem & exemplar (agit enim pater intellectu) creaturæ omnes de non esse ad esse prodierint: quicquid enim est id quo opifex rem agit, siue organum fuerit, aut etiam exemplar, & forma, vel aliud quidpiam dici medium inter agens, & passum: rectè & oportune potest: quare, etiam filius media causa est, non quidem patri, vt efficiat, sed orbi, & creaturis, vt ab eo progrediantur. Vnde & dici exemplar propter sapientiam appropriatione consueuit: non igitur instrumentum nuncupari rectè potuit. Quapropter cùm Salomon Templum Deo edificaret, scriptura 3. Regum 6. testatur, nullum fuisse auditum sonum mallei, securis, & ferramentorum: quòd hanc quoq; ob causam scriptum fuisse puto, vt nullo vsum esse instrumento Deum in efficiendo Mundum intelligeremus; cuius illustris typus id tẽplum extitit.

Censura primæ expositionis. Et vix profectò dici potest, quantum hìc mihi Commentarius probaretur, nisi primùm ad propheticum, & reconditum, magisquàm ad historicum, & externum sensum (quem inuestigamus) pertinere videretur. Deinde quod protinus ex eo sequitur, vt nomen *Deus* in Epigraphe positum, non pro Trinitate, sed pro sola persona Patris capiendum sit: Nec enim persona Verbi media est inter creatorem Deum, & creaturas; sed inter patrem, & creaturas. Atqui creatio orbis, cuius hìc Moses verba facit, commune Trinitatis est opus: exemplar enim, ac forma illa, qua à Patre mundus prodijt, subsistens cùm sit, similiter & ipsa efficit. Ioan. 5. *Pater meus operatur, & ego operor.* Quamobrem Moses dixit Eloim, hoc est Iudices creauit, vt audituri deinceps estis. Et cùm in Symbolo patri creatio adscribitur, id fit per appropriationem quemadmodum & omnipotentia. Itaque expedit, vt commentarios reliquos etiam examinemus, sed nec pluribus nec omnes, verùm enimuero eos duntaxat qui magis conspicui, & certiores in Ecclesia habentur.

Quoniam

Quoniam ergo Principium, vox relatiua est, & ad multa, tanquam eorum reciproca referri commodè potest, ea propter sunt Doctores qui ad æuum; sunt, qui ad tempus; sunt, qui ad res effectas; ac deniq; sunt, qui ad seriem & ordinem narrationis, quam Auctor facit, id aduerbium suis expositionibus hoc loco referant. *Latius hic D. Basilius hom. 1 Diuusque Ambro. cap. 4.* Priores igitur quod legerent paulò inferius, Deum secunda die fecisse firmamentum, quod esse arbitrabantur totam illam massam & congeriem cœlestium corporum, quæ circumuoluuntur; & rursum, cùm viderent vocibus Samaim, & Arez apponi emphaticam literam He ה, quæ (vt aiunt) augere solet, & magnificare res quibus præponitur; dixerunt Cœli nomine id corpus hoc loco venire, quòd ab ingenti fulgore, siue splendore *Empireum*, cognominatum deinceps est, cæteris omnibus longè præstantius; ac Terræ nomine intellexerunt non vulgatam terram hanc quam incolimus, sed primam rerum omnium materiam, hoc est, ex qua corpora omnia cōpacta deinceps fuerunt: quam Platonici, & Peripatetici *Ilem*, siue mauultis syluam, vt frequentius, appellant: & ad hæc dixerunt, vtrunq; corpus initio æui (rerum illarum videlicet mensuræ, quæ cùm sui esse exordium habent, finem tamen sint habituræ nunquam) & ante nostri temporis productionem, Dei verbo fuisse creatū. Tempus enim hoc nostrum voluerunt vnà cum Firmamento, & primis corporibus reliquis postmodum prodijsse. Amplius & sunt arbitrati hoc excellentissimum Cœlum nō fuisse creatum habitatoribus vacuum, sed nobilissimis spiritibus plenum & ornatum, qui Angeli passim dicuntur. *Secunda expositio.* *Sic D. Clemēs Papa lib. 2 & 3. & alij plures.* Quem Commentarium, Auditores, nunquam ego probare potui, quamuis & multorum & grauissimorum virorum sit: primùm, quòd planas, peruulgatasq; vocum significationes ad tropos, & figuratos sermones nulla constanti ratione (vt ego quidem inferius ostendam) coacti detorquent: secundò, quòd quæ obscuro & ancipiti loco habentur, ac nondum omnibus Theologis satis sunt explorata, aut comperta; ea tanquam luminosa, & omnino certa obtrudere nobis conantur. Nec enim desunt (atque ij profectò Theologorum antesignani) qui Angelos vnà cum hoc sensili orbe quem incolimus, creatos fuisse volunt: & qui syluam, & materiam illam, nec nostra cognitione intelligi, adeoq; multo minus extare posse nulla determinata forma vestitam, firmissimis rationibus contendunt, sicut paulò postea latius dicturus sum. *Confutatio secundæ expositionis.*

Afferam proinde & alium Commentarium, qui cùm sit receptissimus, ita cumprimis est à Mose (ni fallor) intentus: etenim principium ad tempus præcipuè refert, ac existimat, vt dictum à Mose fermè quid simile fuerit; *In principio quodam temporis, non verò ab æterno, uti existimant Caldei, à quibus nos Hebræi orti sumus, Deus Cœlum, & Terram effecit*. *Tertia expositio.* Porrò aūt Caldeos putasse Mundum esse æternum, testatur Plutarchus in libro de placitis Philosophorum, quos sequutum fuisse Arist. vel his parietibus dudum est notum. & non desunt qui his & Platonem comitem tribuant, videlicet Plotinus lib. 1. Encadis secundæ, Apuleius de Platonis dogmate, Simplicius 3. Physic. & lib. 1. de Cœlo, quamuis Ioan. Gram. lib. 6. contra Proclum, & 8. Physic. cùm Mose sensisse (& fortasse rectius) existimat:

sed

sed & Plinius lib. 2. cap. 1. æternitati Mundi subscribit, ac præterea philosophi innumerabiles, qui planè omnes erroris & falsitatis hoc expresso verbo Dei damnantur. Quoniam autem id principium, momentū quoddam extitit, atq; adeò breuissimum & quod sola mente percipi potest, fortasse, vt hoc innueret Aquila, vertit, IN CAPITVLO: nouerat enim Hebræham vocem *Beresith*, denominationem capere à voce Ros, quæ & principium, & caput promiscuè in sanctis literis ideò significat, quòd cognationem & necessitudinem inter se hæ duæ res habeant, & proinde potuit voluisse paraphrastis officio fungi (quamuis intempestiuè) & dixisse IN CAPITVLO, vt scilicet exponeret id temporis caput, nullam moram, nullam diuisionem admisisse. Rursum, quia præpositio, IN Hebræorum phrasi haud rarò quoque pro CVM, vsurpatur. Gen. 32. *In baculo meo transiui Jordanem*. Erit quoque recta expositio, si dixerimus: CVM PRINCIPIO TEMPORIS, CREAVIT DEVS COELVM, ET TERRAM.

Probat 3. expositio. Ostendit autem Moses satis luculenter (vt puto) se de temporis principio hìc verba fecisse, cùm paulo postea primorum hominum formationem, eorundemq; de filiorum ac nepotum seriem, & præterea annorum numerum quibus vitam hanc vixerunt, sedulò & accurratè enarrat; quasi videlicet exponens, se à temporis exordio auspicari ac texere suam historiam, vt ab eo cæteri annalium scriptores didicisse videri possint, qui quoto anno ab Orbe condito (vel etiam ab Vrbe,) quàue Olympiade, aut etiam quibus sub Regibus, aut Consulibus, ea euenerint, quæ scribunt, recensere diligenter solent: de qua re D. Aug. lib. 12. Confess. cap. 9. nos quoque admonuit, & intelligentiam hanc Synodus Lateranensis sub Innocentio tertio, quam in Gregoriano videre est, de Summa Trinitate, & fide catholica cæteris probatiorem esse apertè (vt mihi quidem videtur) declarauit: de qua re cùm in alia lectione copiosè disputaturus sim, nunc

Lect 3. plura minimè dicam.

Quarta expositio. Est autem & quartus Commentarius, qui ad res effectas id aduerbium refert, huncq; sensum facere putat: *Prima corpora, quæ Deus creauit, fuerunt Cœlum, & Terra*. Atque adeò (subaudiatis) non solus ignis, vt fortè putauit Heraclitus; vel solus Aer, quemadmodum existimauit Anaximenes; vel insecta illa corpora, quæ Atomi dicuntur, de quibus Democritus, Leucippus, & Epicurus inaniter disseruerunt; nec denique; Oceanus solus, & Thetis, quæ cæterorum corporum elementa, & materiam fuisse Homerus, Thalesque voluerunt Probatque Theodoretus expositionem hanc, ad quam quoque Castilioneus fortè respexit, cùm reiecta litera BET, legit PRINCIPIO, quòd Latinis valet, Ante omnia? Reijcitq; interpretatio hæc veterum illorum Hebræorum figmenta, qui teste Rabbi Dauid, Kimhi. Esaiæ 22. asseuerabant septem res extitisse ante hunc sensilem orbem; Hortum, Legem, Iustos, Israelitas, Thronum gloriæ, Hierusalem, & Messiam Dauidis filium. Quamobrem, & posteriores Rabbini ad allegorias, meliora meditati, hæc omnia trahunt.

Quarta expositio. Porrò autem quintus & postremus commentarius est, qui ad narrationis ordinem, quàm Moses facit, illud aduerbium referendum esse mauult,

vt

vt dixerit, *Primum eorum quæ scripturus sum, hoc est: Deus creauit Cœlum, & Terram*, vt sit summa quædam, & propositio qua ea omnia breuissimè exprimat, vel potius absorbeat, quæ tam multis, ac veluti per partes dicturus deinceps est. & D. Ioan.Chrysostomo,& Gregorio Nysseno mirificè placuit, vt Aquila vocem *Capitulum* perinde acceperit ac *Summatim*, vel *In summa*. Et licèt quartus, & quintus Commentarij repudiari constanti ratione non possint, ac fortè etiam ab Auctore fuerint intenti; tertius tamen longè mihi probabilior esse videtur. *Et ita Rabbi Moses exponit.*

CREAVIT. Verbum hoc Magistro, & Scholasticis in 1.dist.lib.2.id genus efficientiæ hoc loco significare (& rectè profectò) visum est, quæ nullam sibi subiecerit materiam, ex qua Cœlum, & Terram Opifex deprompserit; cùm eos tamen minimè fugeret, & sanctarum scripturarum,& eorum Doctorum vsu qui Latinæ linguæ habentur Principes, hoc etiam verbo significari illam efficientiam sæpe, quæ sibi materiam subijcit: paulò post ea namq; dicturus est Moses Deum creasse cetos ingentes; & Eccle.7. dicitur, *Deus creauit de Terra hominem*. & Psal. 103. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur*, & Cicero lib. 5. de finibus ita loquitur. *Etenim omnium rerum quas Natura creat, & tuetur*: atqui natura non de nihilo, sed de materia corpora format. Proinde quæritur ratio, cur in præsenti nullam fuisse subiectam materiam ij omnes voluerint. Caietanus putat intelligentiam hanc ex rerum illarum natura,& affectionibus euinci posse, quæ commemorantur effectæ; ac impossibile esse ait à Sapientibus aliter intelligi. Nam cùm cœlum, & terra primò prima elementa Mundi sint, non potuerunt (inquit) secundum se tota, nisi de nihilo effici. Rursum cœlum natura ingenerabile, & incorruptibile est; ex materia igitur prodire non potuit. Sed si verum amamus, neutra ratio magnopere cogit. Et si enim elementis primò primis repugnat ex alijs elementis effici, quòd alioquin primò prima non essent; non repugnat tamen, vt ex subiecta communiq; materia educta in lucem fuerint: quæ planè, aut elementum propriè non est (quòd non sit indiuisibilis specie in aliam speciem 5. Metaphy. 4. licèt Auerrois 5.Metha.& 10.Meth.12.hanc ei finitionem aptare conatus sit) vel alius generis ab elementis compositionis Mundi, & mixtionis rerum elementum erit, si ita vocabitur, & definitiones elementi concesserimus quas congessit Conciliator dif.2. Rursum, scriptura non dicit elementa fuisse facta secundùm se tota, sed simpliciter dicit Deum creasse Cœlum, & Terram: quamobrem terræ nomine permulti capiunt, materiam, non verò elementa, sicut vocabulo Cœli, empireum solum intelligunt, sicut diximus: Nolle autem hos esse sapientes, quòd non sic intellexerint locum hunc, vt ipse intellexit, est eos iniuria gratis afficere. Amplius, videretur hic Doctor patribus principium petere, cùm sibi sumit, cœlum natura nec gigni, nec corrumpi posse, vt in quartæ diei explicatione visuri, Deo fauente, sumus. Postremò occurret ei Aegidius, ideo cœlum tale esse natura, quanquam ex eadem sylua cæsum est, ex qua cæsa elementa sunt: quod illa materia sic à præstantissima sua forma perficiatur, ac tota vndiq; expleatur, vt nullam ab ea formam appetat, nulliusq; rei indiga sit.

Creare quid.

Cur scholasticis creauit nunc pro de nihilo fecit.

Opinio Auctoris. Existimamus itaq; nos, ideo scholasticos confertim & agminatim id verbum ita hoc loco capi oportere docuisse, quòd scripturæ, Synodi, & Patres longè antea sic esse capiendum præmonuerint; & Theologiam nostrã multàm verborum & nouitatem & accommodationem habere oporteat. Nam Ioan. 1. dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt.* ad Col. 1. *In ipso creata sunt omnia, siue quæ in Cœlo, siue quæ in Terra, visibilia, & inuisibilia.* Da Iuuenis quãcunq; voluens realem entitatem, illa certè aut creator erit, aut creatura. Nam Synodus Constantiensis damnauit Ioannem Vs, & Hieronymum Pragensem, qui esse realem quãdam entitatem Deo & creaturis ab æterno communem dicebant: inde enim sequebatur nihil posse, vel de nihilo effici, vel in nihilum redigi; sicut & Gerson in quadam epist. 2. Tomi certè adnotauit. Rursum da quãcunq; materiam, vel etiam Metaphysicam illam, quã Arist. 7. Meta. 5. ait, Nec quid, nec quale, nec quantum esse (actu videlicet, quãuis potestate sit omnia hæc,) & quam D. August. lib. 12. Confes. cap. 7. esse propè nihil, eruditè dixit, in harum rerum alterutra classe visibilium, scilicet, aut inuisibilium, vt comprehendas eam oportet; quæ cùm ex antegressa materia non fuerit producta (sic enim in infinitum abiremus) omnino fit, vt de nihilo demum prodierit: sensum ergo hunc sancta scriptura luculenter aperit, & est de fide. Quamobrem & in Symbolo, partim quidem in Nycena Synodo, partim verò in priore Constantinopolitana ædito, profitemur Deum esse creatorem Cœli, & Terræ, visibilium, & inuisibilium. Demum & maiores nostri omnes constantissimè sic docuerunt: D. Basilius hom. 1. D. Cyrillus lib. 2. contra Iulianum, D. Aug. de natura boni, aduersus Manichæos cap. 26. D. Damascenus lib. 2. cap. 8. & denique qui non? vno D. Aug. excepto, qui in lib. contra aduersarium legis & prophetarũ, vim huius significationis, verbo Facere potiusquàm Creare adscripsit: sed (vt opinor) sequutus Græcos, apud quos poni frequenter videas ποιεῖν, pro eo quod nobis Latinis Theologis est Creare: sed & Hebræorum Rabbini omnes verbum hoc ita interpretantur.

Examinantur opinio Hiero. ab Oleastro & reprobatur. Proinde quod Hieronymus ab Oleastro in sancta lingua nobiliter doctus adnotauit verbum *Bara* significare præterea Hebræis separare; & posse in hac significatione hoc loco capi, minus rectè dictum puto. Primùm: quia Prophetarum oracula omnia capiendum esse docuerunt pro efficere. Psal. 123. *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit Cælum & Terram.* Hier. 51. *Qui fecit terram in fortitudine sua,* & respiciũt, pfecto ad hęc Mosis verba. Secũdò, quòd Hebræi, Christianiq; oẽs interpretes perpetuò, & constanter pro creare similiter intellexerunt. Tertiò, quoniam quæ nullo addito separari dicuntur, præextitisse simul vel quadamtenus videntur. Porrò autem vtrunque corpus Cęlum, & Terra, nonnisi in Idea antea simul extabant. Ergo, quod his etiam in præfatione addit, Deum creasse antea Terram informem, Aquam, Ignem, & cætera, si qua sunt, vnà cum incorporeis rebus, videlicet Angelis antè hunc sensilem mundum, ac horum omnium conditionem scripturam hoc loco præterijsse, & illa duntaxat commemorasse, quæ Cœli ambitu contenta sex diebus Deus produxit, existimo non esse catholicè dictum: quoniam si hæc ita se haberent, Moses

ses non exposuisset mundi creationem, sed compactionem, ferruminationem, & venustationem: quod viderit ipse hæreticæ prauitatis Inquisitor, num sit scripturis, & Ecclesiæ communi sensui consentaneum. Lactantius certè libro primo cap. 5. Hesiodum reprehendit, quod à chao sumens exordium, non ante explanauerit, vnde ipsum, quando, quomodoque esse, aut constare cęperit: ergo & explanare Moses debuerat, vnde essent hæc ipsa quæ nunc separata fuerunt, & num facta, vel infecta fuerint anteaquam de eorum separatione dissereret. Patres profectò hac in re omnes consentiunt, nihil ante hanc cęli & terræ creationem, quam Moses scribit, fecisse Deum, quamquàm eorum sentētiæ in diuersum alioquin tendunt, quodnam hoc cœlum fuerit, quæve hęc terra, de quibus nunc verba facit, Rursum, cùm terra, aqua, & ignis, quæ præcessisse huius mundi formationem, hic Doctor affirmat, corpora sint, oportuit quoque vt alicubi essent; at verò vbi, nisi intra cœlum? ergo concauo cęlì concludebātur, proinde ipsum etiam cęlum antecessisset Mundi huius constitutionem: & ita mundus mundum antecessisset. est enim mundus, elementa, & cęlum. Aut certè si tantūmodo nostrum hunc, quem tot mixtorum generibus ornatum conspicimus & habitamus, mundum vocari dixerit; quomodo, rogo, hunc non ex subiecta materia Deus effecit? Quod nihilominus Synodus Lateranensis his verbis Mosis quæ examinamus (ni fallor) adducta, iampridem negauit: ita enim illi Patres loquuntur: *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur &c. vnum vniuersorum principium, creator omnium, visibilium & inuisibilium spiritualium & corporalium qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creatorum spiritualem & corporalem, angelicam uidelicet, & mundanam.* Repellit ergo, sancta Synodus hanc huius Doctoris fictionem, quæ præterea latissimam aperit fenestram, per quam Chaos Anaxagoræ tamquam Deo coæternus in Ecclesiam (nobis quoque inuitis) obrepat, & Seleucianos in communionem recipiamus, qui Deum condidisse Mundum ex materia ei coæterna dixerunt. Longius ab hac fictione Doctores illi profecti sunt, qui Mosem quidem volunt creationem Mundi exponere, sed tamen quæ fuerit, Cęli & Terræ, hoc est, Cęli primi quod & empireum vocatur, ac materiæ ex qua cætera postmodum omnia opifex effecerit. Hoc verò ideo, quia Sap. 2. dicitur, *ex inuisa, aut etiam ex informi materia Deus orbem terræ creauit*. Aduersus quos cum multa afferri argumenta possint, hoc mihi videtur esse firmissimum: Quoniam quærimus, num materia illa informis penitus erat, an forma aliqua prædita. Primum dici profectò non potest: quoniam fieri ægrè potest, vt capiat humana mens, materiam vllam seorsum potuisse consistere, quacunq; forma denudatam. Actus enim ratio est cùm existendi, tum verò intelligendi (actus, inquam, qui forma est, & non sola entitas) quamobrem & 1. Phys. Arist. dixit, materiam cognosci non nisi analogia ad formam: & Plato in Thimęo fermè identidem docuit, cum verbis paulò immutatis, notham & spuriam materiæ notitiam appellauit, & à priuatione non secreuit 1. Physi. 39. quod videlicet existimaret (quantum sum eius lectione assequutus) priuationem vbiq; esse indiuiduam materiæ comitem,

Vide in Decretalibus. De summa Trinit. & fide catholica.

comitem, perpetuamq; asseclam. Quapropter cùm corpora omnia, ac fortè quoq;.Intelligentias constare ex hac ipsa opinaretur; illud etiam consequenter docuit, omnia quæ condita sunt, corrumpi (ac vt ipse loquitur) dissolui posse.Erat igitur materia illa sub aliqua forma: & cùm formæ certo ac determinato ordine recipiantur in materia, substantialis certè antecedit natura omnes accidentales: ergo illa erat forma substantialis. Quod & confirmatur: quia existentia actus formæ substantialis est: itaque vel generica erat, vel specifica.Si generica; formæ omnes, quæ eam postmodum subsequutę sunt,accidentia fuerunt: quia aduenerunt ei quod actu existebat.Si verò specifica erat, sciscitor cuius illa speciei erat: an scilicet aeris, & ita Anaximeni subscribimus; vel aquę, & consentimus Thaleti; vel ignis, & ingredimur scolam Heracliti: vel denique num erat ignota quædam, ex omnibusq; formis conflata, aut confusa species;& tunc naturæ repugnantia & inopinabilia proferimus, Labyrinthos igitur inextricabiles ingrediuntur omnes qui vel *terram* pro materia prima interpretantur; vel verbum *Creauit*,non pro de nihilo effecit, sed pro separauit, intelligunt: quod vult ille Lusitanus,& fuit Anaxagoræ in sententia, teste Diodoro Siculo lib.1.de antiq. gestis fabulosis.Creauit ergo,hoc est,de nihilo fecit. Quanquam præterea & pro Separauit capi consequenter possit. Opifex enim cùm Cęlum, & Terram de nihilo condidit, simul quoq; latissimè vtrunq; corpus disterminauit, nempè loco,magnitudine,formis,affectionibus, situ, & postremò tanquam centrum, & circunferentiam.

Iam verò vulgata illa Sapientis sententia, commodè interpretanda est, spretis hæreticis, qui eum librum ex sacro canone extrudunt. Etenim non de prima ac generali rerum efficientia, quæ de nihilo fuit, intelligenda est: sed de secunda illa,qua terra emergere ex aquis iussa est, ac deinceps arida ita effecta, vt calcari ab animantibus posset, & herbas arboresq; in ea figi. Illic igitur vsurpauit Sapiens verbum *Creauit*,pro Separauit,eduxit, perfecit; & *Orbem* non ipsum totum hoc sensile vniuersum, sed eum duntaxat qui Terra est: sic enim Psal.15.dictum fuit, *Orbis terrarum, & qui habitant in eo*. & Psal.92. luculentius, *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur*, vtrobique intransitiuè. Et non displicuit magnis Viris hæc expositio, & cumprimis Aegidio cap.1.sui Exameron. & quamuis vbi veteri interpreti habetur *Orbem terræ*, verterint nouitij quidam, *Mundum*: (de qua traductione censeant eruditi) nihilominus maneret quoq; hæc nostra intelligentia integra, quando hæc eius loci versio germana esset, quod Synechdoche esset,& vox illa *Mundus* latissimè in sacris litteris pateat.

Dionysius Carthusianus. Dionysius Carthusianus tamen, existimauit dici *Ex inuisa materia factũ* fuisse terræ orbem, non tanquam ex præiacente, & præexistente, quomodo ij doctores volunt, aduersus quos disputamus: sed ex qua, tanquam ex substantiali parte constat, & quæ in eo permaneat. qui Commentarius (fateor) admodum ægrè recipi potest: quoniam illa materia vocatur illic inuisa, & informis: at verò hæc ex qua terra, vel sensilis hic Mundus in præsenti constat, & formata ac perpolita est, & sensibus per formas multis modis exposita.

Sed

Sed neque verba Pauli his auctoribus suffragantur: quæ ad Heb. 11. ita leguntur, *Ut ex inuisibilibus visibilia fierent*: neque enim pluralis numerus, *Inuisibilibus*, patitur, vt locum illum ad materiam hanc informem (sicut ij volunt) referamus: hæc enim vna duntaxat est, videlicet per negationem omnium formarum. Rursum S.Tho. *Inuisibilia* vocari ibi à Paulo ideas arbitratur: quem commentarium si quis similiter tanquã duriusculum renuerit, & cum recentioribus interpretibus legerit, *Ut ex non apparentibus apparentia fierent*, referat eodem modo verba hæc ad rerum distinctionem & ornatum, sicut nos antea sententiam Sapientis referebamus. Etenim cùm essent prima Mundi corpora, quando creata sunt, tenebris vndiq; circũfusa, spectari à quoquam (etiam si adfuisset spectator) minimè poterant: at verò formata luce, facta illa sunt ex non apparentibus apparentia, ex inuisibilibus visibilia. Est nihilominus hoc quoque operæpretium scire non deesse eruditos Authores qui hæc in Paulo ita legũt, *ut non apparentium spectacula fierent*: vt sensus sit, Effecit sensilia corpora Deus, vt rerum diuinarum hominibus indices essent. Etenim elementa, & cætera quæq; omnia, nobis spectacula sunt Dei bonitatis, sapientiæ & potentiæ, ac præcipui denique amoris erga nos, quibus vt prodessent, omnia condidit. *Extenditur locus Pauli, vt ex inuisibilibus. &c.*

LECTIO TERTIA.



DEUS, Hebraicè Elohim maioris numeri vox, quæ pressius vertenda Latinè fuerat *Iudices*. Sunt autem Hebræis decem Dei nomina, sicut Origenes in Psal. 2. adnotauit: & D. Hier. in epistola ad Marcellam ea accuratè enumerat: in quibus geminum est, quod plurali caret, Iah: quod nunc temporis Ecclesia sæpenumero decantat, & per plateas. & vicos iugiter ac sine intermissione cælestis aula celebrat. Tob. 13. Apoc. 19. ac quadrilitteron illud Hebræis vsq; adeò sanctum, vt eis religio olim esset, extra anniuersarium diem, quem præcessisset ieiunium, illud pronunciare, teste Cusano lib. 1. excit. Atque id etiam per summum Pontificem solum, ut alij scribunt, cùm videlicet Sancta sanctorum precaturus ingrederetur, licèt etiam id in aurea lamina scriptum præferret. Hoc recentiores Iehu, siue Iehoua auctore (ut ferunt) Pagnino, dicunt; quanquam Benedictus Aria Montanus in sancta Scriptura doctissimus in libro de Arcano sermone capitu. secundo. mauult dicendum esse Iehuneh. Sed non obstat appellationum diuersitas, cùm ipsa significatione ad vnum omnia reuoluuntur, præsertim autem si non differt hoc, à nomine *Iah*, sicut Pater Forerius in Esaiam existimat. Quæritur ergo, cur vtrunque hoc Dei nomen Moses, hoc loco, omiserit & illis nomen Elohim præposuerit, quod Angelis, & viris quoque præstantibus, in Scripturis interdum tribuitur? Non caret profectò ratione, quòd in tota *Prima ratio.*

mundi genesi, hoc præ cæteris nomine Vates præstantissimus Deum nuncupauerit, cùm tamen Iehoua fuisset (vt videtur) loco accommodatius: significat enim omnium consensione fontem essendi: atqui hic describitur Opifex dare esse rebus. Et rursum quæritur, quamobrem maiori numero magis quàm minori Eloha: nec enim Mosi, cùm hæc scriberet, quidquam temere excidit: quemadmodum nobis contingit, qui, vt ait in Thimæo Plato, fortunæ filij sumus. Nobiles percunctationes profectò hæ sunt, quamobrem age, eas accuratè discutiamus.

Secunda quæstio.

Caietanus ad primam.

Ergo priori clarissimi quidam Viri respondent, ideò Vatem nostrum, hoc præ alijs nomine in præsenti Deum appellasse, vt intelligerent omnes hunc ipsum, qui Mundum condidit, simul etiam eius esse Iudicem & Rectorem, & proinde curare & moderari hominum res, ac ita vnumquemque nostrum præmia, vel supplicia esse ab eo reportaturum, quomodo promeritus fuerit. Quamobrem hic ipse Moses, cùm inferius Gen. 7. scribit Deum dedisse sententiam diluuij aduersus orbem, Eloim quoque illum appellauit. Et rursum Psal. 47. legitur, *Secundum nomen tuum* Eloim, *sic & laus tua in vniuersa terra. Iustitia plena est dextera tua*: vbi vides iustitiæ fieri mentionem: hæc verò à Iudice præcipuè solet exigi. Itaq; Moses Dei & Iudicis duo vocabula æquè veneranda his capitibus iunxit, & antè quidam iudicis, vt grauiter, ac tanquam in faciem confestim percuteret insanos quosdam & incredulos homines.

Claudianus li. 1. contra Ruffi.

„ *Qui numina sensu*
„ *Ambiguo vel nulla putant, vel nescia nostri:*

Simulq; Hebræos ad suarum legum obedientiam præpararet. Solent enim Dei & Creatoris nomina tanquam benefica & amabilia, segnes, & & languescentes homines ad amorem mirificè excitare: Iudicis verò, aut Rectoris nomen consueuit sontibus ac legum transgressoribus esse formidolosum, terroremque (quo illi præcipuè ad legum custodiam inducuntur) incutere. Quapropter non desunt, qui Græcis θεὸς & Latinis Deus à timore dictum initio putent, quòd pauore eius iustitiæ & iræ, in officio homines contineantur. Vnde & cultum, ac religionem totam venire in sacris litteris interdum, timoris Domini appellatione arbitrantur, & nominatim in Psalm. 110. cùm dicitur: *Initium sapientiæ timor Domini.* de qua re alibi.

Ita certè D. Basilius sentit in Hexa. hom. 1.

Secunda Caiet. respon. ad primam.

Sed & alia præterea non pœnitenda ratio nobis se se huius nomenclaturæ offert: quæ hæc est, quoniam Deus in rerum naturis constituendis, ad instar Iudicis & Gubernatoris, ea omnibus distribuerit quæ singulis (& cumprimis vniuerso cui potissimum prospiciebat) congruerent & optima essent, vt contemplantibus rerum vniuersitatem, non sit difficilè intelligere, quamobrem non vnum essendi gradum, sed multiplices, sed omnes, videlicet esse, viuere, sentire, intelligereque produxerit: curque res omnes non fecerit æquales, sed voluerit earum species esse sicut numeros 8. Metaph. 10. & veluti figuras 2. de Anima 31. & stellas inter se voluit claritate differre 1. Corin. 15. vt enim in illis quæ vnius

eius-

eiusdemq; naturæ sunt, æqualitas inæqualitati præferenda est, sicut Scotus 1. d. 19. q. 1. scitè & subtiliter perpendit: ita vbi discrimen hoc naturarum est, secus profectò contingit: ac in his tantùm, trita Plinij sententia (nihil æqualitate inæqualius) locum habet, si enim omnia essent in Mundo æqualia, planè hic nec esset ὅλον, hoc est, totum, aut ἅπαν quod est vniuersum, & tamen in scripturis dicitur (*Et hoc quod continet omnia*) nec præterea κόσμον videlicet ornatus, cùm tamen scriptum sit, *Et perfecti sunt Cæli, & Terra & omnis ornatus eorum.* Gen. 2. & rursum *Spiritus Domini ornauit cælos.* Quæ omnia, si Origeni viro vndecunque doctissimo in mentem venissent, non adscripsisset (opinor) peccatis Angelorum hanc quam conspicimus, sensilium creaturarum varietatem, & inæqualitatem, si tamen ita censuisse Vir tantus potuit. Impertitus itaque cùm sit rerum Opifex esse, & viuere, his quidem clarius, alijs verò obscurius, 1. Cœli 100. & fecerit omnia in pondere numero, & mensura Sap. 2. videtur tanquam iustitiam distributiuam quandam in hoc suo Opificio seruasse, quod vt nobis vel eminus Moses indicaret, toto capite Elohim illum nuncupauit.

Contemnendi enim Stoici & Diogenes sunt qui apud Plutarchū de Placitis Phylosophorum inter totum vniuersum, & Mundum nulla constanti ratione ducti, latum esse discrimē noluerunt.

His nihilominus, quibus nihil ad rem significantius allatum hucusque est, obijcit nuperus quidam in sancta lingua nobiliter doctus, aitque, radicem nominis Elohim esse Alah: quæ vox Deum significat, vel vt sceleratorum hominum vltor est, vel certè, vt ille est, à quo homines affecti iniurijs vindictam aduersus noxios postulant: & propterea excursiones nostras nequaquam Hebræo nomine niti.

Hieronymus ab Oleastro.

Sed redarguunt hominem hunc Docti permulti, qui non consentiunt eam vocem esse radicem nominis Elohim, quemadmodum ipse etiam qui hæc obijcit candidè adnotauit. Deinde constat, solere iniurijs affectos, ad eos se se vertere & confugere, qui Rempublicam moderantur, eiusq; clauo assident, quos videlicet posuit Deus ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum, Rom. 13. 1. Petri 7. atq; ab eis patrocinium, & iustitiam postulare: & proinde apparet vtrunque munus, nimirum distribuere cuiq; quod suum est, & pœnam sumere de perturbatoribus Reip. facilè in vnam personam coire. Rursum Benedictus Aria, à Caietano, & nobis, contra hunc hominem patenter stat: loco. n. superius citato ait, cognomentum Elohim, eam vim, auctoritatem, atque efficientiam habere, quam nobis Latinis illa nomina significant. Conditor, Rector, Gubernator, Iudex, Princeps, & quæcunq; huius generis nomina: perstant igitur illę excursiones.

Pro Caietano.

Fortior igitur obiectio esset, si nomen quadrilitteron non significaret nudam Dei essentiam, sed simul quoque contineret proprietatem Clementiæ, & Iuditij, sicut Cabalistis quibusdam visum est.

Contra Caiet.

Quamobrem dicerem ipse, Mosem nunc voluisse nobis hoc nomine declarare Dei præcellentem, & indicibilem in creando Mundo fortitudinem, quàm omnipotentiam significantius nuncupamus: neque enim hanc apertius vnquam manifestauit, atq; creatione Mundi. Nomen enim Elohim à fortitudine desumptum est, & D. Hieronymus epistola citata

Responsio Auctoris.

testis est. Theodotionem vertisse Græcè *Ischiron*, hoc est fortem; adnotaruntq; superiori ætate Docti viri quidam, ideò quosdam Angelos in suis nominibus hoc Dei nomen inclusum habere (vocantur enim Michael, Gabriel, Raphael, Vriel) quod ab opifice ita fortes effecti sint ac potentes, vt moderando orbi, & hominibus. varijs modis iuuandis, sapientis sint. Creatorem igitur antonomasticos fortem, hoc est, omnipotentem, Legislator hoc loco adhibito consilio tam crebrò appellat, vt nimirum de eiusmodi eius omnipotentia, quam nullibi æquè cernere, atque in creatione est, (vt dicebam) commonefaceret lectores, & in eius admirationem & cultum eos qui Mundum hunc contemplarentur adduceret.

Responsio Caiet. ad secundã q. Respondet iam verò ad secundam quæstionem Caietanus, ideò Mosem dixisse *Elohim* maiori numero, quod hæc vox singulari careat. Qui & hoc inde primùm sibi suadet, quoniam quorundam testimonio, Eloha quę existimatur eius singulare, vox peregrina Hebræis est & ascititia, eiusq; plurale est Elhim, vt proinde Elohim nullo modo eius pluralis vox esse possit. Atqui, vt dicam quod sentio, Elim non est vox pluralis vocis *Eloha*, *Contra Caiet.* sed vocis *El*. Deinde non est insolens, vt vnum singulare habeat in vna lingua duo pluralia, Deus enim Latinis habet in plurali Dei, & Dij, Deorum & Deum, Deis, & Dijs: quamobrem non sequitur necessariò, esto Elhim vox esset pluralis numeri nominis Eloha, vt hoc singulare nullum aliud plurale habere pręterea possit, de qua tamen re periti iudicent. Rursum, quod Caietanus inde opinionem suam secundo confirmare nititur: quia alioqui suspicari nonnulli potuissent, hunc Auctorem statuere plures esse Deos, si repudiato singulari, vsus plurali esset; age ostendamus etiam nullius esse momenti, ac immeritò reprehendi auctorem. Etenim cùm plurale nomen verbo singulari Bara, Autor adiunxerit, sustulit profectò omnibus occasionem suspicandi, affirmare illum plures esse Deos. Adde, fuisse hunc vbiq; ita intentum, & profusum, in statuenda prædicandaq; Dei vnitate, vt certus omnino esset hanc voculam ei officere nullo vnquam tempore posse. Quod & inde etiam generatim intelligimus: quia sacros Auctores fuisse hac in re vbiq; circumspectissimos perspicimus. Quamobrem Origenes Hom. 1. consulit obseruandam esse scripturæ sanctæ etiam in verborum ratione cautelam, sed præsertim ac maximè cùm de Deo sermonem facit: cauent enim sacræ litteræ vbiq; ne vnquam sint lectoribus offendiculo, ac ita dissertè Dei vnitatem enunciant, profiteunturq; cùm oportet, vt nemo sit qui non intelligat eas reijcere & profligare pluralitatem Deorum. Daniel enim capitu.2. cùm Regem Babilonis Idololatram semel duntaxat esset instituturus, illùm est hunc in modum alloquutus. *Est, Eloha, In Cœlo reuelans mysteria*: non dixit, *Est Elohim*, sed *Eloha*, cautè scilicet & prudenter, ne videlicet Rex prophanus sibi in animum induceret sentire Prophetam, plures esse Deos. Rursum Septuaginta interpretes mira circunspectione vsi in versione sacrorum Bibliorum sunt, ut Dei unitatem, ubique in apertum ponerent, quod uidelicet Ptolomæo & æthnicis illa

trans-

transferrent, quamobrem non *faciamus*, sed *faciam hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, Græcè dixerunt, sicut D. Hieronymus, & ante hunc Iosephus adnotarunt. Mosi verò non erat, nunc vt ab Hebræis timeret, quibus de vnitate Dei sæpenumero, & patenter verba iampridem fecerat & facturus deinceps etiam erat.

Vanę itaque sunt rationes Caietani. Ergo Rabinis quibusdam visum est, ideò Mosem ita scripsisse, vt manifestaret Deum tribus proprietatibus; intelligentia videlicet, sapientia, & prudentia condidisse Mundum. Alijs verò placet magis, vt ad idearum, & perfectionum multiplicitatem quæ in Deo sunt, Propheta respexerit: Sed quia priorum nenias egregiè Lyranus speciali libello olim retudit, nec est, vt actum agamus. Nunc posteriores paucis refellamus. Et primùm scriptura tota illis refragatur: etenim nullibi hac voce vsa est ad idearum, & perfectionum multiplicitatem indicandam; sed magis ad augendam & amplificandam Dei celsitudinem, &ad pluralitatem suppositorum explicandam. Exodi 22. *Elohim*, *Non detrahes*. vbi de Principibus, & Iudicibus sermo est, & Psal. 8. *Minuisti eum ab Elohim*: de Angelis enim loquitur vti D. Paulus ad Hebræ. primo testatur, ac à Septuaginta interpretibus accepit, quibus tribuendum magis est, quàm Iacobo Fabro, Francisco Georgio, & alijs quibusdam nouatoribus. Rursum refellit Rabinos illos hæc ratio. Si enim quòd plures in Deo perfectiones ideæ artesq; esse videantur, Dij maiori numero ille nunc dictus est, meliori profectò ratione. Hyppias Gorgias, & quilibet seorsum homo, dici homines eodem numero possent, quod ideæ, artes, perfectionesq; permultæ eis insint, quæ & accidentariæ, & inter se primùm, & confestim, ac multò magis, ab eorum substantia (anima videlicet ac mente) re sciunguntur, cùm in Deo sola nostra cogitatione secretæ inuicem sint, & eadem prorsus res sint, ac substantia. non igitur subsistit hoc Rabinorum figmentum: ergo nostros audiamus.

Opinio gemina Rabinorum.

Contra secundam Rabinorum opinionem.

Qui bipartiti quoq; reperiũtur. Visum n. plerisq; est, hic esse amplificatione, quòd, vti dicebamus honorãdi gratia sic Hebræi loqui cõsueuerint, quemadmodum qui scripturarum phrases consarcinarunt, & Lusitanus interpres exemplis compluribus periclitantur, &, vt arbitror, etiam euincunt: Siquidem & hic mos oras nostras Italiæ vel quadantenus peruasisse videtur: senibus enim, & maioribus nostris, *Voi*, honoris gratia, fando dicimus; & Reges, & Principes, amplificandi causa, *Noi*, pronunciant, cùm de seipsis loquuntur: totius enim populi ac regni personam representant, quamuis Ludouicus Viues lib. 4. de veritate fidei Christianæ, humilitatis causa sic eos loqui dixerit. Et licèt Catherinus repudiare hanc responsionem conatus propterea sit, quòd Prophetas singulari numero Deum sæpe compellasse, eorum citatis ac dispositis verbis & sententijs doceat, ac ipsummet quoque Deum singulari numero de se verba aliquando fecisse demonstret: mihi tamen solidior illa responsio esse videtur, quàm vt conuelli aut cõcuti illis arietibus possit. si enim perpendisset Vir celeberrimus, neminem inficiari Deum singulari numero fuisse sæpe nuncupatum, neminemq; affirmare semper plurali fuisse interpellatum,

Gemina respon Catholicorum.

tum, destitisset (opinor) tot scripturarum testimonia frustra congerere. constat enim scripturas vtroq; modo de Deo sermonem habuisse, plurali videlicet, quo ornarent Dei amplitudinem, & prophanis arcanum Trinitatis occulerent, (de quo dicturus euestigio sum:) ac etiam singulari, quo Dei vnitatem disertè, & publicè prædicarent, vt denique mira consonantia in illis vbiq; sit, & si diaphonia priore facie interdum esse videatur. Locus profectò ille qui Gen. 42. ita Hebraicè habet, *Locutus est Domini terræ.* & id genus alia, quæ à citatis Auctoribus accruantur, & rem hanc egregiè confirmant, & splédiora sunt, quàm vt illa verborũ caligine possint obscurari.

Opinio Magistri. Porrò autem quanquam hæc ita se habere existimem, arbitror tamẽ Magistrum in 1. dist. 2. & Doctores qui sequuti illum sunt, ad veritatem propius accessisse, cùm docent ideò Mosem nunc vsurpare, hoc plurale, vt beatis oculis sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis mysterium (eminus tamen propter impios) spectandum proponeret, & apposuisse verbum singulare *Bara*, vt cominus ac indiscriminatim, omnes intelligerent hanc eius esse communem actionem, & proinde eandem esse trium consubstantialitatem: quam lucem, vt alia permulta, velo obnubilauit: quia ferre eam ęgri oculi non poterant. Est igitur Deus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Elohim, hoc est Iudices, adiectiuè, videlicet, vti loquitur S. Thomas. 1. 39. Nec Sanctus Athanasius in Symbolo nobis vetuit, diuinas personas, vel Iudices, vel Deos, & Dominos appellare; sed tres Deos, tres Dominos dici catholicè posse negauit, ac proinde nec tres iudices: Etenim Deus, Dominus, & Iudex, & id genus nomina, cùm alicui numero adiunguntur, sermonem substantiæ inducere solent, quæ cùm vna ipsissimaq; in omnibus Dei personis sit, rectè dictum videtur tres minimè esse Deos, nec tres Dominos, aut tres Iudices. quapropter D. Greg. Nazianzenus de re hac ita scribit: *Vnitas Maiestatis plurium vocabulo Deos prohibet appellari*, & rursum *Denique patrem, & filium catholicè nominamus, duos autem Deos dicere nec possumus, nec debemus: non quòd filius Dei Deus non sit. immo verò Deus verus de Deo vero: sed quia non aliunde quàm de ipso vno Patre Dei filium nouimus, proinde vnum Deum dicimus.* & hæc quidem ille, & catholici patres reliqui docent, quos profectò sanctus Spiritus nobis magistros dedit. Quanquam non me etiam præterit, tres Deos, & tres Dominos, ac id genus alias formulas ab Aliacensi 1. dist. 1. & à Scholasticis quibusdam ad sanum sensum redigi; quippe qui aiunt, eos esse tres personaliter (sic enim loquuntur) non verò substantialiter. Animaduertebant enim posse quenquam hunc in modum argumentari, si Iudices & Dij & Domini, & tres, ergo tres Iudices, tres Dij & tres Domini. Catherinus tam in adnotationibus in Caietanum lib. 3. existimat indoctè sic colligi: quoniam non semper quæ seorsum ac sigillarim verè dicuntur, coniunctim quoque verè affirmantur, vel Arist. in 1. Periherme. teste. Atqui & mihi quoque doctrina Aliacensis parum tuta esse videtur, ac Phylopono & Trithertis magnopere vicina. Sed pressius res hæc modò examinanda non est: dabitur fortasse aliquando locus de ea disserendi commodior, quemadmodum & de hoc Deo Caietani, commune tribus personis, nec tamen

persona,

persona, quippe qui scipsum communicat, de quo & Catherinus breui vellicatione,& Bartholomęus Spina, Apostolici Palatij Magister, præceptorq; meus,& in hoc publico docendi munere prædecessor longè clarissimus, latissimis quæstionibus cum Caietano disputant. Nunc satis erit animaduertere Iudæos Sabellianos, Authoteanes, Trithettas,& Arianos, his quoq; Mosis verbis *Elohim Bara* Dij creauit,blasphemiæ & impietatis manifestè coargui. si enim Deus ita vnus ac solus est, vt tamen non sit solitarius; & rursum, si pluralitas in eo ita est, vt tamen indiuisa substantia maneat (vti hæc nominis cum verbo discordantia suggerit) quomodo,rogo,illi omnes qui vel pluralitatem personarum esse in Deo inficiantur,vel si eam confitentur,etiã vel diuisionem vel diuersitatem quoq; substantiæ inducunt non sacrilegi sunt & blasphemi?Proinde mirari non desino,cur Lusitanus recens interpres, metuerit doctrinæ huic assentiri: sed fateor plus nimium interdum Rabinis fauet.

Itaque,vt ad Caietanum redeam,Cùm fortè existimasset hanc Magistri sententiam suæ de hoc Deo opinioni manifestè refragari, ea contempta,solam priorem interpretationem constanter sequutus est; addens non esse hic locum Trinitati, cùm tamen in libris Mosis nullibi fortasse opportunior nobis se se locus offerat, in quo de ea debuerint verba fieri. Est enim Mundi Opificium trium personarum commune, ac splendidissimum opus: & frustra Lusitanus, vt Caietano succenturiaret D. August. in Ioan.cap.17.verba illa citat: *Pater manifestaui nomen tuum hominibus, non illud quo vocaris Deus,sed quo vocaris Pater*. quemadmodum & alij quidam similiter inani ratione ducti hunc Magistri commentarium ideo repudiant, quod patribus fuerit incognitus: ij enim omnes nihilo plus satagunt quàm vt Iudæis nostræ Religionis hostibus, & personarum diuinarum Trinitatem blasphemantibus, aduersus nos qui hoc testimonio illos etiam aut ignorationis, aut perfidiæ reprehendimus, arma ministrent.Ettenim quod attinet ad posteriores meritò dixi, nullam illis subesse idoneam causam,cur commentarium hunc repudient, quem constat esse verum, atque adeò à Spiritu sancto profectum;quamuis quoque eius non meminissent Patres,nec enim omnes tanto lumine illustrati fuerunt, vt in numerato habuerint ea omnia quæ pro stabilienda, confirmandaq; Christiana pietate, proque confutandis illius hostibus scripturarum monumentis consignata habentur. Proficit Ecclesia gradatim, atque adeò dietim intelligentia & donis. Lusitanus verò, aut intempestiuè D. Aug. sententiam nobis hoc loco obijcit, aut ego non satis assequor, cur desciscat à nobis. Nam manifestauit Dominus nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti disertè: & splendidè Apostolis, ac discipulis cæteris: quamobrem ait, *Hominibus quos dedisti mihi*, ac per hos quoque toto Orbi reliquo tanquam per præcones reserauit inuulgauitque; cùm antea non nisi paucissimis eisq; selectioribus, videlicet Patriarchis,& Prophetis speciali charitate & gratia reuelasset: quod minimè quoq; Caietanus negat Ioa.17.quanquam negat eos sub propriis nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti Deum appellasse: quod etiam si verum esset (nec enim desunt instantiæ in

Num patribus Trinitas Diuinarum personarum innotuit.

 scripturis)

ſcripturis) nihil pro Luſitano faceret:quoniam de cognitione, non autem de nominatione, noſtra eſt diſputatio, neque enim omnia quæ Prophetæ nouerunt,diſertis perſpicuisq; verbis nominarunt : eſt enim tenebroſa aqua in nubibus aeris. Sed expedit D. Cyrillum audire,qui nomen
» pro gloria interpretatur: hæc enim verba poſtea ſubdit : *Nam cùm vnigeni*
» *tus,ſapientia, & vita ſubſtantialiter,creatorq; omnium, ac interitu & morte*
» *ſuperior,ſanctus,immaculatus, bonus denique eſſe non dubitetur, eorum ſe mo-*
» *do naturaliter habere qui eum genuit credituri, ita in gloria imaginis ſuæ Pa-*
» *ter effluſit. Nam & ſi apud priſcos talis eſſe diceretur, non ſic tamen illis, vt nobis,res apertiſſimè patuit.* hæc ille. nec D. Aug.& S.Thom.aliter ſentiunt, ſi eorum verba accuratè expendantur:quamuis enim dicant *Deum,vt pater eſt,vnigeniti filij ſui Ieſu Chriſti,nulli fuiſſe notum ante Domini prædicationem*, hæc tamen de populis intelligunt, vt ſenſus ſit, nulli populo, atque adeò palàm:& paſſim quod inde euincitur, quia præmiſerant, Gentiles agnouiſſe Deum, vt omnium creator eſt;& Iudæos,vt ei ſoli latriæ cultus debebatur:ergo cum ſubijciunt,*Vt autem pater eſt vnigeniti ; nulli erat notus*, conſequentia verborum exigit, vt hoc negatum fuiſſe velint vtrique populo,hoc eſt paſſim & publicè.Abraham profectò tres vidit,& vnũ adorauit.Gen.18. licèt quoq; auctores nõnulli antiquiores, & poſtea Luſitanus ipſe, & qui hunc anteceſſit Caietanus, turbidam lectoribus aquam (quod fieri camellis ſolet) ſuis commentarijs ibi faciant, & vidit diem Chriſti. Ioan.8.identidem & Dauid Pſal. 109. iuxta Domini & ſinagogæ intelligentiam.Matth.22.D.Pauli Hebr.7.8.& 9.At verò creditur Moſes fuiſſe copioſius delibutus Abrahamo, & Patribus qui eum anteceſſerunt, Exodi. 6. & excurrit ſuſius ſuper Ezech. D. Greg. Papa Hom. 1. Quamuis mihi magnopere probatum ſit quod Dionyſius Carthuſianus 1.Regum, art.7.exiſtimat non eſſe generaliter verum, vt quò Prophetæ Chriſto venturo propiores fuerunt, eò ſplendidiora oracula de ipſo habuerint: quod tamen velle ibi videtur S. Pontifex ille. Denique, & Nicephorus, Caliſtus lib. 1. cap. 4. confutat Luſitanum, & D. Auguſt. lib. 12. ſuper Gen. ad litteram,& Thom. 2. 2. q.174. art.4.vidiſſe Moſem Dei eſſentiam exiſtimarunt,quemadmodum & D. Paulum, videlicet per tranſcenam,.& raptim, hoc eſt,per modum paſſionis,non autem permanenter, vt proinde non deſierit Moſes eſſe Propheta, ac vterq; eſſe viator: ſic enim Iudæorum legiſlator,eximiusque gentium Doctor donis inuicem magna ex parte æquati ſunt. Videri autem poſſe Dei eſſentiam abſque perſonis, & ſi diſputant nonnulli, ac præterea num poſſit intellectus fieri beatus viſa eſſentia, his non viſis: de qua re Caietanus quoque 2. 2. q. 2. artic.9. & Bargius olim concurrens meus, in primum Scoti diſt. 1. q. 2. ſcribunt : ipſe profectò nec ſentio, nec nunc in controuerſiam rapiam. Porrò autem D.Ireneus lib. 4. lõga excurſione demonſtrat Moſem vbique in ſuis monumentis filium Dei diſſeminaſſe (ita enim loquitur:) nec D. Cyrillus lib.4.aduerſus Iulianum aliter ſentire videtur, quinimò lib. 1. permultis contendit,& huic & Abrahæ Trinitatem perſonarum fuiſſe reuelatas.Prophetas iam uerò quibus præclara arcana ſua de Chriſto deq; eius

Num videri eſſentia poſſit abſq; perſonis.

eius Ecclesia Deus reserauit (intelligentia enim in visione opus est, Daniel.9.) quorsum hic accersibo, & in aciem aduersus hunc Doctorem statuam? Existimo enim, si cognouerunt hũc esse Dei filium, cognouisse quoque eos, Deum esse eius genitorem. Ergo nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ante Domini prædicationem quibusdam innotuit, sed paucis, & veluti secretò: præsertim autem eorum comparatione, quibus à concionibus & doctrina Domini palàm manifestatum deinceps fuit: & hoc voluisse D. August. sentiendum est. Etenim de fide ad Petrum patenter hic ipse, (aut quisquis fuerit eius libri eruditus Auctor) docet, Patriarchas, atque Prophetas ante incarnationem Domini, fidem Trinitatis diuinitus accepisse.

COELVM, ET TERRAM. Plato (qui Numenio philosopho Græcus Moses visus in Thimęo est, primùm ab Opifice fuisse facta, dixit Ignem, & Terram; fortè vt significaret Cęlum à prædominio igneum esse: ex totalitatibus enim elementorum (sic enim Simplicius 1. cœli. 17. & 20. ex Ioann. Grammatici sententia loquitur) id credidit constare: aut etiam quòd ratione syderum luceat, & effulgeat, & lucem existimauerit ignis proprietatem: Ex nostris autem quidam, Angelos nomine Cœli huius intelligunt: de quorum opinione dicam opportunius quid sentiam inferius. Alij verò, in quibus est Clemens Romanus sub Petri nomine, vnum Cęlum empyreum, vti superiore prælectione disserebamus, spectari nunc à Mose putãt. Quod nihilominus Cęlum, Card. Caietanus nõ recipit, tum quoniam nullibi scripturæ eius meminerũt, tũ verò quod sine causa (vt inquit) & absque ratione efficaci prisci doctores illud in Ecclesiam inuexerunt: Etenim nec visu comprehenditur, nec motu circumuoluitur, & Angeli incorporei sunt, multoque magis eorum conditor Deus: quare superuacaneum putat hunc eis assignare quem incolant locum. Oppugnat & alius Doctor hoc Cęlum, à nominis Hebræi ethymologia. Illis enim cęli dicuntur Samaim, quod aquei, scilicet omnes sint. nullum igitur illis cęlum Empyreum, hoc est, igneum est: A luce nanque, & fulgore, qui ignis proprietas quædam priscis visa est, igneus existimatus est, ac, vt voluit Steuchus, hoc illud est quod Theophr. & Homero, Olympus dicitur, quasi ὁλόλαμπρος, hoc est totum lucens: Et verba Pauli 1. Thi. 6. lucem habitat inaccessibilẽ, ad illud ipsum sua auctoritate accommodat.

Num cœlũ empyreum sit. S. Tho. 1. li. 3. & Durand. 2. dist. 2. q. 1. hæc quidẽ partim faletur, partim commodè interpretantur.

Contra verò sentire videtur Cardinalis Aliacensis quæst. 3. super spheram. Ioan. de sacro Busto. vbi probare conatur, oportere esse supra omnes spheras mobiles, vnam quoque quiescentem, quam non abnueret (opinor) hoc Empyreum esse. Itaque hæc argumenta profert: & primum quòd alioqui minimè verum esset, omne quod mouetur esse in loco. Secundò, quòd ea sphera sublata positiones sursum, & deorsum, ante, & pone, dextrum, & leuum ægrè Cęlo, & Mundo inesse natura possent. Postremò, quoniam nec possemus varietatem, ac diuersitatem plantarum, animalium, & cum primis morum hominum in cęlestia corpora redigere. Porrò autem deducit hæc fusius, quàm vt à me possint in præsenti coangustari & restringi.

Petrus Aliacensis.

Primum arg.

Secundũ arg.

Tertium arg.

Sed

Ad primum. Sed primùm repudiãdus ei fuerat Themistius, qui primum corpus motum censuit in loco esse per partes, mox & Auerr. cui placuit hoc esse ratione centri, & alij postremò qui ab ea vniuersali enunciatione, *Omne quod mouetur est in loco*, corpus illud quod primum mobile nuncupãt: hac dicti ratione eximunt, vt sicut in intellectualibus, & intelligibilibus vnum est, quod cætera quæq; locat, ipsum autem minimè locatur: ita in corporalibus vnum sit oportet, quod reliqua ambiat, locetque, ipsumq; in loco non existat. Rursum erat ei expugnandus Aristo. qui existimauit positiones illas fartas & tectas, vel inuitis Pythagora, & Platone, Mundo se asseruasse, quod statuisset Cęlum esse animal, 2.cęli 13. Denique afferenda ei ratio erat, cur Mosi non assentiretur, cùm quicquid est varietatis, & diuersitatis in stirpibus, & animalibus, Dei imperio, prouidentiæ, & bonitati toto hoc capite adscribit: & cur præterea vel à Galeno dissentiat qui (quantum ad varietatem morum hominum pertinet) sequi eos existimauit temperaturas corporum: cui & Seneca lib.2.de Ira. cap.18. & 19. assentitur: sed & Hesiodus permultos natura esse indociles aiebat, & his subscribunt Arist. & Auerr. 2. Met. 15. 1. de Cęlo. 22. Nam cum absque fantasmate nihil intelliget anima 3. de ani. 20. cum fuerit fantasia vel crasse compacta, vel læsa, & temerata, ægrè consequitur anima res pulcherrimas: Ac denique Aliacensis causam afferat, cur Iulium Firmicum in Astrologicis suis ad Iolianum spernat, qui nostrorum morum discrimina per quæ inuicem Regna, & Prouinciæ scernuntur in superos (in sydera arbitror) parenter retulit: quæ opinio cognationem quandam cum positione Galeni habet, nec enim desunt, qui affirmant cęlestia signa, ac Tabulas, ad complexiones hominum compingendas, magnam vim habere: quemadmodum & Petrus de Aluernia in libro de Physionomia explicat. Rursum exponat, cur vel à Platone, 6. de legibus desciscat, cuius hæc fermè verba sunt. *Non vos fugiat magnam esse locorum differentiam ad procreandos meliores deterioresq; homines, quibus diuersa, prout expedit, legibus sanciendа sunt: quippe alij varietate & turbine ventorum difficiles, & proterui sunt. alij propter aquas, alij propter cibos qui ex terra non solùm corporibus, sed etiam animis vtiles & inutiles oriuntur. præcipuè autem Regionis loca differunt in quibus inspiratio quædam diuersa est, & quæ dæmones sortitè sunt, qui propitij vel infesti suscipiunt incolas*, & hæc fermè Plato. Ac legisse me dudum apud quendam recolo, Aegyptios similiter docuisse. Quinimmò & arbitratos esse ideò iussisse Deum Abrahamo, vt è terra & cognatione patria ad terram illam pergeret, quam ipse ei ostensurus erat (hoc est Cananęorum) quoniã qui illi terræ præerat Genius, amicus Genij Abrahę esset, cuius prosperitati aduersabatur, ac veluti obsistebat Genius Patrius, vt huc forte respexerint illi qui, referẽte D. Ambrosio, inter septem sapientum præclara dicta hoc maximè celebrabant, *Sequere Deum*. Etenim vti quidam dixit.

Ad secundum. (margin, beside "non existat. Rursum")

Ad tertium. (margin, beside "seruasse")

Alciat. in Emble. (margin, beside "tum præclara dicta")

» *Omnes in Triuio sumus*
» *Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.*

Videtur autem iam dudum esse receptum, locis, hoc est populis, & Regnis

gnis genios (quos Angelos nuncupamus) præsides, & custodes à Deo præfici. Daniel. 10. sed & perspicuum est, referente D. Cyrillo lib. 4. Iulianum Imperatorem partim quidem sequutum hos philosophos esse, partim autem Iulium illum, & Astronomos: Et scimus celeberrimos quosdam Medicos regionibus hac in re multum dedisse, nullam magis ob causam, quàm propter qualitatem soli. Hoc enim cùm pingue est, ac boni alimenti ferax, bonam quoque constitutionem nostrorum corporum efficere dicunt, à qua boni & suaues mores prodeant: sin verò solum salsuginosum sit, ac malum nutrimentum gignat, etiam corpora effici valetudinaria, ac exigua, & mores difficiles, seditiosos ac turbulentos inde prodire. Quare hoc ipsis est axioma, ex elementis alimenta, ex alimentis corpora, ex corporibus mores. Postremò saltem reddenda Aliacensi ratio erat, cur nō hominum quoque libero arbitrio educationi, institutioni, consuetudini, atque opinionibus, eorum mores acceptos tulerit quemadmodum & D. Cyrillus loco citato existimat, & Auerr. Aristotelesq; esse docent, & se se res præcipuè habet, vt leues inanesq; admodum illius rationes videantur ad spherā quiescentem in orbem importandam. Quamobrem & nostrorum nemo eis hac in re statuenda (quod nouerim) niti voluit, & Caietanus homo Campanus alto silentio eas prorsus contempsit.

Aduersus tamen quem Caietanum, multum præterea ponderis habet tantorum Patrum traditio, & antiquissima, receptissimaq; Christiani populi vel opinio, vel persuasio: nunc quidem animas beatorum, deinceps autem, & earum corpora post diem Iudicij cum sanctis spiritibus in eo cęlo integram fęlicitatem, ac beatitudinem esse consequutura, vt saltem ob nostra corpora, non debuerit ille empyreum cęlum nobis eripere. Itaq; id ego cum Clemente Pontifice Romano lib. 2. & 3. recognitionum, cum D. Basilio Hom. 1. Hexa. cumq; alijs permultis patribus & Ecclesia, constanter recipio, ac ab Apostolis ad nos vsque tanquam per manus eius notitiam peruenisse arbitror, quam posteriores (Strabo cūprimis & Beda) latè disseminauerint. nec enim ij fuerūt eius auctores, ut fermè scholastici existimant, licèt fortè id nomen, *Empyreum*, primi, ei indiderint. Iam uerò scripsit de eo præ cæteris Augustinus Steuchus in lib. de Rebus incorporeis, & inuisibilibus: qui & increatum esse id & æternum, sub correctione tamen (ut catholicum decebat Episcopum) existimauit. Et uidetur fuisse hæresis Arnaldistarum, non eorum quidem qui Arnaldum de Villa Noua sequuti sunt, sed quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abhominatur, Italia non vult recipere, (hac enim periphrasi eū nobis commendat D. Bernardus in Epistola ad Episcopum Constantiæ.) Ferunt enim qui de Hæreticis scribunt, hos quoque eius fuisse articulos. *Aliquid esse præter Deum æternum.* & rursum, *aliquid esse quod nec Creator, nec creatura sit*, & si non me fugiat posse illos referri, partim quidem ad uniuersalia quæ & realia & æterna esse uolebant, partim uerò ad creationem passiuæ captam, quam nec Creatorem, nec creaturam esse contendebānt. Qui quoque Articuli placuisse fermè uisuntur Ioanni Vs in Constantiēsi Concilio; & de omnibus generatim scribit Gerson in Epistola qua D. Bonauent.

Contra Caietanum de cælo empireo.

Strabo & Beda non fuerunt auctores cæli empirei.

nauent. laudat, & in admonitione quadam breui quæ in prima parte eius voluminum habetur: & fortè in lectionem D. Basilij tanquam in lapidem offensionis, Arnaldus ille quoque, quemadmodum & Steuchus postea impegit. sic enim ille scribit interprete Steucho, *Erat ante mundi constitutionem quidam antiquior status, supramundanis potestatibus congruens ante tempora æternus, perpetuus, in quo creator & opifex creaturas absoluit.* Clemens verò lib. 2. hoc ipsum ferme, sed magis apertè explicat: eius verba, interprete Ruffino, sunt: *Cœlos autem esse, qui ab eo facti sunt, sicut & lex dicit: quorum vnum sit superius, quo continetur visibile firmamentum, illud esse perpetuum & æternum cum his qui habitant ibi: istud autem in consummatione sæculi resoluendum esse.* sed cogitandum fuerat patres istos affirmare omnes cęlos ab Opifice Deo fuisse factos atque adeò esse creaturas, & rursum vocasse cęlum empyreum æternum, quod nulla illi definiri certa ac determinata temporis mensura à nobis possit, quando de non esse ad esse (Deo volente) prodierit. Sed solent Doctissimi viri quando hallucinantur, grauissimè labi. & causam recens Philosophus Zimara in suis Problematibus satis conspicuam attulit.

Ad 1. Caiet. & 2. Cæterùm, quòd scriptura nullibi Cęli huius verba fecerit Catholicos qui traditiones, & Sanctorum monumenta, vt decet (hoc est magnopere) venerantur, non admodum discruciat; sed & interdum quædam quoq; recipiunt solis probabilibus argumentis ducti: *Ad tertium.* Nec locari in eo cęlo, aut Angelos, aut homines dicimus, quòd ibi loco ambiantur, circunscribanturq;. Vana nanq; ac puerilis esset hæc cogitatio. Nullus enim istiusmodi locus, nullum tempus, aut vacuum extra conuexum primi corporis, cætera quoque complectentis, est: sed quod ibi præcipuè Deo assistant, beatitatem indispicantur, degant, sensili orbi præsideant, fulgentissimo, & pulcherrimo corpori (cuius conuexum beati homines pedibus terent) magno sint ornamento.

Ad arg. aliorũ. Porrò autem argumentum ab Ethymologia ductum, fallax crebrò est, vt alibi lata inductione probo, ac, vt mihi quidem videtur, Plato in Cratyllo minimè inficiatur. Sed quantum ad controuersiæ huius statum pertinet, rectè appositèque dici non dubito, nullum Hebræos manere empyreum Cęlum; qui tartaro perfidi sunt deputati, & placet magis. Samaim *Vnde Cæli dicti Sciamaim Hebræis fuerint.* capere deriuationem vel à verbo Sama, quod Hebræis præter alia nõnulla, significat etiam, obstupescere; vel à Sem, quod illis nomen celebritatemque ac famam dicit, sicut Lusitanus testatur. vnde & viros celebres nuncupant viros Sem. Quem enim cęlestia corpora in admirationem, stuporemq; non adducunt, & insignis eorum pulchritudinis & vastitatis & ordinis, & virtutis; deinde verò (ac multò sanè magis) & omnipotentiæ, sapientiæ, & bonitatis Dei qui ea ita condidit, tantumq; tribuit præstantiæ & amplitudinis? Sed & quis negabit cũctis populis, ea notissima, & ce-*Quid Cæli nomine Moses significet.* leberrima esse? Porrò aũt existimo Cęli nomine complexum esse Mosem omnia superna corpora ab aqua, & terra, quorum est vnum centrum, & per enalagem posuisse singulare pro plurali. Etenim cum sit necesse vt ab alterutra voce stent, nec desint qui à terra cætera elementa velint quod cũ

ea

ea cognationem quandam habent, fit nihilominus mihi probabilius, vt potius cęli nomine veniant, quod Psal. 8. citra ambiguitatem Aer cęlum dictus fuerit, constetq; Ignem, & Aerem (magis tamen ac minus) conuersione cęlorum cieri. Quidquid itaque Terræ, & Aquæ elementis supernū est, nunc Moses (quantum ratione consequi possum) appellauit cęlum, vt proinde nullum omiserit in hac propositione corpus insigne, quod hunc sensilem orbem constituat: quamobrem & repentè de aqua, tanquam quæ iam extaret, & cuius creationem exposuerit, sermonem est habiturus. Et nos quidem ita opinamur, quòd certum sit his nominibus Scripturam sæpe complecti sensilia omnia corpora, & quæ eis adiacent, Psal. 123. & 145. *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit Cælum, & Terram,* & cap. sequenti dicturus est Moses: *Igitur perfecti sunt Cæli, & Terra, & omnis ornatus eorum:* cùm tamen toto hoc capite exponat, & Aerem, & Aquam simul cum Terra & Cęlis ornata & absoluta fuisse.

Verùm D. Basilius cęlestes dumtaxat globos cęli nomine hic intelligit, & terræ nomen significare vult hoc quod incolimus, pedibusq; calcamus elementum, per prolepsim videlicet & occupationem: nam terra postmodum dicta fuit. Cùm enim sint duo extrema orbis corpora, obtutumq; nostrum tanquam centrum, ac circunferentia terminent, arbitratur, satis fuisse Mosi ea de nomine huc apertè accersiuisse: sic enim & intermedia vnà cum eis creata fuisse consequenter manifestauit, Quod certè probabile etiam est. Continet igitur propositio siue hoc, siue priori modo intelligatur, plura quàm dicat.

Sed ad hæc, cùm in more positum Hebræis sit, nominibus illis litteram *He* proponere, quibus res præcellentes & eximias grandiori oratione, ac tanquam emphasi significare & laudare volunt & vtrique nomini; Cęlo videlicet, ac terræ præpositam nunc conspiciamus (sic enim illi legunt, *Ve he Samaim, ve he Aarez.* hinc argumentum Catherinus confecit, Cęlū empyreum, & primam materiam his nominibus venire: quoniam cùm hæc materia, tum verò id cęlum, sola digna fuerunt quæ addita singularis præcellentiæ quadam nota, tanquam cæteris rebus magis insignia pronunciarentur. Sed vir tantus frustra planè laborat, quòd planum verumq; sensum, consentientibus eruditis in sancta lingua, hunc esse dubitandū nō sit.

Hæc dicta sint ex illorum sententia qui ita docent, verum non desinit, qui dicit Hebræos citra delectum apponere nominibus hanc litteram, tanquā articulum.

In principio creauit Deus Cęlos illos vsque adeò nobiles & præcellentes, vt gentes omnes magna consensione arbitratæ sint, eos esse domicilium Dei. 2. Cœli 1. Quamobrem & *Susanna flens suspexit in Cælum.* Dan. 13. & Dominus Ioann. 17. *Subleuatis oculis in Cælum* Patrem precatus est. & nos ita oramus, *Pater noster qui es in cælis.* & videtur hoc dixisse antea Dauid Psal. 112. & 123. sed & Scripturæ cęlum non rarò vocant *Solium Dei*, & ad hæc *Sanctum.* Isaiæ 63. Psal. 19. quorum conuersionem agnouerunt philosophi esse rerum sublunarium vitam 8. Physic. 1. & proinde quibus inferni orbis vires post immortalem & optimum Deū oporteat nos ferre acceptas 1. Metheor. 1. ac postremò qui sunt naturæ ita sublimis, vt captum nostrum superegredi videantur: neque enim consequuti hucusque sumus, quid nam illi reuera sint, sed magis quid non sint, vt &

Expositio Auctoris.

Damasc. lib ij. c. 6. & S. Tho.

magni

magni viri patenter docent, ac denique terram, sedem illam firmam, & perenniter duraturam, Eccles. 1. medio libratam axe, centrum, ac Basim Mundi, eamq; *Dei scabellum* Isaiæ 66. præstantem, & admirabilem plantarum, atque animalium parentem, nutricem, & receptricem Psal. 103. Isaiæ 40. quam & nobis, dum peregrinamur à Domino, incolendam, terendamq; & subiugandam amanter ille & benignè dedit Psal. 114. Et hæc fuere prima fundamenta molis pulcherrimæ, quæ iecit Deus, vt hoc ordiretur opus; quo neque maius quicquam natura, nec melius habet, cur igitur litteram illam Emphaticam eis Moses non præposuisset? Plato cùm de Ideis loqueretur, ac earundem subsistentiæ & nobilitatis cuperet auditores admonere, non eas simpliciter ac nullo adito nominabat, hoc est, non homo, aut leo, sed *ipse homo, ipseq, leo*, honoris ergo dicebat, Simplicio in 1. Physi. teste, quinimmo Adrasto quoque ac Themistio, & Porphyrio. Et Aristoteles (si tamen quibusdam eius interpretibus, quis fidem adhibuerit) *quod verè est*, grandiore. s. oratione, ac tanq̃ elogio quodã in 3. de Aĩa tex. 20. intellectum agentẽ ornauit, vt hũc solum verè ac propriè separatum esse significaret, ac seorsum subsistere. & mirabitur aliquis, si Moses cęlestia corpora & terram eorum centrum vna litterula tanquam quodam indice, aut etiam præcone eorũ præstantiæ & amplitudinis nunc insigniuit? Non corriuet igitur Ambrosius Catherinus aquam extra suum alueum, & cùm plana ei pateat via, quorsum graditur per abrupta? Proinde non inficior totam hanc Mosis epigraphem potuisse etiam hunc in modum Latinè verti *In principio creauit Deus illos cælos & illam terram*: sic enim & Forerius Esaiæ cap. vltimo. vbi dicitur, sicut cœli noui & terra noua, Latinè reddidit, *Sicut illi cæli noui, & sicut illa terra noua*, ne putent qui Catherino fauent, carere nos viri cum primis docti, vel testimonio vel auctoritate, ad confirmanda nostra.

Et vide postremò quomodo Moses scitè & appositè loquitur, cùm dixit *In principio creauit Deus cælum & terram*, non autem retrorsum, *In principio creauit Deus terram & cælos*. Etenim cœlum & dignius terra est, & ad hanc proinde se habet, atque sese mas habet ad fœminã, quomodo quoque Proclus in Thimæum Platonis rectè adnotauit. nam agit in hanc, & fouet eam ac regit motu, lumine, afflatibus terra verò eius recipit immissiones, repercutit radios, fęcundaq; efficitur, ac tot rerum genera quæ perspicimus gignit & profert, vt proinde hæc quidam animaduertentes, Mundum dixerint esse Androginum, simul enim in se agit & patitur.

LECTIO QVARTA.



NON potest Theologus interpres nõ magnopere ad studium & diligentiam inflammari, cùm illa Hieremiæ verba cap. 8. secum perpendit: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter*. Horribilis certè res est, maledici à Deo. Et nemo est qui non intelligit, interpretari sanctas scripturas, esse opus Dei non qualecunque aut obscurum, sed insignè, sed splendidum, sicut &

nos aliàs, prælectione quadam, copiosè & patenter, (licèt minus ornatè) non modò persuasimus. sed etiam (vt arbitror) demonstrauimus. Porrò autem cùm nostri gratia Spiritus sanctus scripturas ediderit (Rom. 15. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*, & 1. Timo. 4. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdum, &c.*) quid quæso aliud ab interprete suo, tanquam à seruo fideli & prudenti, quem constituit super familiam suam, vt optimo tritico eam alat, magis expetit, quàm vt summa fide & prudentia tractare illas & explicare diligentissimam det operam? Hoc verò cùm nititur, aperit ei benignissimus ille Spiritus oculos, & reuelat mirabilia de lege sua, Psal. 118. Perflat eius mentem, & tanquam in consito sibi horto, fluere facit aromata, Cant. 5. Splendet, & in suo lumine facit ei videre lumen, Psal. 35. ac postremò facit, (quem sibi tanquam finem in edendis scripturis proposuit) ne verbum suum vllo vnquam tempore vacuum ad se reuertatur, Esaiæ 55. Quomodo igitur qui sua oscitantia & negligentia, tot eximia bona cùm sibi, tum verò auditoribus amittit, non graui iniuria Spiritum sanctum afficit, nonq; (vt D. Paulus loquitur Ephes. 4.) vehementer etiam contristat, atque adeò non insigniter ipse est maledictus? Non igitur debet interpres sanctas scripturas perfunctoriè legere, ac tanquam mutatis equis, vt dicitur, ad voluminis calcem contendere: sed, vt habet adagium, debet festinare lente, debet sistere vbi opus est, ac inspicere non modò propria & propinqua, antecedentia videlicet & consequentia, & quæ cũ re coniuncta sunt quomodo Arist. oratori iubet 2. Rhet. & 8. Topicorum; sed ea etiam sibi quæ solent imperitis videri à longe petita, cuiusmodi sunt sanctæ scripturæ vtriusque testamenti reliquæ, quod eius sit muneris ostendere, eas inter se vbiq; cohærere, & sensum ex eis potius referre quàm afferre. sicut D. Hilarius loquitur: denique etiam litteras & syllabas (sicut D. Basilius in proœmio de Spiritu sancto ait: amplius iotas & apices (hoc est vel minutissima quæq;) accuratissimè debet examinare: quod etiam non obscurè Dominus & Magister noster docet, Matth. 1. quando & hæc omnia consultò, ac ex intentione legislatoris fuisse scripta indicat: Quinimmo & inuestigandæ ei causæ alicubi etiam sunt, cur quædam alto veluti silentio Sancti Authores supprimunt: quod profectò & D. Paulus ad Rom. 4. & luculentius quoq; ad Hebr. 7. facit, & ipse quoque Dominus noster fortasse (Luc. 4. vt faceremus admonuit, sicut dicturus aliàs sum. Valeant igitur noui quidam Agatharchi, qui se tabulas celeriter pingere iactitant, nobis placet præstãtissimum Zeusim sequi, qui suas iconas sicut ipse dicebat, nonnisi in multo tempore absoluebat. Proinde nemo mirabitur nunc, si denuò perpendero grauissima illa verba Mosis, quæ gemina prælectione sum hucusque interpretatus, & si quibusdam quoque disputationibus illa aliquanto accuratius examinauero: mihi enim vsque adeò fecunda esse videntur, vt sine magna officij nostri negligentia, & Spiritus sancti graui iniuria ea præterire non possim, quæ futura vobis esse vtilitati videbuntur, & vos industriam hanc nostram, & præclaram erga vos voluntatem boni, quæso, consulite.

In principio creauit Deus cœlum, & terram. Obserua primùm hic quomodo

modo Moses non probat, sed supponit, Deum certo ac patenter esse: quomodo enim efficeret, nisi subsisteret? actiones enim subsistentium sunt, 1. Meta. Hoc verò multis de causis fieri ab eo potuit: nempe, vel quia intelligebat Hebræos, quibus hæc volumina præcipuè scribebat, vsu & experientia multorum, quæ ab eo acceperant, beneficiorum certissimos esse Deum esse; vel quia existimaret hanc rem tanquam omnium hominum mentibus natura inditam, & proinde prolipsim, idest, anteceptã animo rei quandam informationem, esse omnibus in confesso. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum reperitur, quod sine doctrina anticipationem quandam Deorum nõ habeat? & ita quidem Cicero in 1. de natura Deorum loquitur, cui Iamblicus de mysterijs Aegyptiorum, & Damascenus lib. 1. de Orthodoxa fide, ac Ioannes Scotus. 1. d. 1. assentiuntur. Vel postremò, quia vir eruditissimus perspiceret posse à motu, ab efficientia, à necessitate, & contingentia, à gradibus, & ordine rerum, atque ab alijs quibusdam locis obuia & tanquam in promptu argumenta validissima omnibus esse, quibus fortiter, ac patenter Deum esse demonstrent: quomodo S. Thomæ. 1. q. 2. 1. visum est, & ipse verius esse puto: etenim & D. Gregorius Nazianzenus lib. 2. Theol. hoc voluisse videtur cùm dicit, *Et oculos & naturæ legem nos docere Deum esse*. Percutit igitur Moses in faciem hoc exordio impuros illos homines, quos Psal. 52. insipientes, (& meritò profectò) appellat, Prothagorã Abderitam scilicet, Metrodorum Chium, & alios quosdam qui nullum esse numen, nullum esse Deum, non modò sacrilegè affirmabant, sed indoctè quoque & procaciter contendebant.

Cùmq; communis omniũ consensio sit, nihil esse melius Deo, nihil eo cogitari posse antiquius, nihil perfectius, potentius & beatius, atq; adeò esse illum, actum purissimum, intelligentem, immobilem, æternum, interminum, indefinitum, quæ omnia splẽdidissimè summi viri etiam probãt; consequenter cùm dicitur creasse illum *Cælum & terram* hoc etiam exponitur, non hæc effecisse, vt illis vel melior, vel beatior euaderet. hoc est vt vel his rebus, vel externa sua hac actione fieret ei aliqua virtutis accessio, atque adeò gratia finis quem non habet: etenim cum summa beatitate, nõ stat indigentia; cum indicibili inexcogitabiliq; perfectione & affluentia non stat rei alicuius desiderium: quod profectò eruditè Dauid in Psal. 15. etiam ita aperit. *Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges*. In quibus verbis perpende rationem, quæso, cur Dominum affirmat esse Deum suum, & intelliges cætera omnia ab illo bonis nostris indigere, vel nimirum quia gratia hominis condita sunt, & absq; ipso nullo modo essent: sicut corpora omnia sunt, vel certè non ita essent, atq; nũc esse videntur: etenim & Angelis fit ex hominibus aliqua accessio. Deinde hoc quoque considera, quomodo cęlum, terram, & quæ his vel continentur vel communi intelligentia veniunt, sua (hoc est hominis) bona nuncupauerit: videlicet, quia sunt hominis vtilitati & commodis omnia, quamquam non vno modo, exposita. Hoc verò sic nobis in præsenti Moses explicat, *In principio* nimirum temporis creauit Deus *cælum & terram*: siquidem si ei futura ex his aliqua accessio fuisset, effecisset ea procul dubio

ab

ab æterno, vt potiri illa accessione semper posse, ac non tādiu ea destitui.

Et si creauit Deus *Cœlum, & terram* initio temporis, extraneus profectò est ab illis, hoc est, non est cœli, aut terræ pars, aut anima, sicut Varrō existimauit; qui esse hunc animam mundi dixit: sic enim ex ipso, & mundo vnum efficeretur per se, ac veluti totum quoddam: quod certè impossibile est; sicut Scot. quodl. 5. inde manifestè euincit: quia aliquid Deo grādius, meliusq; aut esse aut cogitari posset, qm̄ totū perfectius lōgè est, sua qualibet parte. Cūq; audis *in principio* dictū puta, Deū esse æternū. Da quācūq; volueris, creaturarum mensurā, hoc est, vel æui vel vtriusq; tpis, nimirum discreti, quo intellectiones Angelorum, & hominum (etiā Simplicio nobilissimo Peripat. in 3. de Aīa, iuxta Græcorū sectionē cōsentiēte) mensurantur, & cōtinui, qđ est imago æui quæ in numero fluit, sicuti illud Plato in Thimæo finiuit; certè cùm audimus ei Deū pextitisse, simul quoq; intelligimus Deū esse æternū, neq; enim aliā ab æternitate, æuo, & vtroq; tēpore mensurā agnoscimus. Præcessit ergo Deus æternitate, cùm has qdē mensuras, tum etiā res illas omnes quæ eis mēsurantur. Est igit etiam immobilis, & cuiuscūq; vicissitudinis expers: mobilia enim, quantumuis lōgæua fuerint, ac perennia, vera æternitate quæ simul tota est, mensurari nō possunt. Ad hæc, si (vt vides) tēpus initio illo ac momento exordium habuit, omnino sequitur falsum esse quod Arist. 4. Physi. ait, quoduis tēporis instans, fuisse præteriti tēporis finis, & initiū futuri. Rursum, intelligis Dei indicibilē, incōprehensibilemq; in efficiendo vim, cùm audis effecisse *In principio*, temporis, hoc est, quauis celeritate celerius immensum hoc opus, atq; adeò nullo motu nullaq; transmutatione: præcedit enim hanc alteratio, quomodo certè nec ars, nec natura efficere aliquid possunt.

Deus est immobilis.

Datur primum temporis instās.

Nulla transmutatio præcessit creationem.

Libertas Dei

Amplius, intelligis & eius in efficiendo mundo libertatem, aut etiam quidpiam libertate præstantius, si enim sola ductus naturæ proprietate & impetu, tantum opus fuisset aggressus; primùm quidem nequaquam certo quoddam ac definito temporis initio, vt fecit, sed ab æterno, citraq; deliberationem, id effecisset, hoc enim agentium genus quod impulsu & necessitate naturæ efficit, confestim, ac totum in actione positum est, cùm nullum eis obstat impedimentum: Deo autem quod nam impedimentum vetare potuisset quominus ab æterno, si sola natura ageret, se ipsum exereret? Rectè profectò Simplicius contra Alex. 1. Cœli 132. dixit: *Quid esset impedimentum Dei potentiæ, qui omnium naturas produxit?* Sed rem hāc paulò postea luculētius & fusius explicabo. Deinde, si de necessitate naturæ Mūdum egisset, proculdubio, aut eū effecisset infinitū (etenim hoc genus agētium agit quantum pōt, vt dixi) aut certè illū non effecisset, videlicet, quia tantæ potentiæ locus non fuisset, & repugnaret tale quidpiam fieri. Nec satis solida responsio est, quæ dicit, determinari eius naturā intellectione: etenim si naturaliter ageret, & natura præuenit (vel saltem rōne) intelligentiā, in illo priori opus ab eo infinitū egressum fuisset, cùm sit ipse infinitus.

Nunc verò illud etiam quod ex dictis consequitur, perpendamus, si non naturæ ductus necessitate, aut impetu, sed summa & indicibili libertate; ergo electione: & si nullius sibi acquirendæ perfectionis gratia, ergo boni-

Deus electione creauit Mundum.

D tatis,

tatis,& affluentiæ suæ diffundendæ suiq; ipsius impertiendi cupiditate, & amore: Et proinde (vt nostri aiunt) gratia finis quem habet, neque.n. dari tertium absque insania,& blasphemia potest, videlicet, vt fortuito,& præter electionem,hæc omnia fecerit,bonitati itaque eius, & amori omnia accepta ferenda sunt,quod & Plato in Thimæo voluit,& fortasse quoque ille qui dixit : *Ante Deos omnes primum generauit amorem*, Cęlos nanq; prisci Gentiles Deos vocabant. Hoc igitur mihi ex his pleno iure in sequentibus semper sumam,non necessitate, sed libertate,sed electione, ac sponte sua diuinam illam , & indiuiduam Trinitatem in hac innumerabili,& propemodum infinita diuersarum rerum congerie (quam Mūdum nuncupamus) sese diffudisse, & communicasse.

Vide conuiuiū Platonis.

Porrò autem si cum aliquot patribus existimes hanc propositionem esse summam quandam earum omnium rerum quas Moses narraturus deinceps sigillatim est inde consequēter intelliges(si penitius perspexeris)eūdē quidquid ipse non est effecisse substātiā & accidens, actum,& potentiam, permanentia,& successiua,atque adeò ens totum quantumcunq; illud est, & quæ entis censentur passiones cum disiunctè tum autem cum eo cōuertibiles: his enim extremis *Cœlo,& terra.* Spiritus sanctus complexus omnia est quæ quomodocunq; sunt,ac veluti cancellis conclusit. Et vide cōsequenter quomodo causæ vniuersalissimæ, ac omnium Principi assignet Spiritus sanctus effectum vniuersalissimum,& omnium maximum, videlicet quidquid existit (quod nostra schola ens participialiter vocat)nec ens asperum vocabulum est,quinimmo est Latinis tritum,si quidem Quintilianus, ὂν καὶ οὐσίαν. Latine dixit ens, & essentiam.

Et ita quoque Rabi Moses scribit. Deus creauit quicquid ipse non est.

Vide secundo quomodo creatio terminatur cum primis ad res subsistentes,nam ait, *Creauit cœlum & terram.* Quæ res subsistentes sunt,& singulares.Ergo creatio primum ad ea quæ susibstunt,& consequenter ad accidentia finitur. Vt facilè intelligas illam coire hac ratione cum generatione.7.Meth.formæ enim, & accidentia,neque creatæ,neque genitæ,sed congenitæ,propriè rectéq; dicuntur, nec tamen est cur à creatione quidditates cum quibusdam eximas , etenim ille non nisi in singularibus existunt 7.Meth.10. atque ideò secundum existentiam subsequuntur singularia: quanquam in intellectu, ea antecedunt , vti subtiliter , & erudite probat Alex.lib.1.Quæst.naturalium.q.11. Quamobrem si creatio ipsa passiuè capta,relatio quædam est dependentiæ à Creante cum nouitate existendi, sicut Capreolus.1.d.1.q.2.& rectè profectò existimat,quæ vel re à fundamēto distincta est,quod voluisse S.Thomam de potentia q.3.art.3. plures illius alumni uolunt, vel etiam vnum cum eo existit (quod ego esse ad eius mentem propius, & cum Scoto 1.q.3. verius puto) & ad hæc non prædicamentalis, sed transcendens, hoc quoque luculenter vides oportere eam pronunciari concreatam , quod nihilominus dicendum similiter esset , si absolutum quidpiam esset, quemadmodum Ioannes Bacconitanus ea distinctione contendit,in infinitum enim alioqui progrederemur , aut certè cum illis insaniremus, qui hanc, nec creaturam esse, nec creatorem existimarunt.Et cum Theologiæ candidati à Sophistis rogantur, num successiua

Creatio terminatur ad res subsistentes.

Creatio passiuè capta.

ua (quorum esse in fluxu situm est, inq; ordine vnius partis ad aliam) dici possint in eo primo momento quo fiebant, incępisse, nec ne (hæc enim quando fiunt, non sunt quemadmodum permanentia quorum esse exigit, vt eorum partes simul consistant, econtra dum fiunt sunt) memoria ex paruis logicalibus repetant, verbum incipit, aliter exponendum esse cum de successiuis, atque aliter cum de permanentibus habetur oratio, in prioribus enim, exponitur cum negatione de præsenti, & positione de futuro, vt proprerea motus, & tempus, & si qua sunt alia successiua nequaquam in eo instanti extiterint, cum fiebant, sed postea sicuti cęlum, & terra, & permanentia reliqua tunc extitisse, recte dici possunt, quoniam in hoc rerum genere, verbum id exponi oportet, cum positione de præsenti, & negatione de præterito.

Sed, & quod ait *Cœlum & terram* mihi rursum indicat, prima corpora fuisse creata sub earum formis quibus & in determinata specie constituta fuerint, & ab alijs omnibus natura se inngerentur. Cœli enim & terræ nomina ab vtriusque corporis specificis formis, aut etiam proprietatibus, desumpta videntur, quod & de intermedijs corporibus, ac de rebus subsistentibus cæteris fert ratio vt factum credamus, quoniam de similibus idē est iudicium. Et quamuis sint qui velint per occupationem, ea elementa proprijs nominibus nunc vocari, plenior tamen interpretatio est, vt ideo quoque sic fuerint nunc nominata, quod ab Opifice ita initio prodierint, videlicet proprijs formis prædita, quanquam etiam mutuo permixta fuissent sicut patres nonnulli volunt. *Prima corpora fuerunt creata sub proprijs formis.*

Amplius vide etiam vnitatem Opificis Dei in verbo *Creauit*, uti superiore Schola dicebamus, neque enim dicit *Creauerunt* maiori numero. *Vnitas Dei.*

Vide ad hæc, & Mundi unitatem, nec enim audis Terras, sed Terram. vnum est centrum, una postrema circunferentia, unus proinde globus, nō plures, non innumerabiles, sicut Leucippus, Democritusq; temerè asseverarunt. Hoc uerò quamobrem? num fortassis, quia exemplar unum tantūmodo est, uti Plato in Thimæo dixit? Sed obijcit ei Metrodorus apud Plutarchum lib. 1. de Placitis philosophorum. cap. 5. ex uno exemplari solere crebrò exemplata (ad viuum quoque) permulta exprimi, & ad hæc nemo recte inficiabitur, fieri posse ut quod unum re est, ratione tamen atque in repræsentando, multiplex interdum fiat. Quid igitur? num fortè quod plura Deus non intelligat quàm effecit? ac proinde necessitate scientiæ unum hunc tantummodo orbem effecerit? nō profectò. Quoniam cum seipsum penitissimè perspiciat, eiusq; intellectus, essentiam, ac potentiam exequet. comprehendatq;, intelligit certè, & consequitur innumerabilia, ac infinita, sed quid rursum? nunquid quod Dei potentia in hoc uno efficiendo profusa tota, ac ueluti exhausta fuerit, uel quia Mundo factibile quidpiam melius esse non possit, quemadmodum Ambrosius Catherinus subindicare in calce capitis huius fermæ uidetur? minimè gentium. Primum enim inexplebilis Dei potentia est, atque inconsumptibilis sicut & Theologi in 1; d. 37. & 40. grauissimis rationibus probant, & hoc loco nobis Spiritus sanctus reserat cum *Creauit*, ait non *Aedificauit*. Augustior est Mundus, *Vnitas Mūdi.* *Verbum creauit explicat Dei potentiā.*

quàm vt dici ædificatus debeat. Domus, mœnia, turres ædificantur. *Condidit*, dicere poterat: quod, vti D.Hier. in epistolam ad Ephes. adnotauit, res conspicuæ ingentes, & quæ sui generis reliquis eminent, conditæ dicuntur videlicet Castra, Vrbes, & id genus.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Sed non sic illam inexplicabilem Dei vim, quam omnipotentiam nuncupamus, eo verbo Moses exposuisset, atque verbo *Creauit*: quod identidem hic dicit, quod ex nihilo fecit, hoc est, nec ex substantia Opificis, nec ex antegressa materia aliqua: vt hinc intelligas creationem lato interuallo (quantum ad subiectũ attinet) à motu, & à mutatione seiungi, quanquam cum hac in termino consentit. Et fallere hic Arist. doctrinam 8. Physi. 4. vbi ait necesse esse combustibile antecedere combustionem.

Creatio differt à mutatione.

Hermol. Barbaro in Annot. Plinianis.

Cæterùm maximus est Mundus, vt qui cùm finitus sit, similis tamen infinito esse videatur, sicut reuera Plinius lib. 2. cap. 1. Hermolao teste, dixit. Pulcherrimus, elegantissimus, & in quo Dei potentia, bonitas & sapientia quaqua versus emicat: non tamen hoc est, quo cogitari, aut effici à Deo maius quidpiam pulcheriusq; & elegantius simpliciter non possit, vt dicturus sum aliàs. Fulget, fateor, in eo Dei omnipotentia, sed longè tamen fulgentior, & rutilantior prodit in modo quo illum opifex condidit, nimirum ex nihilo: quamobrem fallit hic, & in causis æquiuocis reliquis, peruulgata in scholis propositio, à quantitate effectus causæ quantitatem cognosci. Et profectò, si hunc efficiendi modum penitiùs spectabimus, apparebit hic modus nedum esse Mũdo quidpiam sublimius, sed etiam esse redemptione nostri generis facta per Christum maior, atque adeò iustificatione impij; quanquam in hac factum longè reuera excellit & præeminet, sicut D. Aug. super Ioan. 14. scripsit.

Creatio Mundi quomodo maior iustificatione impij.

Dei potẽtia infinita.

Cùm ergo immensa infinitaq; sit Dei potentia, nulla rerum specie, nullo opere quantumuis præexcellenti, sublimi, excelso aut exhauriri, aut extenuari aliquando poterit: & si darentur orbes innumeri, mouere eos Deus ad nutum posset, contrarium licèt senserit Arist. (si tamen de motore simpliciter primo sermonem eo loco facit.) Sola proinde eius bonitas quæ vndique exuperantissima est, sibi Angelos motores orbium & earum rerum quæ motu eorum fiunt, cooperatores asciuit; non verò vlla aut indigentia, aut necessitas. sola eius voluntas, libertasq; causa præcipua vnitatis Mundi extitit, quamuis & ei & Mundo sic congruisse, rationes nec insulsæ, nec leues, tùm à Philosophis, tum verò à Theologis afferantur. Quæ rursum voluntas, vt ad certos effectus producendos minimè angustatur, quippe quæ illos omnes velle potest, quos intellectus ei tanquam bonos proposuerit, & hic infinita comprehendit, & proponere voluntati possit; ita profectò, sicut summè libera est, summèq; sapiens, sola quoque assignatur causa quantitatis, corpulentiæq; Cœlorum, syderum, elementorumq;, tantæq; eorum ab inuicem distantiæ, eorumq; pulcherrimi ordinis quẽ perspicimus, ac postremò tot specierum, rerumq; vtriusq; classis, videlicet & earum quæ incorporeæ sunt & uocantur Angeli, & quæ corporeæ sunt, & vel mixta imperfecta dicuntur, vt ea sunt quæ in sublimi gignuntur aereæ.

Voluntas Dei causa est vnitatis Mundi. [...]tade S. Tho. 1. vi 47.

Voluntas Dei sola causa quãtitatis cælorum, &c.

impres-

impressiones omnes vel perfecta, lapides mineralia, plantę,& animalia,& non plurium,& cur certò dumtaxat, & à se definito tempore hominum, rerumq; illarum sublunarium quas exposui,generatio,& corruptio consistent. Rectè profectò Eusebius in Cathena Psal. 18. ait: *Qui tantæ magnitudinis, & figuræ, motusq; & temperamenti, & constantiæ, causam corporibus adscribit, delirat, & insanit* Et si nanq; corporibus debeatur locus, quòd quanta & extẽsa mole sint, ac situs quòd vel grauia, vel leuia; nulla tamen afferri solidior ratio a Dei voluntate & sapientia potest, cur non maiori vel minori crassitie singula constent, & proinde cur ea definita ab inuicẽ distantia collocata sint quam Astronomi metiri accuratè, sed frustra (vt couijcio) conantur; & cur vel maiorem, vel minorem durationem, & consistentiam conuersionibus syderum, & quæ illis subijciuntur sensilibus rebus (vt credimus, & Scripturæ docent) assignare voluerit. Itaque *Magnus Dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus*. Psal. 146.

Sed perpendendum nobis nunc est quod paulò antè nos tractaturos pollicebamur: Num videlicet impedimentum aliquod Deo potuerit obstitisse, quominus, si voluisset, Mundum ab æterno efficere potuisset. Porrò autem impedimentnm voco nunc, rei repugnantiam, quam & contradictionem Scholæ appellant. Si quidem Albertus Magnus, Diuusq; Bonauentura 2. d. 1. & Henricus quodlibeto 1. atque alij quidam eminentis doctrinæ, Viri, manifestam esse repugnantiam existimarunt, affirmare quidpiam, & factum fuisse, & simul esse sempiternũ: & sanè ante hos omnes etiam Damascenus libro 1. cap. 9. & veteres alij quidam Theologi fuisse huius sententiæ videntur. Quibus Capreolus, & Caietanus, quanquã non vno eodẽq; modo, fortiter tamen refragantur, sequuti videlicet S. Thomã qui sæpenumerò scriptum reliquit, potuisse Deum (si voluisset) Mundum ab æterno condere, & nĩ fallor, etiam grauissimis argumentis probauit, & cum primis in prima parte Summæ: quamquam palàm me ille Magister noster disputare de sugestu, ac deniq; diffinite pridie uisus est, Aquinatem paralogizare ibi, cùm se obtinuisse Mundi æternitatem non posse demonstrari gemino argumento existimat: videlicet, quoniam demonstrationis principium est, quod quid est (si quidem hoc abstrahit ab hic & nunc.) & rursum, quia cognosci voluntas Opificis Dei non nisi eius reuelatione possit, cum tamen (vt ille doctor aiebat) rationibus quoque deducentibus ad impossibile, quas (vti contendebat) S. Thomas præterit, hoc ipsum probari & demonstrari possit: sed indoctè profectò dicuntur hæc, & intempestiuè. Etenim S. Thomas ideo rationes deducentes ad absurda & inopinabilia inter demostrationes recensere in corpore articuli noluit, quòd inter signa potius reponendæ sint, sicut Auer. 1. cœli 95. docet: & ob id primum, & præcipuè, de quod quid est Mundi istic verba facit quòd demõstratio quæ ab eo ducitur, sola sit verissima & perfectissima demõstratio, ab omnibusq; Philosophis recepta & probata Deinde verò, & de reseratione voluntatis Dei rationem inducit, vt illos præsertim euinceret, qui Mundum habere opificem Deum fatentur; ac proinde magis

Quæstio utrũ Mundi nouitas demonstrari potest.

Impugnatio doctrinæ S. Tho.

Defensio.

gis angusta pri ore ratione est,quamquam firma,atque necessaria. Etenim capitur à fine qui in operabilibus principij locum obtinet. Cæterùm rationes deducentes ad impossibile præ foribus articuli.S.Doctor adduxit, quas & deinceps (hoc est in responsionbus argumentorū) dissoluit,quod hic noster Magister ac censor minimè animaduertit.

Opinio Nicolai Cusani, & Augustini Steuchi.

Porrò autem his non obstantibus Cusanus lib. 1.Excitationum, & in lib.de Venatione Sapientię cap.18. & Aug.Steuchus speciali libello, & de perenni philosophia lib.7.non sine rhetoricis pigmentis atque coloribus, tanquam auxiliarij, his præsertim rationibus, quorum tamen semina ab eisdem acceperant prioribus Doctoribus contra S. Thomam, maluerunt succenturiare. Et Cusanus quidem hunc in modum argumentatur: Aeternitas, & æternum idem re sunt: atqui illa multiplex esse non potest;ergo nec æternum esse nisi vnum potest. Rursum quidquid factum est, fieri potuit:ergo posse fieri pręcessit factum esse;iam verò cùm posse fieri ad aliud quidpiam à se referatur (si quidē deduxisse se ipsum non potuit de posse fieri ad factum esse) oportet vt id, ad quod refertur, & actu sit & sit infectum (alioqui non præcederet posse fieri) & consequenter vt sit æternum;& proinde apparet impossibile esse, vt quidquam & factum fuerit, & simul sit æternum. Et videtur mihi Raymundus in Theologia naturali titulo 22. & 23.hæc vtcunq; & veluti eminus indicasse. Quæ & confirmari possunt. quoniam in definitione creationis fermè à Doctoribus nouitas ponitur; vt proinde sequatur, quidquid creatum est,oportere nuperum esse,præsertim autem cùm æternitati comparatur. Etenim D.Hieronymus in Epistola ad Cyprianum ait, *Aeternitati comparata breuis est omnium temporum longitudo.* At verò Epus Steuchus profert rationes & solidiores & fortiores, quas tamē à Scholasticis iampridem fuisse agitatas & discussas perspicimus. Est autem earum prima,quòd alioquin daretur infinitum in actu. Si quidem innumerabiles homines antecessissent tempora hęc, & proinde extarent nunc animæ numero infinitæ (immortales enim sunt) certum est autē meliores Philosophos quibus & S.Thom. 1.q.7.subscribit,multis contendere argumentis, nulla fieri ratione posse, vt infinitum aliquod actu existat cùm in quantitate continua, tum verò in quantitate discreta. Addit huic Steuchus & secundum; quòd rerum & artium, & cum primis pholosophiæ principia & origines appareant;quod minime esset, si Mundus non esset recens. Quas quoque argumentationes Hortensius apud Ciceronem contra philosophiam iampridem induxit. Et hęc quidem nunc satis erit examinare.

Primum argu. Cusani. *Secundū argu. Cusani.* *Raymundus de Sabunda.* *Confirm.opin. Cusani.* *Primum argu. Steuchi.* *Secundū argu. Steuchi.*

Num hæc disputatio recens sit in scola.

Sed age videamus antea, num recens sit in Ecclesia disputatio hæc: & mihi profectò uetustior esse videtur,quàm vt in Scholasticos tanquam in Auctores & fontes reijci a quoquam possit. Etenim D. Aug.lib. 10.de Ciuit.Dei cap. 31.de ea olim mentionem fecit: sed & agitatam inter Arianos olim fuisse inde coniector: quòd cùm illi omnes faterentur Dei filium ex non extantibus,hoc est,de nihilo prodijsse, de eo tamen magnopere inter se discrepabant (teste Suida) num fuerit aliquando Pater, quando non erat filius (quod affirmarent nonnulli fuisse aliquando Patrem sine filio)

lio) an verò ſemper vterque extiterit quemadmodum extitiſſe alij vopebant: & priores profectò videntur exiſtimaſſe filium non fuiſſe ſempiternum, hoc eſt, patri coæternũ, ſed ab eo aliquo initio vel æui, vel temporis creatione prodiјſse, quod fortè arbitraretur fieri non poſse, vt quidpiam & creatum ſit & ſimul ſit æternum: Aliјs contra affirmantibus nullam inter hæc, eſse diaphoriam, nullam repugnantiam. Et certè Porphyrius (referente D. Cyrillo contra Iulianum) ex Platonis ſententia ait, mentem ab vno Auctore promanaſse ante ſęcula, hoc eſt (ut arbitror) ab æterno: nam conſenſit Plotino in lib. de tribus princ. ſub. cuius fuit alumnus, & quem Ariani ſequebantur. Et ad hęc videntur priores ſolum fundamentum paternitatis reſpexiſſe, & poſteriores id quod formale duntaxat in ea eſt: quod & fortè cõſiderabat Lactantius, quando patrem fęciſse filium, & filium fęciſſe patrem, ait lib. 4. & rurſum fieri poteſt vt vtrique non de ſola ſimplicitq; Dei potentia diſceptarent, ſed de eo quod re uera factum fuit.

Verùm rogabo ego Cuſanum & Steuchium, num aſſignare rationem à Dei uoluntate aliam poſſint, cur cùm illius iuſſũ orbis prodierit in illo temporis primo momento, cuius ſcriptura meminit, non ſimiliter prodire potuerit, in aliquo noſtra fictione eo anteriore, ſi Opifex iuſſiſſet? Et rurſum, num in alio quoq; quod ſimiliter id antecederet, & ita in infinitum? Si enim ad certum aliquòd inſtans Dei potentiam alligabunt, videant primùm, num ratione aliqua cùm ex parte Mundi tum ex parte Dei hoc poſſint ſtabilire. Etenim nec Mundus vnum magis quàm aliud inſtans ſibi natura vendicat, nec Opifex ad vnum magis quàm ad aliud eſt natura determinatus. Rurſum, ſi electione Deus condidit Mundum; ergo in eius fuit ſitum arbitrio, uel ab æterno, vel initiò tẽporis illum creare. Alioqui non electione, ſed neceſſitate in principio tẽporis Mundus prodiјſſet. Amplius, mirabile hoc eſt, vt præclariſſima naturæ lumina, Ariſtoteles, Plato, & alij innumeri non viderint hanc repugnantiam, quam Doctores iј alioqui nobiliſſimi, ſed illorum Philoſophorum tamen diſcipuli perſpexerunt: & quod admirationem auget, eorundem fermè argumentis, ac fundamentis inniχi. Certè Ariſt. & vt volunt permulti, etiam Plato, Mundum ab æterno ſenſerunt ab opifice prodiјſſe. Præterea, ſi demonſtratiuis rationibus (vt iј volunt) nouitas Mundi ſtatui poteſt, cur quæſo D. Greg. Papa Hom. 1. in Ezechielem, ex hac Epigraphe deducit Moſem de præterito vaticinatum fuiſſe quod de illo tempore homo ſcripſerit, in quo nullus erat homo? nam cùm hunc ex Actis cap. 7. fuiſſe intelligeret præſtantiſſimo ingenio præditum, & in quauis ſcientia excellenter inſtitutum, debuerat profectò exiſtimare ex ſcientia potius quàm ex diuina reuelatione nouitatem hanc fuiſſe adeptum. Etenim probabiliſſimum eſt, Moſem non latuiſſe has & alias permultas rationes quibus iј Doctores fieri non poſſe contendunt, vt fuerit ab æterno Mundus. Confirmatur hoc argumẽtum, quoniam D. Paulus ad Hebræos 11. apertè teſtatur, nos per fidem intelligere initio temporis ſæcula fuiſſe verbo Dei aptata: *Intelligimus*, inquit (numero maiori) cõplexus videlicet omnes credentes, doctos pariter,

Prima ratio cõtra Cuſanũ & Steuchum.

Secunda ratio contra eoſdem.

Tertia ratio cõtra eoſdem.

Quarta ratio contra eoſdem.

Vide Phylonẽ lib 1. de vita Moſis.

Sic enim existimant complures, existentiã Dei esse articulum fidei. Vide S. Tho. 1. q. 2.

Oecumenij locus examinatur.

Scientia non stat cum fide.

& indoctos, eleganti & rudi, acutoque & crasso ingenio homines, ne quis ita loqui illum putet, propter eos qui Doctorum hominum rationes capere non possunt, quas ad ostendendam Mundi nouitatem proferunt. Nec planè magnopere refert Oecumeniũ ibi legere, *Fide intelligimus secula fuisse perfecta verbo Dei*, etenim ita Deus perfecit secula, vt etiam ea aptauerit, alioqui quis ea aptauit? Existimo autem nullius esse frugis, eos in præsenti rationibus repudiare, qui de eadem conclusione habitum scientiæ vnà cum fide contendunt ab eodem homine haberi posse, vt paradoxa nimirum propugnent, & quæ ásynteta sunt, inuicem connectent. Aduersus quos latius aliàs me disseruisse recordor: & Capreolus 3. d. 25. cõtra secundam conclusionem ad 5. Durandi disputat, Quamobrem falli necesse est quotquot se patenter demonstrare arbitrantur, æternum & factum inter se repugnare, si hoc, vt ait Paulus, à nobis fide recipitur.

Confirmatio Doct. S. Tho. à verbis Solomo. Eccles. 3.

Et vide postremò, num hoc sibi velint illa Salomonis verba Eccl. 3. quæ sic vetus legit editio. *Et Mundum tradidit disputationi eorum, ut non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque in finem*: quæ fortè à nobis aduersus illos Doctores stant. Etenim age, illa accuratius examinemus: nam vt cõiter leguntur, & audiunt tenebris circunfusa esse videntur siquidem & eorum philosophorum dogma confirmare videntur, qui scientiam oẽm è medio sustulerunt, Heracliti videlicet Piriæ & Septicorũ, & illa quoq; Deo affigere: quæ eius in nos charitati & amori parum consentanea sunt. Qui enim fieri, rogo, potest, vt in eam gratiam obtutibus & cogitationibus, aut etiam disputationibus nostris (Græcè dialogismis) Deus Mundum obiecerit, cuius pulchritudine & elegantia nos & in admirationem pertraheret, & admiratione commotos, in rerum causarũq; cõtemplationem ac perscrutationem adduceret, (propter enim admirari cœperũt homines philosophari) ac nihilominus vellet, vt ne vnum quidem opus ex innumeris quæ in eo sunt, nostra perscrutatione planè perfectéq; (hoc enim quidam significare existimant, *Ab initio vsque ad finem*) consequeremur? Voluit igitur nos incassum ea contemplari? voluit inani, insanoq; labore nos frustra torqueri? quis hoc credat? sed Hieronymi, ac Recentiorum quorundam versio significantius nobis hoc ipsum exponit. Si enim legunt: *Et seculum, siue Mundum dedit in corda ipsorum*, hoc est egit vt toto animo, omni studio, ac diligentia rerum naturas homines disquirerẽt, perpenderentq;, & cum primis vniuersitatis earum quam Mundum nuncupamus (hoc enim Hebræis est, *Dedisse in cor*, videlicet, vt diligẽter tractarent, perpenderent, molirentur. Esaiæ 47. 1. Regum 25. At verò causam cur hoc insitum nobis natura sit, aliæ nobis scripturæ explicant Psal. 18. Sap. 10. Rom. 1. nimirum, vt probè perspectis à nobis creaturis, dignosceremus creatoris bonitatem, sapientiam, & potentiam indéq; eum laudaremus & timeremus: quod & hoc quoq; capite Salomon ipse docet, vbi ait, *Quæ fecit Deus, vt timeatur*: aut vt malunt quidem, *Quæ condidit, ut illum homines uereantur*, vt & Salomon parum secum consentiat (si hæc omnia ita audiantur) & hęc eius verba cum alijs scripturis non satis cohæreant. nec enim Deum à rebus effectis cognoscere, uererīq; quisquam poterit, nisi

In proœm. Meta.

eas

eas primùm fuerit contemplatus, & vel quadamtenus consequutus. Proinde Dionysius Carthusianus,& alij quidam concomitanter potius quàm causaliter hoc dictum putant: quos nihilominus illud coarguit: quoniã falsum est, nihil prorsus operum Dei à nobis inueniri posse ac sciri: & si enim permulta sint quæ suaptè natura minus à nobis cognosci possint (fluxilia videlicet, quæ & successiua dicuntur,adhæc & prima rerum materia) ac nonnulla præterea sint quæ quod intellectui nostro altius emineant, ea consequi exactè (schola nostra quidditatiuè ait) fantasmatum caligine obuolutus, similiter nequit vti substantiæ abstractæ sunt: quapropter cunctæ res dicuntur difficiles Eccles. 1. & Sap. 9. & consentiunt Philosophi permulti. 2. Meta. 2. nihilominus communis sententia esse videtur intelligere nos perfectè entia permulta materialia, quod & ea definiãtur à nobis, & de eis multa demonstrentur,& causæ, ac elementa proferantur in apertum; quanquam non desint qui & hæc tanquam incerta; & falsa quoque traducunt, quòd vltimæ rerum differentiæ nos lateant, & hoc genus alia afferant: sed Scripturæ, & Philosophi meliores non vsque adeò pressè, scire, & occultare capiunt, quemadmodum ij, quin magis vt fermè homines capiũt cùm philosophantur. 2. Meta. 13. 1. Phys. 1. & primo Post.

Diony. Carth. *Confut. Diony.*

Vide D. Aug. lib 19 de ciui. Dei. cap. 18.

His ergo rationibus posset fortè aliquibus Caietani lectio probatior videri: quapropter age & illam, si placet, ponamus in trutinam. Ille itaque sic legit: *Etiam perpetuum dedit in corda eorum à fine quo non inueniet homo opus quod fecit Elohim à capite & vsque in finem.* & putat vir doctissimus horum verborum sensum hunc esse, Deum appetitum perpetuitatis nobis omnibus indidisse (immortales enim esse vellemus) sine quo in totum, ac prorsus (hoc quippe ei est, *A capite & usque ad finem*) Dei opera negligeremus; hoc est, nullum Dei opus perscrutaremur. Quamobrem,& Philosophos affert, qui vt perpetui in hominum memoria haberentur, rerum naturas inuestigauerunt, inuentasq; tractauerunt, & cæteros docuerunt: hæc alioqui minimè facturi, sublata illis spe consequendi perpetuitatem in memorijs hoĩum. Sed,& si dictio quã alij interpretãtur *Mundum*, hoc quoque Hebræis significat, quod *Perpetuum*: non probat tamen Reuerendissimus sic capiendam hoc loco esse, quin immo sola suorum Rabinorum auctoritate ductus, in hanc intelligentiam concedit. Aegrèferre proinde non debet, si nos etiam D. Hieronymi permultorumq; virorum eruditissimorũ in sancta lingua iudicio freti, ac meliori consilio (vt puto) adducti, intelligentiam illam repudiamus. Etenim Vatablus Pagninus, Robertus, Stephanus, Tigurinique *Mundum* magna consensione sunt interpretati, vnus Castalioneus (quantum mihi videre licuit, Caietano proximè sua versione accessit. sic enim legit: *Qui etiam in eorum corda ita uitã indiderit, vt à principio ad finem* (hoc verò in margine perinde dictum voluit, *ac per omnem vitãm suam) non inueniãt homines quam rem faciat Deus,* quæ verba sic quoque in margine explicat, *Qua ratione faciat, quæ facit,* vt cum in eo dumtaxat conuenire cum Caietano videatur, dictionem illam non significare *Mundum*, sed *vitam* (quam *Perpetuum* Caietanus vocat) in cæteris autẽ toto cœlo ab eo discrepat: Nec enim *a, fine quo,* sed *vt non,*

Caietani lectio.

Comment. Caiet.

Examinatur Caiet. versio.

sicut

Comment. Caietani repudiatur.

sicut & cæteri omnes vertit. Rursum,& si fatear esse complures, qui perennitatis consequendæ in memorijs hominum cupiditate, de Mundo, deq; rerum naturis philosophantur, alioqui vel leuitatis,vel insanæ voluptatis causâ,eas neglecturi & contemptui etiam habituri; ipse tamen nunquam illos vocabo philosophos (hoc est sapientiæ amatores) sed sophistas,& circulatores. Vt enim perpetuitas illa ac memoria & celebritas nominis,finis contemplationis non est,sed veritatis adeptio 2.Meta.4. ita cõtemplantis hic ipse finis esse debet quem sibi proponat, & rebus præferat omnibus,hoc est sibi,etiam charissimis quales habẽtur amici 1.Ethicorum cap.4. & præclara fama, modò esse philosophus, & fœlicitatem sibi contemplatiuam parare cupiat,esto quoque falsum existimet morti obnoxiã esse humanam animam, atque adeò sit persuasus breui tempore eam se fœlicitatem iri possessurum 12.Meta.36.Est enim iocundissima & voluptuosissima veritatis adeptio,& quæ proinde meritò proferatur nedum famæ cum laude & memorijs hominum,sed regnis & sedibus, ac denique diuitijs omnibus,quibus vulgò homines magnopere ac summotenus inhiant, Sap.7.Ecclesi.10. Sed in loco fermè communi quorsum nunc,rogo,digrediar? Satis sit constituisse quotquot eiusmodi perpetuitatis, ac veluti perennis vitæ in memorijs hominum desiderio,atque adeò vanissimæ & popularis auræ: ergo,rerum contemplationi dant operam indignos esse qui philosophi vocẽtur;& persuasum iri melioribus ingenijs spero,hãc quoq; vestigãdæ veritatis laborẽ plures sibi quoq; sumpsisse, qui nullo huius rei intuitu,nullaq; tali spe fruerentur,quippe qui & longius à patria peregrinabantur,& antra nemora ac deserta loca frequentissimis vrbibus & oppidis ex animo præferebant quales fuisse Esseos, Iosephus libro 2.de Bello Iudaico,& Phylo de vita Theoritica,& alibi memoriæ tradiderunt,& conseruantur fallere:quod Caietanus Salomonem dixisse voluit,neminem esse qui absque cupiditate perennitatis in memorijs hominum opera Dei persequentur. Vsu igitur & moribus præstantissimorum hominum hic Caietani commentarius potest labefactari. At verò nec Olympiodorus aliquid ibi profert,quod videatur Salomone dignum: quinimmo hunc affirmare fermè facit quod negat.Et sanctus Pater Gregorius Neocæsariensis ad mores pro instituto sibi vbique proposito hæc quoque verba accommodat. Aliorum autem Commentarios qui mihi ab Auctoris mẽte longius abire videntur,quorsum nunc afferram & refellam,cùm vos animaduertam flagrare desiderio,vt proferre germanam huius loci intelligentiam non amplius differam? Eia igitur,accipite: etenim hoc est quod dixisse Salomonem puto.

Olimpiodorus.

Gregor. Neocæsariensis.

Opinio Auctoris.

Tunc nostris tradidisse disputationibus, aut etiam in corda nostra Deũ posuisse Mundum,cùm nos ad sui instar effecit, hoc est mente & acumine ingenij præditos:qua quidem mente de Mundo excurrimus & ratiocinamur docti & indocti,cicures & feri,Græci,Latini & Barbari. siquidẽ omnes natura scire desideramus,& proinde inuestigamus eius causas,affectiones,consistentiam,magnitudinem,partes,originem & durationem. De his enim solemus cumprimis ambigere,perscrutari, disputareque; & sunt de

his

his rebus plena philosophorum volumina omnia: ergo tale quidpiam mihi dixisse Ecclesiastes videtur, Cùm possint præclara ingenia problemata quædam ex his contẽplando inuenire, hoc est, certò cognoscere. (hoc enim Hebræis interdum est inuenire) demonstratur enim Mundum hoc ipso quòd compositus est, quòd ex contrarijs constat, quòd ordinatissimus & elegantissimus, quòdq; impossibile est plura improducta esse, aut etiam geminum esse primum principium effectiuũ, & alijs præterea subtilioribus argumentis, habere opificem, & finitum esse, ac omnibus numeris integrũ, & id genus nonnulla: hoc ipsum tamen quando ab eo effluxerit, hoc est, vel ab æterno, vel initio temporis, & num sempiternus futurus sit, an verò aliquando desiturus, quantumq; temporis ab initio ad finem vsque eius decursurum sit (si initium habuit, & habiturus finem sit) hoc profectò noluit, vt homo, vel inuentione, uel disciplina, hoc est, viribus duntaxat naturæ, vllo vnquam tempore certò consequeretur: Et fortè huc quoq; respexit Iesus Sidrach, cùm Eccles. 1. dicit, *Dies sæculi quis enumerauit?* Enimuero Arist. quoque, summus omnium consensione vir, fatetur problema æternitatis Mundi esse difficile 2. Top. quomodo igitur certò demonstrari potest, impossibile esse hunc ipsum ab æterno fuisse, sicut viri ij (alioqui eminentissimi) contendunt?

Vide Phrases.

D. Dionysius de diuinis nominibus cap. 4. nulla dualitas est principium, sed vnitas ipsa est dualitatis initium, &c.

Confirmatio prima.

confirmatio secunda.

Dominus noster Actorum 1. hac ratione negat sciri tempora postrema illa posse, de quibus eum Discipuli interrogabãt, quòd in Patris potestate sita sint; & sine Dei reuelatione certò scire quispiam poterit non creasse illum ab æterno Mundum, cùm in eius hoc situm esset potestate? negare enim in potestate Patris fuisse, eum ab æterno condere (vt ij fermè negant qui hoc repugnare rei factæ contendunt) ego profectò non audeo, & ipsorum insignis discrepantia falli eos manifestè conuincit. Sunt enim eorum quidam qui generatim omnia fluxilia & permanentia & sunt qui sola fluxilia quæ & successiua dicuntur, ab eius omnipotentia ita eximunt, ut potuisse ea fieri ab æterno negant, sicut uidere est apud Durãdum & Capreolum in 2. Sent. Itaque, quod à Salomone dicitur (*Opus quod operatus est*) non de quouis Dei operè sigillatim & seorsum dictum intelligo, sed de tota rerum vniuersitate; quam Mundum, aut sæculum nuncupauerat, opus videlicet antonomasticos, ut hic alluserit Salomõ ad verba Mosis Gen. 2. *Compleuitq; Deus die septimo opus suum quod fecerat.* & Psa. 91. vbi legimus nos: *Quoniam delectasti me Domine in factura tua.* D. Hieronymus Pagninus, & Felix legũt. *Quoniam lætificasti me Domine in opere tuo*, & Psal. 110. *Confessio & magnificentia opus eius*, hoc est, magnifica laude dignum est hoc quod condidit vniuersum: ideò opus eius nuncupatum quòd & ab eo solo fieri potuit, & in eo tanquam in quodam insigni exemplari eius attributa resplendent: & quod ait (*Ab initio vsque ad finem*) non ad hominem referendum est, vt sit sensus, *Quandiu viuet homo*. nec ad cognitionem, vt perinde dictum fuerit, ac *Plenè & perfectè*, sed simpliciter ad ipsum Mundum de quo loquitur: adq; eius consistentiam, & durationem, vt *Ab initio* idem sit quòd *quando conditus fuit*, & *vsque ad finem* quantum tẽporis, siue quãdiu durabit. Interimque Salomon tanquam aliud agens, declarat mun-

Confirmatio tertia.

dum

dum esse vnum, videlicet vnitate ordinis, esseq; Dei opus, in quo longè lateque fulgent eius potentia, sapientia, bonitas, & initio quodam temporis ab eo prodijsse, & aliquádo esse desiturum: quæ tamen omnia in sanctis Scripturis luculenter exposita, ac nos fide, Dei beneficio, recipimus.

Ad primũ arg. Cusani. vide S.Tho.1. q.10.

Itaque si Cusanus in primo argumento æternitatem pressius capiat, nimirum vt est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio (sic enim à Boetio diffinitur) rectè vtrunque statuit, & eam re esse vnũ cum eo quod æternum verè ac propriè est: & ad hæc multiplicari neutrum posse. solus Deus profectò æternus hoc modo est, atque idem re prorsus cum æternitate sua, & ab ea sola ratione, & modo significandi (hoc est, sicut concretum, & abstractum) seiunctus: & hoc tantùm voluisse priscos patres existimo, qui negare videri possunt Mundum potuisse ab æterno fieri, hoc est, vt Diui, Basilius, & Ambrosius loquũtur creationem non posse esse creatori coæternam. At verò, si prout latius patet, vsurpariq; Doctorum Virorum sermone & monumentis in hac disputatione solet, hoc est pro tempore, cuius nullum instans non fuerit præteriti instantis finis, & futuri initium, hoc est, prout nullam definitam, certamq; durationis mensuram nullum designatum temporis spatium significat: egregiè Cusanus hallucinatur; etenim & nuncupare solemus æterna, quæ antiquissima fuerint, & quæ præterea valde diuturna & perennia futura nobis esse videntur: horumq; omniũ mensuras vocare consueuerunt celeberrimi etiam auctores æternitates. Vnde & apud Algazelem in destructionibus, & apud Auicennam in Metaphysica, & in sacris quoque litteris inueniuntur res complures æternæ, videlicet montes æterni, Gen. 49. anni æterni, Psal. 76. memoria æterna, Sap. 8. nomen æternum, Eccl. 15. & terra æterna, Eccles. cap. 1. ac, vt in summam cætera perstringam, omnia quæ & longæua & perennia alioqui habentur, atq; ob id Dei æternitatem quadantenus participantia, vt videant iuuenes ratione & consilio ea ita vocari: cùm enim æternitas consequatur immutabilitatem, eatenus illam creaturæ analogia quadam participat, quatenus immutabilitatem, & secundum esse, hoc est, durationem & consistentiam, & secundum suas operationes (Deo volente) sunt consequutæ. Vnde multò magis illa in casu æterna dicenda essent, quorum mensuræ nullum esset definitum initium, nullusq; status finis, hoc est, quorum consistentia, & duratio vtrinq; ab ante videlicet & retrò, interminabilis esset, ac immutabilis: sic enim quod Paulus ad Titum cap. 1. dixit: *In spem uitæ æternæ quam promisit qui nõ mentitur, Deus, ante tempora sæcularia*, Erasmus, & ante hunc D. Aug. lib. 83. q. 72. & alibi, *Tempora æterna* legunt, & D. Basilius. Hom. 1. *Erat quidam uetustior mundi generatione status*, ait, *super mundanis potentiis conueniens, super temporalis æternus sempiternus opificia autem in ipso omnium conditor & opifex perfecit.* Et ex Hiero. in Cõmentarijs hunc in modum Pauli verba illa ad Titum interpretatur, *Sex millia, nec dum nostri orbis implentur anni, sed quantas æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines fuisse arbitrãdum est, in quibus Angeli, Throni, Dominationes, Cæteræq; Virtutes seruierunt Deo, & absque temporum vicibus atque mensuris, Deo iubente, subsliterunt?* Æternitatem igitur simul & æterna

ac etiam ſempiterna vſurpari per hyperbolem vtrobique vides nimirum pro valde antiquis; niſi velimus Angelos ab æterno fuiſſe creatos: quod & falſum eſt, & faceret aduerſus Cuſanũ: ergo & multò magis pro illis poterũt vſurpari quæ non modò valde antiqua eſſent, verumetiam eorum origo quando fuerit, nec mente concipi, nec cõprehendi ratione poſset, qualis omnium conſenſione eſset Mundus, ſi in nullo temporis certo exordio factus ab opifice fuiſset.

Sed quoniam ſecundum Cuſani argumentum hoc non potuiſse fieri cõtendit; quoniã poſse fieri, ſemper factũ eſse præcedit: Age & hoc videamus.

Ad ſecundum arg. Cuſani.

Etenim dicimus, non eſse omnino neceſsarium, vt in caſu, poſse eſse prę ceſserit factum eſse aliqua menſura reali, ac duratione; ſed præceſſiſset noſtra dumtaxat cogitatione atque intelligentia, qua & ante ac poſt æternitatem imaginamus durationem aliquam, & vnita ſeiungimus, viciſſitudinẽ ponimus vbi motus & tempus non eſt, locum, & vacuum vbi neutrum reperitur. ſic enim Exodi. 15. dicitur, *Dominus regnabit in æternum & ultra.* Amplius, nec illud etiam oportet, vt quicquid concipitur, vt poſſibile & factibile, hoc ei ſemper eueniat, ob eius aliquam potentiam paſſiuam, quæ præexiſtat (niſi forte Logicam, vt loquuntur & non repugnantiæ:) fieri.n. poteſt, vt propter ſolam efficientis potentiam, atque adeò prorſus ei rei extraneam, poſſibilis eſse res ipſa dicatur: & propterea ſola denominatione extrinſeca, ſic multas rerum ſpecies pluresq; mundos quiſpiam nunc vocare poſſibiles rectè poſset, ob ſolam Dei potentiam, cùm tamen nec futuri illi vnquam ſint, nec eorum ſit potentia vlla paſſiua, præter nõn repugnantiam, aut certè (ſi volunt) potentiam obedientiæ. Ad hæc; cùm æternitas illa de qua verba facimus, eſset participata, non tolleret Mundo principium originis, ideſt, non excluderet quin conditus progreſsusq; à Deo ille fuiſset ab ipſoq; tanquam perfectiore ac ſimpliciter ſe longè anteriore, efficienter, exemplariter & finaliter dependeret. Etenim depẽdentia eſse abſq; nouitate poteſt, vti Auerr. 2. cap. de ſubſtantia orbis oſtendit, & eſt luculenta Ariſt. ſententia 12. Meta. 38. & 1. Metheororum cap. 1. Neque enim neceſse eſt, cauſas omnes, duratione ſuos effectus vbiq; præcedere, ſicut & fermè dixit Auerr. in Epit. Meta. ſupra q. tractatu 3. Quamobrem coæternus Deo abſolutè orbis dici non poſset, aut eandem prorſus menſuram cũ eo habere; ſed hoc ſolùm conſequutus ab eo eſset, ne menſuræ, ac durationis ſuæ reale aliquod haberet initium, aut determinatum finem. Et ſi enim Albertus Magnus 1. Cęli 102. quoſdam exiſtimaſse refert Mundum incępiſse nunquam, & nihilominus quãdoque eſse deſiturum: hoc veruntamẽ eorum placitum, tanquam ridiculum quidpiam & inopinabile, à viris doctis exploſum iampridem fuit. Si ergo imaginationem, quæ, vt Plato in Phedone ait, actiones noſtræ mentis turbat, tãtiſper reponeremus, & rẽ ab ea prorſus eximeremus; profectò conſpiceremus, non oportuiſse, ut fieri poſse, aliqua menſura in caſu, aut reali duratione, anteceſſiſset factum eſse. Porrò autem & exemplum quod D. Aug. perpendit, rem hanc ſatis dilucidam facit: uidelicet, ſi pes ab æterno in puluere exiſteret, eius quoque ueſtigium conſequenter æternum eſset. Et hæc quidem ad Cuſanum.

Themiſtius quoque eã eſſe ait impedimento uiſenti & tractanti diuina in lib. de memoria & remi. cap. 9.

Nunc

Ad Confir. Nunc verò ad confirmationem ita respondemus, maiores nostros eam creationem semper diffiniuisse quam nobis scripturæ sacræ manifestant, & quæ reuera fuit, non verò eam quæ esse potuit, de qua disputamus, vt enim illa nouitatem essendi protendit, ita huic satis tant ummodo, extitisset, & creantis substantiam ac subiectam materiam penitus excludere, vt creationi reuera accidat nouitiam esse, vel æternam & hoc ei per se duntaxat conueniat subiectum omne excludere, & hæc ad confirmationem.

Ad secundum arg. Steuchi. At verò secunda Augustini Steuchi ratio (ad hanc enim antea mihi satisfaciendum est, quod & præ vetustate rancida & putida sit, & non magnopere difficilis) factum potius quam Dei potentia oppugnat, illam enim & Arist.1.cæli, & 1.Metheororum, ac sępenumero alibi vidit, ac ita elusit, vt dixerit non simpliciter apparere rerum, artium, opinionumque principia, & origines, sed certis dumtaxat in locis, quod infinities pro fluuiorum marisque uel alluuione vel recessu, ac non sine ordine & certa periodo reiterata reuera hæc omnia fuerint quę existimantur nouitia, nec longius abit Plato in Thimęo qui Aegyptium sacerdotum sic quoque alloquentem Solonem inducit, *Quod ideò vobis cōtingit quia multa & varia hominum exitia fuerunt, eruntq́, maxime quidem aut ignis conflagratione, aut aquæ inundatione prouenire necesse est: minora verò alijs quibuslibet calamitatis fieri,* & alia hoc genus multa. Lactantius præterea lib.3. cap.16. Lucretium, & Senecam, qui initia Sapientiæ nupera esse dixerunt, illis Persij verbis irridet, *Postquam sapere vrbi cum pipere, & palmis venit*.

Ad primum Steuchi. Sed ratio priori loco adducta longe neruosior est, quam vt breuibus ac citra negocium expediri à nobis possit. Etsi nanque doctissimis viris visum sit, eam esse particularem, quippeque tantummodo euincat homines ab æterno esse non potuisse non verò Mundum, (dequo nostra est pręcipuè perscrutatio) studiosis tamen sententia hæc, non solet in integrum satis facere. Primum quod controuersia sit de Mundo vt à Deo prodijt, integro videlicet, ac suis numeris absoluto, nimirum, & quantum ad prima corpora, & quantum ad rerum species omnes, quantum ad permanentia & quantum ad successiua. Secundo quod simplicia mixtorum gratia sint, & quæ minus perfecta eorum gratia quæ perfectiora sunt, in quibus humana species omnium maximè princeps, & conspicua eminet. Vnde & finis quodammodo omnium homo est, & proinde ea sublata tollerentur cōsequenter
2.Phy.26. composita minus perfecta, atque adeo & simplicia, nisi ad miracula cū quibusdam confugiamus. Quapropter scite & grauiter D. Ambrosius de Noe & Archa cum verba Dei perpendit, *Delebo ab homine vsque ad pecus, reptilia & volatilia omnia, quid lęserant,* inquit, *irrationalia: sed quia propter hominem illa facta erant eo utique deleto propter quam facta sunt consequens erat ut alia illa deleretur, quia non erat qui his uteretur.* Rursum quod alij, vt hæc euadant comenti sunt primos homines in casu nullam operā procreandis liberis fuisse daturos, sed innumerabilibus atque infinitis sęculis cælibes permansuros, ac non nisi à definito illis tempore rem vxoriā exercitaturos, veteris ægroti somnium est, & frigidius glacie, præterquā quod miracula ij frustra quoque confingunt, & repugnantia statuunt. Nā quod

infinitum

infinitũ est interminabile est,& ob id pertransiri non potest, est enim transitus à termino in terminum quidam progressus. Quapropter alij ideo inficiantur inde infinitas animas in proposito casu posse euinci, quoniam daretur semper earum vltima, infinitum autem primo, & vltimo caret. Verum videtur & horum essugium esse imbecillum, & parum tutum, quoniam qui censeretur postremus homo non esset reuera & simpliciter postremus, Etenim & post hũc alius,& alius subinde in infinitũ prodirẽt,& hunc ipsum infiniti antecessissent. Enimuero, nec Philosophis quibus est mũdus æternus, hodierna Cæli cõuersio postrema absolute est, nec aufert quin illam infinitę præcesserint, quod ea quæ vt in infinitum consequenter abeant decreta sunt, non nisi vicissitudine, & successione infinita existant, ac satis esse vt vocentur infinita vt primum eorum dari neutiquam possit. Itaque sicut ijs infirma consequentia hæc esset, hodierna Cæli conuersió vltima est nõ eam igitur præcesserunt infinitę conuersiones, ita hãc prorsus inficiarẽtur, hic homo postremus genitus est, ergo eum infiniti nõ antecesserũt. quanquã circulationes disfluunt & animę subsistũt. Quãobrẽ non possemus euadere, quin vel saltem à parte ante, infinitę animæ hominum existerent, aut quin (si hoc negaretur) non possent Refractarij fortiter in nos hanc ipsam responsionem retorquere, suamq; causam hunc in modum (& speciose quidem) tueri, videlicet fieri nulla ratione posse, vt ab æterno vel cælum conuertatur, vel animalium, & stirpium genera condita fuerint, quoniam postrema circulatio, postremumq; animal & planta actu consistere videntur, & proinde cum certum sit, vbi vltimum datur necessarium esse dari, & primum, oportere quoque fateri, fuisse primam aliquam circulationem primum animal & primam plantam & ita transiret à nobis hæc responsio ad aduersarios propugnandos. Scotus igitur 2.d.1.q.3. existimat vtrinque esse rationes probabiles, atq; adeo certi quidpiam non posse, definiri, quod forte verius est.

Nihilominus quãtum ad rationem hanc pertinet quam examinamus, putarem aliud de eã esse pronunciandum si aduersus Ethnicos instrueretur disputatio, aliud verò si aduersus Christianos, & Catholicos homines; etenim aduersus priores minus solida minusq; speciosa mihi esse videtur quam quod Steuchus existimauit, quippe quibus latissima patet via hinc inde eam eludendi, Epicuro enim Alexandro, & Galeno suarum non minus, atque alienarum animarum sicarijs, & interfectoribus, nullum facesseret negotium. Rursum nec Pythagoræ & Platoni, quibus addit Ioannes Picus in conclusionibus. Indos, Persas, Aegyptios, & Caldeos qui animarum transcorporationem tanquam rem illis exploratam, & pridem cognitam deprædicabant; Pythagoræ enim verba illa sunt.

Ipse ego nam memini Troiani tempore belli,
Pontoides Euphorbus eram, cui pectore quondam,
Hesit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ,
Et quæ sequuntur.

Ad hæc neque Simplicio, aut Auerroi qui vnicam tantum cunctis hominibus superstitem esse mentem existimant, sed nec Algazeli qui dari

posse

posse infinitum actu in his arbitratus est, quæ accidentaliter inuicem ordinantur, & longè minus illis qui idem contingere posse etiam in rebus per multis alijs disputant, in quibus esse videtur ex nostris Gregorius de Arimino in 1.d.17.cui, & Adam (aut certè Oyta) lib.3.d.14. aliquando subscripsit, quamuis sententiam postea mutauerit, sed pro Gregorio pugnat Maior 4.d.44.q.3. ergo rimarum plena est ratio hæc, & hac illac apud hoc genus hominum perfluit.

At verò si Christianis hominibus obijciatur, qui animarum sempiternitatem vel fide tantùm (vt existimat Caietanus in Ecclesi.cap.3.& in Epistolam ad Rom.cap.9.& vt sentio, etiam Henricus, & postmodum Scotus 4.d.43.) vel certè grauissimis quoque rationibus adducti constanter profitentur, transcorporationemq; illam, tanquam rem fictitiam & vanam repudiant, & multiplicari mentes ad multiplicationem hominum credunt; nulla certior, tutiorq; via (sicut mea est sententia) illis potest patere, eius argumenti euadendi vim, quàm quod cum Algazele affirment neutiquam repugnare id genus infinitum dari quod tantopere ij abhorrent, & deniq; huc S.Thomas 2.contra Gent.cap.38.& Doctissimi viri quidam, tãquam ad Asillum tutissimum se se recipiunt. Et quanquam in 1.q.7.argumentis permultis quoduis infinitũ in actu, ille ipse S.Doctor penitus sustulit, eis; nihilominus Ariminensis, & qui cum eo senserunt, non infœliciter occurrerunt; ac vidisse S.Thomam ea non esse omnino necessaria, ego non dubito. Sed sic progredi ille solet (quod dicere crebrò compellor) nimirum, vt quod esse problema neutrum perspexerit, ipse vtranq; partem interdum quidem vno eodemq; loco, aliàs verò in locis diuersis, quantum potest fortioribus rationibus communiat: quod & ante illum magnos excellentiq; ingenio Philosophos, ac Theologos fecisse non semel obseruauimus, quanquam indocti inconstantiam doctrinæ esse clamitant. Non igitur etiã Christianis hominibus ratio hęc omnino necessaria, ac demonstratiua est: Etenim excipi aduersus illam (vt videtis) permulta possunt, quãquam reuera grauissima est, & vt mihi certè videtur, illis omnibus quæ afferuntur pro statuenda Mundi æternitate (salua tamen nostrarum animarum consistentia, & perennitate) probabilior. Solo igitur Deo reserante citra cunctationem, hoc est, certo & manifestè intelligimus Mundum nuperum esse: quam etiam ob causam ego adducor, vt sentiam, dici absolutè non posse aliquod Deo impedimentum obuenisse, quominus ab æterno (si voluisset) eum condere potuerit, & simpliciter concedendum esse in Patris potestate fuisse eum ab æterno condere: & hęc nos aduersus Cusanum & Steuchum recentes doctores protulimus: nam Antiquiorũ argumẽta voluisse discutere, operis fuisset non necessarij: quòd à Capreolo & cæteris S.Thomæ antiquioribus sectatoribus iam pridem latioribus disputationibus cribrata & examinata fuerint. Ergo vt luculentiùs repetam & pressiùs quod dixi, si hæc ratio quam tantopere admirantur qui ex aduerso stant, demonstratiua esset, non vtique ex earum rationum classe esset, quæ simpliciter demõstrant: & hoc præsertim S.Tho.contendit; sed illarum quæ nonnisi ex suppositis & concessis: quod planè demonstrationum genus minus neruosum minusq;

minusq; viuax & efficax est, quam vt citra ambiguitatem, eo semper debeamus niti, quanquam cum vel fide, vel alia ratione enunciata quæ supponuntur concedimus, validum, & veluti perspicuum esse solet. Exempla habētur Rom. 6. *Si unius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia unius hominis in plures abundauit.* primæ Cor. 15. *Si Christus resurrexit, & nos quoque resurgemus:* & refertissimi hoc genere argumentationum sunt Platonis Dialogi, & Aristi libri.

LECTIO QVINTA.



EXIGIT instituti mei ratio, vt quantum fieri potest luculentius breuiusq; disquiram, num certa aliqua, & constāti ratione sciri à quoquam possit (Dei speciali reuelatione seclusa) quotus sit annorum numerus qui à Mundi creatione ad hunc vsq; diem effluxit, hoc est, ad annū Domini 1570. Nam Philaster Episcopus Brixiensis eam sententiam inter hæreses sua auctoritate reponit, quæ numerum hunc esse incertum affirmat; à quo tamē Clarissimi viri, & quidem Catholici, & de Ecclesia benemeriti, Dionysius Carthusianus in primum Ecclesiast. Ambrosius Catherinus in primum caput ad Hebræos, Alphonsus de Castro aduersus hæreses, patenter dissentiunt, & Philastrum, siue Philastrium (sic enim illum iuniores quidam appellant) imperitæ, præcocis, ac denique iniquæ censuræ, reprehendunt, & argumenta non pœnitenda in illum obijciunt: quibus & nos adducti, alijsq; subinde rationibus innixi, thesim eorum hanc probabilissimā esse (sub correctione tamen, vt nostra omnia) existimamus, videlicet incertum & ambiguum esse quemcunq; annorum numerum, quem à Mundi opificio ad annum hunc vsq; eruditi hactenus subduxerunt: quòd nec Scripturis Canonicis, nec Ecclesiæ diffinitionibus, nec priscorum, aut recentiorū Doctorum communi consensione, nec denique probatiorum Ethnicorū, qui vel rerum naturas, & causas perscrutati accuratissimè sunt, & Philosophi dicuntur, vel qui annales temporum sibi conscribendos sumpserunt, & Historici nuncupantur, aut certa ratione, aut concordi aliqua sententia, is à nobis hucusque probè cognitus sit. Et profectò quantum ad scripturas attinet, locus ille Ecclesiastici cap. 1. *Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis enumerauit?* videretur vel à nobis manifestè pugnare, vel etiam prorsus diremisse litem, nisi Episcopus Naclantus in sua medulla, & recentiores quidam non ad Orbis initium, sed ad finem, & terminum, quem Dominus occultissimum esse voluit, sua interpretatione referrent, cùm tamen ad vtrunque, hoc est, ad initium & ad finem commodius, & (ni fallor) verius quoq; referre poterant. Verùm donabimus hoc interim eis, & ad Mundi annos examinandos pergemus, quos scriptura in generationibus patrum ab Adamo vsq; ad diluuiū, & inde ad Abrahamum nobis enumerat; qui soli, vt arbitror, vel stabiliunt, vel confirmant, quam nūc defendo opinionem.

Quæstio num sciri certo possit numerus annorum Mundi.

Opinio Phylastrii.

Vide verò num & contra Philastrium stet magnus Basilius. sic enim hom. 1. ait, Etenim à quo tempore constitutio huius mundi cœpit possibile est tibi discere si ex præsenti retro resiliens primā generationis mundi diem inuenire contendes, &c.

Conclusio negatiua.

Probatio ab inductione.

A Scripturis D. Hilarius, cū dicitur quis in scripturis, aut varius, aut nullus intelligitur, &c.

Decem primorum Patrum generationes ante diluuium Moses enumerat,& deinceps ad Abrahamum,non nisi nouem: in quibus omnibus,tametsi Hebræi,Græciq; codices in eorundem vitæ integrum numerum conscribendum,consentiant;magnopere tamen in eo computando discrepát, in quo liberos procreasse scribuntur,à quo tempore Mundi ætas inuestigari,& annorum eius supputatio fieri dũtaxat solet. Nec est inter eos discordia vnius,aut alterius anni;sed multorum.Hebræi enim ab Adamo ad Orbis inundationem annos dumtaxat 1656.Græci autem 2242. (lato videlicet discrimine) computant.Et rursum ab ea inundatione ad Abrahamum illi quidem annos 292.hi verò 942.Nec satis exploratum hucusque est,vnde,& quomodo in sacros codices insignis hæc discrepátia obrepserit.Quáquam enim quibusdam probabilis esse videtur D.Aug. suspicio,in 15. de Ciuitate Dei.cap.13.qui in errorem,& oscitantiam scriptoris illam fermè reijcit,qui ex autographo Septuaginta, primus trãscripsit.(nullibi enim facilius erratur quàm in numerorum notis describendis.)His tamen permultorum animus confestim non acquiescit,quinimmo hæc non minus incerta & ambigua esse putant quàm controuersiæ status.

Nam si semel & secundò hæc discrepantia inter vtriusque Gentis codices contigisset, fieri profectò poterat,vt scriptori commodè imputaretur: nunc verò cùm in generationibus prioribus conscribendis toties videatur (sexta & decima exceptis,) & in posterioribus prima, & nona, quanquam D.Hieronymus in quæstionibus super Genesim nullam detrahit,& D.Aug. 15.lib.de Ciuit.Dei.cap.10. excepit solam sextam) ægrè sanè vitari potest, quin auctoris studio & industria magis quàm errore scriptoris,factum credatur.Præterea,si vbique eadem ac prorsus similis esset numerorum discrepantia,coniectura hæc,vel suspitio probabilior vtcunque esset;nunc autẽ cùm varia sit,ac sibi longè lateq; dissimilis, vt conferentibus constat, mirũ profectò est,si scriptor errore diaphonyam eiusmodi fecerit. Sed aliud præterea est inter vtranq; lectionem discrimen,quod(quantum mihi uidetur) in scriptoris incuriam, & negligentiam nullatenus potest reijci. Septuaginta enim recensent Cainam medium inter Sale & Arphasat, quem, & vixisse annos triginta suprà centum dicunt:atqui codices Hebræi nusquã eius mentionem fecerunt.Hunc autem fuisse à scriptore insertum,aut à Septuaginta confictum,Euangelista Lucas nõ obscurè reclamat, quando inter Christi progenitores in genealogia Domini eum manifestè computat: vt si hac parte prodeant Græci codices aut veriores,aut emendatiores, nõ sit leuis coniectura,vt in supputationibus quoque illis ueriores magisque integri sint quàm Hebræi. Adde,habere illos plures contestes quanquam alioqui prophani sunt, & sua insigni discordia fide indigni : sed in hac re tamen consentiunt omnes,ut Mundum antiquiorem quàm Hebræi faciãt. Omittam postremò uniuersam Ecclesiam Septuaginta editionẽ, qua etiã num Græci,& nos in psalmodijs & diuinis officijs utimur, magna ueneratione diu esse ubiq; sequutam: quippe quæ in Auctoribus signum uelut quoddam diuinitatis perspexerit,quemadmodum D.Aug.lib.18. de ciuit. Dei.cap.43.scribit,& ante illũ Iustinus martyr in Apollogetico:Irenæus lib.3.

Et posteaquam hæc scripsi, legi Leonis Castri disputationem instructissimam de translationibus sacræ Scripturæ, in qua totius antiquitatis testimonia a curatè pro Septuaginta translatione probanda collegit, quã & multis argumẽtis cum ibi tum verò in suis Cõmentarijs in Esaiam propugnat.

lib. 5. cap. 25. Epiphanius in libro de mensuris, & ponderibus: Philoq; ante omnes lib. 2. de vita Mosis. Hæc & id genus alia aduersus Hebræorum codices pro Græcis afferri solent, quibus diluendis magnopere laborant qui præferunt Hebræos, præsertim verò Ioannes Lucidus diligentissimus temporum supputator; qui etiam Hebraicam computationem his fermè argumentis aduersus editionem septuaginta propugnat. *Opinio Ioannis Lucidi.*

Et primùm, quòd ei consentiant Historici grauissimi, qui publica fide Regum gesta, & tempora conscripserunt: Berosus, Manethon, Methastenes, & vetustissimi auctores alij. Secundò, quòd ratio ferat Hebræos qui præ cæteris sacros codices venerati perpetuò sunt in eis seruandis, incorruptis, maiori diligentia vsos esse, & in transcribendis minus aberrasse, quam Græcos. Tertiò, quòd Græcorum supputatio manifestum errorem eo loco contineat, vbi Mathusalem superstitem à Catheclismo annos circiter quattuordecim facit, cùm tamen in archa Noe; non fuerit, quemadmodum D. Aug. lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 11. & D. Hieronymus in Hebraicis quæstionibus super Genesim perpendunt. *Primum eius argumentum. Secundũ eius argumentum. Tertiũ Lucidi argumentum.*

Ad hæc, vir alioqui impensè doctus, minimè dubitat, Cainam insertum fuisse codicibus Græcis, & cum Ioanne Nauclero & quibusdam existimant illum Sale fuisse binomium, hoc est, & Sale & Cainam fuisse appellatum. Quamobrem eo quoque disputationis calore progreditur, vt vbi in Luca legitur, *Qui fuit Cainam* emendandum esse codicem dicat, & substituendum, *qui, & Cainam*, scilicet cognominabatur; vt hic quoque fuerit scriptoris aut vitium aut error, non Euangelistæ. *Quæstio de Caynam cuius Lucas meminit.*

Sed amabò ponamus hæc in trutinam.

Et primùm, Ludouicus Viues de Tradendis disciplinis, lib. 5. magno verborum apparatu, Berosi libellum quem Lucidus magni facit, & frater Annius suis Commentarijs illustrauit, fictitium appellat, eosq; censet indoctos & ociosos, quibus mire allubescit: quo &t loco reijcit similiter Xenophontis æquiuoca, Archiloci, Catonis, Sempronij, & Fabij pictoris Fragmenta eodem volumine ab Annio cõferruminata, & (vt ait) suis commẽtis reddita magis ridicula: sed & Manethonem Aegyptium, & Methastenem Persam desumptos fuisse dicit ex Eusebio. Horum igitur suffragia, si pronũciet Ludouicus sententiam nullius ponderis erunt. Sed sit Viues promptulus ad vexandum sua censura Auctores, & plus nimium crebrò audax: quippe qui sutorem non rarò supra crepidam agit: quid tum? an alij eruditi, ac naris (vt aiunt) emunctę desunt auctores qui, eos libellos, & commentitios, & fictos identidem vocarunt? minimè profectò. Raphael enim Volaterranus lib. 14. se non satis credere Berosi libello huic qui circũfertur, patenter ait. Et Melchior Cano, Episcopus Carauiensis de locis Theol. lib. 11. Berosum & Methastenem Annianos multis argumentis ac testimonijs (vt est vbique diues atque fœcundus) tanquam auctoritate indignos proscindit, similiterque repudiat: Et rursum Philonis historiam contemnit, cui tamen visus est Viues nonnihil tribuere. Sed & ante quinquennium censura quædam Gasparis Verrerij accurata planè Romæ prodijt, quæ personato huic Beroso laruam detraxit, & Lilius Gregorius *Ad primũ arg. Lucidi.*

Gyraldus, de Deis Gentium, Syntagmate secundo suspectos sibi hunc, & Methastenem & Archilochum dicit, quanquam à quibusdam ita cultos, vt nedum lectione insenuerint, sed monstrificos quoque (sic enim loquitur) composuerint in eos commentarios. Compertum enim doctis omnibus iamdudum est, Berosum priscum illum, & summæ auctoritatis scriptorem Sibillæ Cumeæ patrem, sicut Iustinus Martyr putat, & de quo Iosephus libro primo contra Appionem,& libro primo Antiquitatum cap. 15. & Hieronymus in Danielem cap. 5. scripserunt fuisse Astronomum insignem ac rerum Caldeorum Regum peritissimum: at verò libellus Annianus & Caldeorum & permultorum præterea Regnorum historias continet, & ex sacris litteris (nec sanè raro) videtur consarcinatus. Porrò autem Methastenem consignasse litterarum monumentis res Indicas. Plinius lib. 16.& lib.7.cap.2. Iosephus lib. 10. antiquit. cap. 12. & libro primo contra Appionem testantur. Is autem Methastenes qui circunfertur, res Persicas tractat. Vndique igitur perspicacioribus ingenijs rationes emergunt, quibus labefactare libellos illos, & cumprimis Berosum solent, cuius auctoritati Lucidus tantum tribuit.

Ad secundum Lucidi arg.

Quamobrem transibo ad eius secundum argumentum; & donabo ei nunc, (donabo dixi: quoniam non desunt, auctores graues qui volunt Iudæos dedita quoque opera post Christum corrupisse multis in locis Scripturas, lege Iustinum, in Dialogo contra Triphonem, Origenem in cap. 10. ad Romanos & alibi) tantum honoris & venerationis, denique tantum diligentiæ Hebræos Sacris codicibus perpetuò impédisse, vt intemeratos incontaminatosq;, in his quę de Religione sunt, Dei prouidéntia, vti D. Aug. ait, illos semper seruauerint, Verùm nõ est hic nostrę cõtrouersiæ status: sed num euaserint quoq; ne error ẽt manifestus in numeris alicubi (eos codices transcribẽdo, & quaqua versum tractando) obrepserit, peruaseritq;; vsque adeò enim lubricus esse solet, vt vel uigilantissimis occulatissimisq; interdum obrepat, cũprimis verò Hebræis & Græcis, qui numeros litteris alphabeti notant. Facilè enim vna littera in alteram cõmutatur, ob eam quam complures inter se similitudinem figuræ habent. Quod cùm non vno tantùm & altero loco, sed sæpenumerò Hebræis accidisse manifestum sit; cur, quæso, his quoque in locis de quibus controuersia inter nos est, euenire hoc potuisse Lucidus negare constanter poterit? Simili certè modo D. Aug. epi. 8. quæ est ad Hiero. (& rectè sanè) argumentatur. Proferam ex multis pauca, ne Iuuenes hæc mihi semel atque iterum excidisse gratis existiment. Secundi Paralipom. 26. scribitur, Ioachin fuisse annorum octo, quando regnare cępit; & nihilominus 4. Regum. 24. dicitur, fuisse annorum 18. Rursum eodem Paralipomenon lib. 2. cap. 15. dicitur, non fuisse bellum vsque ad annum 35. Regni Asę; & confestim cap. 16. ita dicitur, *Ascendit autem Baasa anno 36. Asse.* cùm tamen. 3. Regum 15. & 16. legatur vtrobique 20. pro 30. Denique satis erit D. Hieronymum audire in Epistola ad Vitalem, ita loquentem: *Relege veteris & noui testamenti libros, & tantam annorum reperies dissonãtiam inter Iudam, & Israel, idest, inter Regnum vtrunque confusum: vt huiusmodi hærere quæstionibus non tam studiosi,* quam

vide pro his Leonis Castri disputationum. cap. 28.

Existimauit igitur D. Hieron. hanc de numeris, vt dissonantiã, aut consonantiã non pertinere ad fidẽ.

quàm ociosi hominis esse videatur. Amplius, consentaneum rationi neutiquam est, vt Hebræorum codices, qui Synagogæ cum primis deseruiebant, præ Græcis & Latinis, quibus Christi Ecclesia præcipuè vtitur, singulari hoc Dei indulto fuerint donati, nimirum vt nullibi vitiari potuerint; nostri verò tam crebrò, quanquam in id genus rebus quæ ad pietatem parũ aut nihil pertinent, cuiusmodi hæc numerorum supputatio est, quamobrẽ & Euangelistas in conscribendis genealogijs Domini hac fortè ratione numeros vitæ Patrum omiserunt. Quod videlicet eos exactè scire parum aut nihil ad pietatem referat, & de præcisa Domini nostri ætate ita quoq; scripserunt, vt non modò D. Ireneus lib. 2. cap. 39. ac D. August. lib. 2. de Doct. cap. 28. sed posteriores quoque & recentes Doctores inter se non satis consentiant.

Attẽde Lector, me praeferre nunc codices septuaginta codicibus Hebraeis non omnibus; sed qui nũc habentur. de qua re vide Caietanum in Lucam c 3. & rursum nihil me nunc detrahere veteri aditioni quã definiit sancta Synodus esse authẽticã etenim hoc et fatemur & docemus; cathoici omnes, sed conferimus hos codices Hebraeos cum Graecis septuaginta, non autẽ aditionem veterem cum aliis aditionibus.

Porrò autem quantum ad Mathusalem spectat, nec illi quoque qui Hebræorum computationem sequuti sunt, ab ea graui & iam pridem in Ecclesia agitata difficultate, se se facilè explicant. Et si enim obijsse anno illo iuxta Hebræorum lectionem videatur, quo tota terra aquis obruta fuit, nequaquam tamen ambiguitates omnes inde tolluntur, quemadmodum ante nos Ambrosius Catherinus in quartum caput Geneseos eruditè adnotauit. Cùm enim scriptura dicat, diluuium cœpisse exactò à Noe vitæ anno quingentesimo nonagesimo nono, mense secundo, septimo, & decimo mensis die, & rursum affirmet Mathusalem annos sexcentos post Natales Noe vixisse; probabile satis est, vt Mathusalem vel eos annos prorsus cõpleuerit, vel certè, vt quando decessit, propinquissimus esset qui eos cõmpleret, Sic enim fermè loquimur omnes, quod qui concesserit, concedat quoque oportet, eundem cùm primùm inundauit cathaclismus in humanis fuisse. Non me id latet tamen, scripturam minutiores numeros interdum negligere, vt paulò postea sum rursum dicturus; & proinde euitari hæc obiectio posse: quod num Catherinus viderit, non satis teneo: sed refractarium nihilominus maneret probandum Scripturam hic neglexisse. Et si igitur postrema hæc Lucidi ratio magnam præ se ferat probabilitatẽ, non est nihilominus vsq; adeò perspicua, & certa, vt obtineat, aut vt afferri contra permulta argumenta non possint. Quamobrem & non deterruit veteres temporum computatores, Iulium Africanum, Methodium, Origenem, Eusebium, Prosperum, & ad hæc recentiores eruditissimos quosdam, qui hos atque Septuaginta sequuti sunt, ne Græcorum Codicum computationem puriorem, venoremq; lectione Hebræorum existimarent. Quanquam præterea quidam innundatione imbrium Mathusalem perijsse volunt, & rursum alij existimant viuentem assumptũ fuisse, & eo loco adductum, quò antea Henoch, & postmodum Helias adducti fuerunt; in quibus est Rabbi Samuel in sua Parastasi veri Messiæ.

Ad tertiũ arg. Lucidi.

Occurrit tacitè responsioni.

Cæterùm mirum profectò est, qui tam vana ratione existimare Lucidus potuit, Sale fuisse quoque nuncupatum Cainam, ac ob id & librum Genesis iuxta Septuaginta, & Euangelium Lucæ tam longa sæculorum serie circumferri in Ecclesia deprauata. Sciscitor enim, num ex Domini progenitoribus alius quisquam binomius fuerit à Sale? Profectò Iacob dictus

Oppugnat opinionem Lucidi de Cainam.

quoque Israel est, & Salomon Idida, & Philo in breuiario alios quosdam & binomios & trinomios fuisse scribit. Quid igitur in causa fuit vt, Euangelista cæterorum omnium secundis ac tertijs nominibus suppressis, hunc solum nobis fuisse binomium prodiderit? vtque propterea dixerit *qui & Cainam* vt Lucidus existimat. Quid, inquam, hac in re (cedo) latet mysterij? Ad hęc, cùm Græci pariter & Latini codices legant, *Qui fuit Cainam*, non uidebitur litteræ interpretatio, sed deprauatio, aut etiam euersio, si detracto verbo *Fuit*, copulam, vt vult Lucidus, substituerimus. Fateor quidem si vel Latini à Græcis, vel si Græci à Græcis, vel denique si Latini à Latinis hac in re conscribenda dissentirent, tollerari vtcunque hunc Lucidi commentarium posse: nūc verò cum summa quadam consensione, similiter omnes legant, nec quasi ad Mitridatis litteras, vno die in toto orbe falsari codices omnes potuerint, repudiandum eius hoc mihi consilium videtur: quod (vt censeo) afferrat Sanctis scripturis perspicuum præiudicium. Quare & Dionysius Carthusianus libro primo Regum. art. 7. hac eadem ratione prudenter negauit aliter punctuandam esse litteram, vbi de Heli dicitur, *Oculi eius calligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequàm extingueretur.* Et Lucidi fortasse exemplo quidam nuperrimè mecum contendebat legi in Euangelio Matthæi vitio scriptoris *à David usque ad transmigrationem Babilonis, esse Generationes quattuordecim.* aiebatq; Euāgelistam protraxisse has à Salomone ad transmigrationem vsq;, & in Ioachino filio Iosiæ desinere fecisse, ac nostros codices esse deprauatos, subdebatq;, vbi legitur, *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius*, emēdandum esse similiter codicem, ac restituendum, *Iosias genuit Ioachin, & fratres eius*, quod quarti Regum, & Hieremiæ 28. legatur Ieconiam filium fuisse non Iosiæ, sed Ioachin. Reijciebat autem eorum commentarium qui Ioachin nuncupatum quoque Ieconiam fuisse volunt: quoniam scripturis probare non possint. Cōplanat igitur hoc interpretationis genus latissimā viam nedū ad euertendas demoliendasq; omnes scripturas, sed etiam ad existimandum Euangelistas, vel memoria alicubi fuisse lapsos (quod arbitratum esse Erasmum Catherinus in clauibus, & alij quidam scribunt) vel mera Cabalistica relatione, qua alius alium inuicem erudijt, & consequenter humano more Euangelia scripsisse, & proinde potuisse errare & pugnātia scribere (quod Ottoni Brunsfeldio, Cocleus in libro de Canonicæ scripturæ & Ecclesiæ auctoritate, asseruit. Sed apagè impia & Sathanæ doctrina hæc, indignissima profectò, quæ à Christianis auribus audiatur.

Quamobrem ipse puto veriorē esse septuaginta Interpretum Lectionē, vbi de Cainam loquuntur, quanquam non me latet præclarū magistrū nostrū Ioannē Dicedonis de ecclesiasticis dogmatibus pro Lucido stare; Sed mihi persuasum hucusq; non est, D. Lucam insigne Spiritus sancti organū, ei translationi suffragium dedisse, quam non esse veram intelligebat. Nam quod ex nostris quidā dixerunt, hoc factum ab eo, Græcorū causa, fuisse, ad quos scribebat, & quibus sola exēplaria 70. nota erant: ipse profectò nec ꝓbo, nec recipio. Neque .n. solis Græcis Lucas Euangelium, sed ecclesiæ generatim & uniuersæ scripsit, hoc est, omnibus populis, & ad cōsummationē

Secunda ratio contra Lucidū.

Confirmatio ab auctoris. Dionysij Carth.

Confirmatio secunda ab incōuenienti.

Opinio Auctoris de Cainā. Prima ratio. Responsio ad primam rationem. Impugnatio prima. Impugnatio secunda.

Mundi usque. Rursum non illum latebat, eruditos Græcos ad Hebræorum codices tanquàm ad fontes collaturos ea omnia esse quæ scribebat: quod & in Actis.17.quosdam nobiles Thessalonicenses factitasse (ad laudem sanè, ut mihi uidetur) commemorat, quando eis Paulus & Sylas concionabantur. Postremò nulla ratio patitur, ut uolens & prudens falsi ueluti aut suffragator, aut testis fuerit, uti dicebam, quod uideri nec temere certè potuisset, si corruptis, ac proinde falsis Septuaginta codicibus, (ut ij uolunt) reiectis Hebræis, quos integros & ueros esse intelligebat, sua computatione, alicubi subscriberet. Probabilius ergo est Septuaginta, habuisse meliora exemplaria Hebræa, quàm nunc illa sint, quæ moderni Hebræi habent, quomodo quoque Cardinalis Caietanus in Lucam cap. 3. scribit. quanquam fortasse hoc quoque uerum est, Spiritum sanctum noluisse priscorum omnium prosapias, qui diluuium præcesserunt, continua serie, aut à Mose, aut ab alio quoquam litteris consignari, hoc est nullibi interceptas, & interruptas, idq; vel ob mysteria, quę D. Ioãnes Chrysostomus, & alij quidam numeris inesse contendunt, uel (quod uidetur satis probabile) ne Mundi integram, iustamque ætatem, certò quisquam inde consequeretur, quam sibi vni, quemadmodum & quando hic ipse defuturus est, & arcana alia innumerabilia retinuit, vel profectò aliam ob causam nobis inexcogitabilem. Etenim scimus D. Matthæum in conscribenda Christi genealogia, primùm quidem aliquot generationes præterijsse, quæ inter Salmon, & Booz interfuere. Nam, ut supputant quidã, à Rachab ad Ruth anni plus minus 325. refluxerãt; quamuis Caietanus rem per illustri suo ingenio componere nixus sit, sed planè frustra, sicut Ambrosius Catherinus lib. 1. annot. solidissimis rationibus euincit. Et rursum, nec fortuitò, nec temerè, sed Spiritus sancti consilio tres Reges omisisse, videlicet Ochoziam, Ioas, & Amasiam, quos Regum libri commemorant, nec ulla sese magis idonea ratio facti huius offert, quàm vt sacrorum Librorũ mixtis indicaret ueteres prosapias non fuisse conscriptas perpetuò, integras, quamuis præterea, & tessera decades seruare uoluerit: sed & D. Aug. referente S. Tho. 3. q. 31. art. 3. ad quintum, fieri potuisse existimat Euãngelistas in suis consignandis prosapijs, ita progressos fuisse, ut vnus patrem exposuerit Iosephi, alter verò auum, vel alium quempiam ex illius maioribus, subditque verba hæc (vt magis etiam mireris, uideasque quantum genealogijs fidere hac in re liceat) *Et fortè etiam maternis:* & hunc in modum tollit insignem illam Matthæi, & Lucæ discrepantiam, quam Porphyrius Christianæ Religionis accerrimus hostis, priscis Patribus obijciebat. Sed quid? nonne etiam D. Hiero. in Ezechielem cap. 5. hanc esse scripturę sanctę consuetudinem affirmat? & planè D. Paulus ad Hebræos. 7. vocat Abrahamum patrẽ Leui, cùm nihilominus fuerit illius proauus. Rursum Gen. 28. Laban dicitur filius Nachor, cum tamen Bathuelis filij Nachor, soboles fuerit, atque ideò nepos Nachor. Amplius, Danielis cap. 5. Nabuchodonosor Regis Baldassaris pater fuisse dicitur: & nihilominus (si D. Hieronymi commentarijs credimus) eius fuit Auus: ac postremò certissimum eruditis est, sic appellari idiomate scripturarum filios qui de eadem

Secunda ratio.

Opinio Authoris.

Confirmatio prima.

Secunda confirmatio.

Tertia confirmatio.

Quarta confirmatio.

posteritate nati sunt, quomodo vocantur fratres, qui sunt de eadem prosapia. Verùm euagatus hac in re longius sum quàm volebam.

Nunc à genealogijs priscorum Patrum ad tempora Iudicum, Regum, & Ducum progrederer quemadmodum disserendi methodus postulat, nisi & parum iucunda hæc tractatio esset, & nos Chronologi iampridem hoc onere subleuassent. Satis igitur nunc erit animaduertere, & primùm quidem Scripturam sanctam interdum adscribere vnius Regis annos quibus regnauit, alteri Regi, sicut D. Hieronymus in quæst. Paralipomenon inde patenter euincit: cùm viginti annos Ioram ostendit computatos fuisse in annis Ioas, & Petrus Comestor libro tertio adnotauit esse aliquando insigem discrepantiam circa initia temporum quibus Reges cœperunt regnare: quia (vt existimat) libri Regum ex diuersis Prophetarum voluminibus ab auctoribus collecti fuerunt: quorũ vnus aliò respexerit, atque alio alter. Amplius, & hoc quoque accuratè obseruandum est, illam ipsam sanctam Scripturam. suppressisse alicubi quorundam annos, qui ius populo dixerant, Iosue videlicet, & Samuelis; & ad hæc silere annos qui inter Iepte, & Saulis obitum intercesserunt, sicut Carolus Bouillus cap. 30. alijque post illum, & rectè quidem antea adnotarũt. Ad hæc, neglexisse frequenter ac penitus præterijsse minores numeros: quod Dionysius Carthusianus in Ecclesiasticum cap. primo. dudum obseruauit, & in tertium Librum Regum scribens artic. 52. Scripturam, ait, aliquando annorum illorum rationem non habere qui integri, & completi non fuerint: quæ omnia cùm ita se habeant, ostendunt luculenter numerũ annorũ mundi certo: ac adamusim (vti aiunt) supputari ex sanctis Scripturis à nobis nõ posse, hoc verò est, qd euincere primũ ꝓposueramus.

Notandum primum.

Secundum notandum.

Tertium notandum.

Et facit hæc Carthusiani obseruatio pro his quæ superius cum Amb. Catherino dicebamus de annis Melchisedech aduersus Lucidum.

Quæ profectò sententia nec reprehendi Ecclesiæ diffinitionibus potest, Hæc enim, vt in Symbolis, ac in titulo de summa Trinitate & fide Catholiça profitetur, Deum esse Cęli & Terræ, visibilium, ac inuisibilium rerum omnium initio temporis Opificem, & Creatorem, ita à quoto anno has res effecerit non diffinit: & quanquam in secunda Nicena Synodo actione 6. ab initio orbis ad incarnationem Domini vsque Epiphanius annos supputet 5000. non hoc tamen tanquam pronunciatum à Synodo est, sed historicè, & enunciatiuè ab vno tantùm doctore vti permulta & in ipsa ac in alijs Synodis pronunciantur: itaque ex hoc loco certi quidpiam non habemus.

Ab Ecclesiæ definitionibus.

Sic enim & in Florentino Sessione 3. Ferrariæ Andreas ille errauit, cum Siluestrij Pontificem interfuisse Niceno Concilio pronũciauit.

Ad sanctos ergo Doctores explorandos progrediamur, quos hærere eodem vado quo hæremus nos, nulla difficultate ostendam: discordes enim fermè omnes inter se sunt. Incipiam autem à D. Hieronymo qui ab orbe condito ad Domini nostri Natalem diem enumerat annos 3065. (nisi ego subducens falsus sum. Hũcq; Beda fermè vbiq; sequitur, vt non satis capiã cur Petrus Alacensis, Verbo 10. dixerit Bedam sequutum esse Orosium, ac supputare annos 5199. quamobrem verbo 2. illos affert versiculos.

A doctoribus Eccle.

Unum tolle datis ad millia quinque ducentis,

Nascenti Domino, tot dat Beda à prothoplasto. & cur D. Antoninus in prima suæ Cronicæ parte, titulo 5. cap. 1. scripserit Bedam sequutum fuisse

fuisse calculum Septuaginta, nisi fortè aut lapsi memoria sint, aut Beda diuersis in locis diuersa scripserit, aut deniq; calcographi (quod sæpe solent ibi quoq; errauerint. Etenim Beda in præfatione libri de temporum ratione pro Hebręis, & D. Hieronymo, & cæteris qui cũ Hebręis sentiunt, acriter etiam & disertissimè scribit. Rursum idem D. Hiero. in Epistola ad Titum cap. 1. sic loquitur: *Sex millia, nec dum nostri orbis implentur anni.* quæ certè supputatio non magnopere priori cohæret, sed fortè (vt interdum fit) dedit hoc illis, qui aliter arbitrabantur. Iam verò D. Epiphanius lib. 2. aduersus hæreses Tomo 2. Manichæos reprehendens, inquit, Mundi ætaté ad trigesimum Christi annũ quando prædicare incępit incidisse in quinquies millesimum quingentesimum nonum: à qua summa si detraxeris annos triginta, habebis à creatione Mundi ad natiuitaté Domini annos 5029. Philastrius verò, qui opinioné nostram, ac profectò temerè, & petulãter pronunciat hæresim, plures adhuc annos supputat, nẽpe 5801. & D. Cyprianus in libro exhort. ad martyres, non nihil ab eo discrepans, *Sex millia annorum pœna complentur,* aìt, *ex quo Diabolus hominem impugnat.* Floruit aũt Cyprianus anno Domini 230. hoc est, ante Philastrium annis 150. D. Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei. c. 10. à condito Mundo ad Romã à Gothis captam sequutus Eusebium (vt adnotauit Viues) fluxisse dicit, quinquies millia sexcentos, & vndecim annos: capta aũt fuit Roma à Gothis, annũ Domini circiter quadringentesimum. Et lib. 8. c 40. ait: *Cum n. ab ipso primo homine, qui est appellatus Adam, nondum sex millia annorum compleantur.* De Methodio verò deq; Eusebio, Orosio, Isydoro, Vincentio scripsit fusius Aliacensis de concordia Astronomiæ cũ Theologia verbis 9. 10. & 11. quos profectò nihilo fęlicius rem hanc esse consequutos constat. Porrò, aũt sicut certum signum veritatis est, quando iisdem de rebus eadem authores oẽs conscribũt; quod Iosephus lib. 1. contra Appioné dixit: ita certissimum facit argumẽtum rei ignorationis & ambiguitatis, cùm inuicem illi discordant. Et propterea cũ inter hosce primæ notæ Patres certa & firma computatio nullibi inueniatur, hoc est, quam suis calculis oẽs probent; quid aliud affirmare possumus q̃ rem hanc esse incertã & obscuram? quanquã non vsq; adeò latum discrimen inter illos est, fateor, atq; est inter recentiores scriptores, quorum quot capita tot quoq; sententiæ sunt: quorsum igitur illos huc accersibo? Præteribo ne eos nunc, an proferam? Proferam profectò, sed summarim ne plus nimium conterere tempus videar.

Lilius Greg. in lib de annis, & mẽsibus annos quinos millenos, & ducẽtos ab Orbe condito ad Christũ Dominũ subducit. Lucidus dũtaxat 3960. cui numero Gaspar Verspergensis addit annos duos: sed & Bouilus contendit eos fuisse 4069. Nauclerus 5201. Alphonsus in tabulis 6984. Ioannes de Monte Regio hũc fermè sequutus, 79 0. enumerat; & deniq; aliter Leo Hebręus dialogo 3. atq; alitèr Naclantus ĩ sua medulla, & Melchior Cano. lib. 2. locorũ communiũ aliter, & alij alio modo, vt nihil certius esse possit, quàm quod ipsi quoque nobis testatum fecerint non posse annorum Mundi numerum certo à nobis finiri, & comprehendi quanquam se finisse & comprehendisse ipsi fortasse existimauerunt.

Ethnicorum

A Prophanis Scriptoribus.

Ethnicorum ergo nenias,& deliria ingrediamur,quamuis me vehementer pigeat in id genus nugis, horæ huius postremam partem collocare. Sed collocabo tamen,ne instituto meo defuisse videri possim. D. August. loco nuper citato 18. libro de Ciuit. Dei. cap.40. garrulos quosdam vanissima præsumptione dixisse refert, plusquàm centum annorum millia numerari ex quo Aegyptus rationes Syderum comprehendit: sed & Ponticus Viruusus Taruisinus (obscurus planè auctor,idemq; Grammaticus) in commẽtarijs quos in Grisoloram superiori ferè ætate edidit, memoriæ prodidit fuisse repertum Adriæ ad trigesimum quartum lapidem, codicem quendam Aegyptiacis,litteris à tercentis millibus annorum exaratum. Herodotus quoque libro secundo scribit, Herculem antecessisse Amasim Aegyptiorum Regem, decem & septem millibus annorum: verùm & hic à Gellio homo fabulosus dicitur: quapropter ne quis eius scriptis integram fidem vbiq; adhiberet, nomina Musarum illis consultò indidisse creditur.

Sed quis potuit illas litteras, legere, quæ obsoleta iàdudũ penitus, & extinctæ habentur?

A Philosophis.

Euoluamus igitur Philosophos, hoc est, sapientię, ac veritatis amatores, Plato in Critia, & Thimæo narrat sacerdotem Aegyptium quendam Soloni summo viro historiam exposuisse Athlantici belli ab Atheniensibus fęliciter aduersus Occiduos populos multo tempore antea confecti, & habere Aegyptios octo millium annorum annales, ante Athenas Solonis patriam conditas. Existimat autem Marsilius Ficinus in argumẽto Critiæ, annos illos fuisse menstruos, sequutus (vt opinor) Plinium lib. 7. cap.48. & libellum apocriphum, qui Xenophonti inscribitur, qui & fratrem Anniũ, & Lucidum quoque interdùm fefellit. sed & D. Aug. lib. 15. cap. 12. nonnullos existimasse scribit annos, nonnisi quadrimestes fuisse Aegyptijs. Quinimmo & Lactantius lib.2. cap.13. refert, Varronem dixisse, menses pro annis ab Aegyptijs haberi, quem & luculenter coarguit. Itaque licèt verum esse putem, quod Plinius lib.7. & Macrobius in Saturnalibus, affirmant, annos nimirum fuisse populis quibusdam maiores, & alijs minores: nihilominus quantum ad Aegyptios pertinet, Herodoto libens assentior; qui libro secundo scribit, eos omnium priores, hunc, quo nos vtimur, annum, comperisse, ac in duodecim menses sapienter distribuisse. Etenim & Macrobius lib.1. cap.14. ei subscribit, apud quem Prætextatus quoq; affirmat, extitisse semper apud eos certum anni modum. Porrò autem, vt horũm attestationem existimem veriorem, facit sancta Scriptura Gen. 47. quæ cõmemorat Pharaonem rogasse Patriarcham Iacob, quando hic illum salutauit, quot annos vixisset, & hũc sic ei fermè respõdisse refert. *Dies peregrinationis uitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.* Quæ responsio satis disertè manifestat Aegyptios pariter & Hebręos, similem habuisse tunc temporis annum, eandemque, aut certè similem computationem: Indicasset enim aliquo modo Moses, si dissimilem Aegyptij ab Hebręis habuissent computationem, ad quarum alteram respexisset sua responsione Iacob. Et certum est, si Aegypt j lunares mẽses duntaxat habuissent, responsurum Patriarcham fuisse dies vitæ meæ sunt, mille quingenti & sexaginta anni. Constat autem Hebręos habuisse annum duodecim mẽsium

Quibus annis vterentur Aegyptij, opinio Marsilij Ficini.

Opinio Varronis.

Opinio Auctoris.

Præcipua ratio, cui nititur Auctor.

sicut

ſicut D. Auguſt. lib. 15. c. 44. ſcripturis & rationibus inde petitis patenter euincit: & Ioſephus lib. 1. antiquitatum conſentit; tametſi ſecundùm ſolam Lunæ conuerſionem, hoc eſt, dierum non niſi ſexaginta ſupra tercentum, vti Affricanus apud D. Hieron. in Danielem cap. 9. teſtatur. Geminabant autem tertio quolibet anno duodecimum menſem quem ideo vocabant, *Adad*, vt complerent annum Solarem, cui deerant dies vndecim, & horæ ſex. Anni igitur Aegyptij à ſacerdote Solone expoſiti, quantũ hucuſq; lectione ſum conſequutus, duodecim Lunationum, vt minimùm, erant: & Petrus de Aliaco libro iamiam citato verbo ſeptimo. ex ſententia Abrachis Azarchelis, vt Alfonſi, hoc ipſum confirmat. Rurſum ſi mẽſtrui anni illi dumtaxat extitiſſent, nulla erat cauſa cur ſacerdos ille Græcos appellaret pueros, neminemq; diceret in Græcia eſſe ſenem, quod apud Græcos nulla eſſet priſca memoria, nulla cana ſcientia, quod & Ioſephus lib. 1. cõtra Appionem Græcis poſtea exprobrauit: cùm enim octo millibus annorum Lunarium, Solares annos circiter ſeptingentos, & ſexaginta quattuor conficias, quis credat Solonis ætate, nullam fuiſſe apud Græcos aut memoriam, aut cognitionem illarum rerum, quæ eos tam paruo temporis curriculo antecellerant? Mirum autem eſt Ponticum Viruuium illum affirmare, Simplicium 1. Cœli. ſic Græcè ſcriptum reliquiſſe. *Audiui ego ipſos Aegyptios aſtrorum obſeruationes non paucioribus ſexaginta tribus myriadibus annorum*, cùm tamen Simplicij Latina lectio ſupra tex. commẽt. 27. ſic habeat. *Audiui autem ego Aegyptios aſtrorum obſeruationes habuiſſe deſcriptas non paucioribus quàm à quinque millibus annorum Babilonios autẽ à pluribus*; vbi latiſſimum eſt inter vtranque lectionem diſcrimen, atqui Philoſophus hic, annum Græcorum & Romanorum in morem capiebat. Nec Cicero in libro de Diuinatione, & qui hunc ſequitur Lactantius lib. 7. cap. 14. magnopere diſcrepant. Scribunt enim Caldæos iactare ſe comprehenſa monimentis habere, *Quadringenta ſeptuaginta millia annorum*. Antiquiſſimus itaque Priſcis ethnicis Mundus hic ſenſilis eſt: quinimmo & eorum permultis æternus: cùm enim ignorato verbo Dei ſimul quoque ignorarent originem rerum, ſupremumq; illud tempus quo Mundus eſſet effectus, certi quidpiam aſſequi non potuerunt, quamobrem, & digitis (vt prouerbio dicitur) micabant in tenebris.

Secunda ratio.

Varia Simplicij lectio.

Sed expedit primùm audire D. Aug. lib. 18. cap. 14. & protinus dicendi finem faciã. Itaq; ille hunc in modũ, & rectè profectò nos admonet; *Nos, inquit, in noſtra religionis hiſtoria fulti auctoritate diuina, quidquid ei reſiſtit, non dubitamus eſſe falſiſſimum, quomodolibet cætera ſeſe habeant in ſæcularibus litteris, quæ ſiue vera, ſiue falſa ſint, nihil momenti afferũt, quo rectè beatè q; viuamus. hæc ille.* Quapropter quod Euſebio pridem, hoc mihi nunc quoque magis arridet, videlicet Marcum Varronem præ cæteris auctoribus doctius veriusq; controuerſiam hanc explicaſſe. Etenim referente etiam Cẽſorino libro de Natali, cap. 17. tria Mundi interualla ille ſtatuit, quorum primum à principio hominum ad Cathacliſmum protrahebat, atq; quot annorum extiterit comprehendi poſſe negabat: ſecundum à Cathacliſmo ad primam vſque Olympiadem, quod & *Mithicum* hoc eſt fabuloſum pru-

Summa explicatio totius propoſiti problematis.

denter

denter vocabat: de eo enim fabulosa permulta à scriptoribus narrantur. Tertium ducebat ab hac Olympiade ad sua illius tempora. Hoc autem historicum ideo nuncupabat: quia veris narrationibus res gestas scriptores permulti litteris consignassent.

LECTIO SEXTA.



VAE de anteriori Mundi ætate disseruimus, suo veluti iure à nobis postulant, vt de eius posteriori vita, subsistentia, & duratione nonnulla quoque in præsenti dicamus: quod & me facturum recipio, hac tamē lege & cōditione, vt nemo curiositatis aut superstitionis, aut denique malè collocati temporis ideò me redarguat; quod nonnullorum obscurissimorum auctorum ineptias verius, quàm monumenta accuratissimè etiam legerim, atq; adeò quòd non aquieuerim Arist. & Quintiliani consilijs, qui abstinēdum esse monent ab euoluendis hoc genus schedis, & Auctoribus: Nam, & si fatear sic illis visum fuisse, mihi tamen quod norim vel olitorem interdum esse opportuna loquutum, & imbecilla contemptibiliaque illis, à Domino crebrò præferri, quæ ob ingenij eruditionisque magnitudinem excelso illustrique loco ab hominibus habentur: placuit semper cum D. Hier. in Epistola ad Pamachium & Occeanum, omnium tractatorum volumina legere, quos de propositis mihi ad dicendum argumentis scripsisse noui, vt eorum videlicet lectione ingenij mei tarditatem iuuarem. Et expertus profectò sæpe sum, inde lucri quamplurimū ad me aliquādo accessisse, vbi aliorum opinione minus sperandum fuerat: at verò odor lucri videbatur Vespesiano Principi ac fortè etiam Platoni in Hiparcho, semper bonus, ex quauis ei quoque re contingeret. Sed iam præfationem missam facio, & rem ipsam Deo auspice, aggredior.

Quæstio de duratione Mūdi. Quæro ergo num vel saltem probabilibus rationibus (quæ nihilominus subsistant) possit supremus vitæ annus Mundo assignari; atque adeò de secundi ad nos aduentus Saluatoris Domini nostri Iesu Christi die, grauioribus coniecturis edoceri? Etenim non posse exactè ac certo sciri omnes fatentur. Matth 24. Marci. 13. & Act. 1. in hac autem percunctatione gemina est, & contraria Doctorum Virorum sententia: qui cùm scripturarum testimonijs & argumentis omnes nitantur, partesque celebres vtro bique sint, præstat (iuxta Auer. consilium in destructionibus disput. 2.) eorundem rationes seorsum examinare.

Prima opinio, breuē assignat huic Mundo vitam. *Prima ratio.* Sunt igitur complures qui affirmant Spiritum sanctum in sacris Biblijs hinc inde multa scripsisse, ac veluti seminasse & præcipuè in libro Apocalypsis, quibus mystas suos, & studiosos ad moneret Mundum agere nunc postremum silicernium, nec prorogari proferrique diu posse eius interitum & funus. Primum quidem: quoniam D. Paulus primæ. Cor. 10. *Secunda ratio.* dixit, *Nos esse in quos fines seculorum deuenerunt*, & D. Ioannes in sua prima Epistola. cap. 2. tempus hoc appellauit *Nouissimam horam* secundo: quia iam dudum euenisse signa ille visuntur, quæ Lucæ 17. & 21. antecessura

Mundi obitum dicuntur. Et cum primis, impurissimi hominum mores, & Ecclesiæ grauissimæ persequutiones. *Tertia ratio.*

Ad hæc proferunt ij fermè omnes Heliæ sanctissimi Vatis oraculum Hebræis celeberrimum, & sacrosanctum, & à Patribus permanus, (vt aiunt) acceptum, nimirum, *Sex mille annos duraturum esse Mundum*: quam rem inde etiam maiores nostri quidam colligunt, quoniam sex diebus scribitur Deum creasse, uenustasseque Mundum, si quidem D.P. in 2. epistola cap. 3. ait, *Diem vnam apud Dominum esse mille annos, & mille annos sicut vnam diem*: & ante hunc Dauid Psal. 80. *Quoniam mille anni ante oculos tuos* (inquit) *tanquam dies hesterna, quæ præteriit*: & sic sanè ratiocinātur eruditissimi Patres, Ireneus lib. 5. Lactantius lib. 7. cap. 14. D. Hier. in Epistola ad Cyprianum, apud quos prætereà legimus, *Vt sicut Deus sex illos dies in tantis rebus fabricandis laborauit; ita quoque vt Religio eius & veritas, in his sex millibus annorum laboret necesse est, malitia praualente ac dominante: & quando aduenerit septenarius numerus & octonarius, exercebitur tunc verus sabbatismus, & reddetur circuncisionis puritas*. hæc & id genus permulta apud eosdem legere est quibus intelligimus, & ab eo dierum numero, quo conditus scribitur Mundus, & ab Ecclesiæ persequutionibus, quas experiebantur, ac denique, vt Lactantius lib. 7. cap. 7. testis est, quòd putarent suis eorum temporibus iniquitatem, & malitiam vsque ad summum gradum creuisse, magnopere fuisse commotos, vt arbitrarentur aduentum Domini non admodum procul esse, ac proinde non nisi totidem annorum millibus duraturum hunc orbem. sed & D. Cyprianus, qui ad Fortunatum de exhortatione Martyrum dixit, *Sex millia annorum iam pœnæ complentur, ex quo hominem Diabolus impugnat*, cùm scriberet ad Cecilium de sacramēto Dominici calicis lib. 2. cap. 5. disertè sic ait: *Et quia iam secundus eius aduentus*, *Domini* videlicet, *nobis appropinquat*: & Sermone 4. de mortalitate, *Corruente*, inquit, *iam Mundo, & malorum infestantium turbinibus obsesso*; vt facilè ad ea respexisse videri possit, ad quæ & priores illi, quos commemorauimus, inspexerunt; nimirum & ad numerum illum sexenarium, ac prætereà ad Ecclesiæ vexationes & perturbationes, quas & Lactantius deplorat, quarumq; causa D. Basilius Epistola 71. quæ est ad Alexandrinos subhęsitat (interrogatiuè enim loquitur) extremum tempus instare: & D. Hier. in Cathalogo Iudam quendā Doctorem adducit, qui de septuaginta apud Danielem hebdomadibus disputans, & Cronographiam superiorum temporum, vsque ad decimum Seueri annum perducens, in eò tamen lapsus sit, *quòd aduentum Antichristi circa sua tempora futurum esse existimauerit*: & hoc ideo, *quia magnitudo persequutionum, præsentem Mundi minabatur occasum*. Denique ab Ecclesiæ fermè incunabulis ad hanc vsque tempestatē magnos viros hæc suspicio tenuit, si quidem Thessalonicenses viuente D. Paulo inuasit, quos & grauissimis verbis propterea consolatur, & longius abesse edocet, quàm existimarent. 2. ad Thessal. 2. ac denique tanquam per manus tradita peruenit ad Ireneum, qui sub Commodo maximè floruit, anno videlicet Domini 175. & inde ad Iudam illum de quo modò dicebamus, qui circiter annum ducentesimum Domini vixit, & mox ad Cyprianum

Quarta ratio.

Ab Ecclesiæ incunabulis ad hæc vsque tempore magni viri adesse diem Domini prę se tulere existimauere.

num,qui ducentesimo & trigesimo, vel(sicut Trithemio visum est) 249. & ad Lactantium, anno trecentesimo vigesimo,& inde ad D.Basilium, locis citatis,atque ad D.Ambrosium,in oratione pro Satyro fratre, circa annũ quadringentesimum,quo tempore & Ioannes Monachus (quem Andreas Masius vir doctissimus in margine Chrysostomum esse putat) sermonem reliquit de occasu huius Mundi, & de venturo Mundo nouo, teste Barcepha, parte prima,& profectò hom.33.in Ioan.Ita Chrysostomus loquitur. *Non longè à fine absumus, sed iam Mundus properat: hoc bella, hoc afflictiones, hoc terræmotus,hoc extincta charitas, significant.* Et confestim ad D.Hieronymum,anno quadringentesimo vigesimo,& ab his ad D.Grego.Papam in Homilia, *Erunt signa.* qui circa sexcentesimum Domini,annum Ecclesię præfuit,& inde fermè ad omnes gradatim sequentibus Ecclesiæ temporibus peruenit.Nam referente Sigisberto in Cronicis,fuit vulgò hac de re frequenter trepidatum,præsertim autem annis sexcentesimo septuagesimo,& septingentesimo nonagesimo tertio;& per Galliam circiter annum Domini millesimum: *Quod euenisse fortasse potuit*, inquit Gulielmus Lindanus in præfatione suæ nunquam satis laudatæ Panopliæ, *ex millenariorum reliquijs*: cui profectò assentiri ipse neutiquam possum. Primùm enim,non sic dicti millenarij sunt, quia ab Ascensione Domini ad eius vsq; iudiciũ decursuros annos mille arbitrarentur: sed quia existimarent Dominũ esse regnaturum in terris post electorum primam resurrectionem (quandocũque illa futura esset)annos mille. Secundo,longè breuius tempus ab Ascensione Domini ad primam resurrectionem vsq; decursurum millenarij putabant,si Lactãtio credere voluerimus. qui censeri eorũ vexillarius potest, vt mihi quidem videtur,quòd fusius splendidiusq; quàm Papias Irenęus, Tertullianus,Victorinusq; & alij hac de re scripserit.lib.7.cap.25.ait:*Rem ipsam declarare lapsum ruinamq; rerum breui fore*, hoc est,expletis à Mundi origine sex mille annis:& verba hæc illicò subdit: *Quanquam inuicem dissentiunt aliquantulum in hac colligenda summa scriptores: expositio tamen omnis,non amplius quàm ducentorum annorum est*. hæc ille: quibus planè verbis patenter docet,expectandam esse primam resurrectionem annum circiter quingentesimum vigesimum à Domini resurrectione. Sed neque D. Epiphanius contra Hæreses,Tomo 2.& D. Hieronymus in Ezechielẽ cap. 36.& ad Aedibiam q.2.memorię aliquando prodiderunt, millenarios vel inde dictos,vel etiam existimasse,post annos mille,Dominum esse reuersurum ad nos:quinimmo nec D.Aug. de Hæresibus hæresi 8. qua Cerentianos,Coriphęos,Chiliastarum facit (cùm tamen D.Hieronymus Cerentianis suppressis,Papiam,& cæteros iam iam à me accersitos Patres,huius fabulæ (ex aliorum tamen fide) auctores fecerit. Nec Isidorus lib.8. Aethymol.cap.5.& habetur 23.q.3.cap.penult.vbi Augustinum sequitur,huiusmodi quidpiam millenarijs adscribunt,vt proinde nõ ex eorum reliquijs oriri potuerint pauores illi eo anno in Gallias præsertim,& inde rectè existimasse rerum non imperitos,tot Monachorum Cęnobia eo sæculo fuisse extructa sicut Lindanus scribit:sed contigisse id ego profectò existimo, ob insignem præcipuè,ac celebrem Monachorum sanctitatem, quæ magnis

Examinatur opinio Gulielmi Lindani in præfatione Panopliæ.

Prima ratio cõtra illam opinionem.

Secunda ratio.

Sed & Theodoretus lib. 3. in his millenarijs nepotem quendam recenset Episcopum Ægyptium.

Tertia ratio.

Reijcitur Lindani & quorũdã suspicio,cur tot monasteria circa annum Domini millesimum extructa fuerint.

Principibus

Principibus conspicua cùm esset (miraculis enim, Prophetiæq; Spiritu multifariam illi à Deo ornabantur) ad puriorem Christianismum, suis opibus præferendum, eos non modò alliciebat, verùm etiam compellebat: quamobrem & repudiato, ac generoso quodam animo contempto Mundi fastigio, visi sunt permulti vtriusq; sexus summi viri, humili demissoq; habitu induti, famulatum Deo gratissimum præstitisse. Sed fortè vir ille doctissimus, *Millenarios* istic appellauit, non peruulgatos illos, quorum meminimus, & qui passim hoc nomine à doctis intelliguntur: sed quos D. Aug. lib. 18. de Ciuitate Dei. cap. 53. refert, tantum temporis decursurum existimasse ab Ascensione Domini, ad eius aduentum vsque: cuius verba hæc sunt: *Quos tantum alij quadringentos, alij quingentos, alij etiam mille ab Ascensione Domini, vsque ad ultimum eius aduentum compleri posse dixerũt:* Sed si (hæc ita se habent) & ad hæc Augustini verba ille respexit, primùm quidem vel aliqua periphrasi hoc studiosis indicare debuerat, ne in voce æquiuoca laborarent: deinde à nemine probato auctore (quod nouerim) hi millenariorum nomine simpliciter hucusque venerunt. Similiter enim, priores, quingentarij, & quadringentarij dicti fuissent: quos loco citato D. Aug commemorat.

Compelle eos intrare. Lu. 14

Qui fortè dicã tur Lindano Millenarij.

Neque tamen satis propriè, & accommodatè Lindanus loquutus esset.

Atqui redibo vnde digressus sum, & à millesimo ad annum Domini 1140. venio, in quo D. Bernardus claruit: qui & similiter existimauit, à signis in scripturis traditis, suo propemodum tempore venturum esse Dominum ad iudicium: quod etiam Ambrosius Catherinus in Commentarijs 2. cap. Epistolę secundæ ad Thessal. hac nostra fermè ætate adnotauit. Abbas autem Ioachin, paulò D. Bernardo posterior: floruit enim, si Vincentio Beluacensi credimus, anno 1185. at verò si Trithemio 1200. ita Apocalipsim interpretatus est, vt Mundi terminum diffiniret intra geminam generationem esse futurum, hoc est, intra annos sexaginta. quo tempore & Cyrillum quendam Carmelitam, dedisse ad eundem Ioachinum Angelicum quodam oraculum de tempore Christi aduentus idem Trithemius scriptum reliquit. Et vsque adeò hic rumor & metus subinde homines occupauit, vt Magister Ioannes Parisiensis Dominicanus, anno Domini 1300. Tractatum de Antichristi foras dederit eruditum sanè, & accuratum, in quo (absque asseueratione tamen) iudicium in longius tempus proferebat, etenim ad annum 1569. (quem gratias Deo nuperrimè absoluimus) sua supputatione (vt mihi quidem uisum est) relegauit. Arnaldus autem de Villanoua Ioannis Sincronus floruit, siquidem Anno 1310. interuallum aliquanto breuius contractiusque eidem assignabat. videlicet circiter annum Domini 1326. quemadmodum D. Antoninus tertia parte historiarum titulo 21. c. 2. memoriæ prodidit, Sed & legi, Hubertini Minoritæ, à Casali, tractatum de septem statibus Ecclesiæ, qui Ioanni, Arnaldoque coetaneus fermè fuit, rudem profectò, & indigestam rerum congeriem; legi & Thelesphori cuiusdam Heremitæ libellum (Dolone obscurioris) de magnis Ecclesiæ tribulationibus, quem iuxta sui cerebri figmenta (vt ego quidem sentio) consarcinauit, vel sicut epistola præliminaris ait, ex libellis Methodij Episcopi & Martyris, & illius Abbatis Ioachini, cui

Sunt qui generationẽ faciunt triginta duntaxat annorum & sunt qui in tempus longius protrahunt.

cni mirum est, quantum ætas illa vulgo tribueret, exque Cyrilli & Merlini, ac Danduli cuiusdam uaticinijs (cuius ego scripta non legi:) & profectò incredibile est, quales, quantasque ineptias de Ecclesiæ reformatione, de Antichristo, aç de Papa Angelico in eo effudit. Proferuntque ij omnes, vt suadeant instare præ foribus diē Domini, sacerdotū & populi deperditā vitam, & contaminatissimos mores: indeq; colligunt fieri nō posse, vt non sit admodū propinqua Dei vindicta, quā in vniuersum orbē desęuiat. Nam & Dominus notē hanc dedisse videtur Lucæ 17. vt dicebam, & alibi.

Argumentum præcipuum & commune, Doctorum quos recensuimus.

Iam verò ita subinde quoque percrebuit rumor hic, vt Hispanias etiam peruaserit. Siquidem D. Vincentius, qui anno Domini 1415. floruit, sic pseudo Christum præsentem populo suis concionibus scriptisque faciebat, vt existimarent per multi eum iam aduenisse & viuere. Porrò autem meminit Epistolæ Viri huius Sanctissimi, quam de re hac scribit, Sanctus Antoninus 3. par. titulo 23. cap. 8. qui superiore quoque titulo cap. 27. ad notauerat Manfredum quendam Vercellensem Ord. Præd. sanctitate, & eruditione celebrem, identidem similiter prædicasse. Sed & Aliacensis in tractatu de concordia Astro. veritatis & narrationis historicè, cap. 60. & 61. (quem tunc temporis scribebat videlicet anno Domini. 1414. sicut in calce operis ipsemet aperit) ex astronomicis indicijs. & cum primis ex octaua coniunctione maximè suspicatur futuras magnas & admirabiles Mundi alterationes, & fortè etiam venturum esse Antichristum anno Domini 1789. Ab his ad Nicolaum Cusanum Cardinalem peracuti, ac per illustris ingenij hominem propero, qui cùm de nouissimis diebus speciali libello permultas attulerit coniecturas, minori tamen numero coniectura eundem libellum inscripsit, fortè, vt significaret huic vni se præcipuè ac præ cæteris niti, qua componit Ecclesiam Christo Domino, & illius in terris peregrinationem & gesta accommodat huius peregrinationi & gestis, cæterasq; ad hanc vel firmandam, vel illustrandam subdidisse. Docet autem Christi ætatem annorum triginta quattuor extitisse, eamq; triginta quattuor Iubileis Ecclesiæ adaptat, ac inde inducit (satis obscurè) Christi resurrectionem Antichristo deuicto, futuram circiter trigesimum quartum à resurrectione Domini Iubilæum, qui in annum 1700. incidit: sed tamen hanc ita prorogat, vt futuram esse nihilominus dicat, ante annum Domini 1734. addiditque se ignorare quantum interualli inde futurum sit ad Ascensionem Ecclesiæ ad Cęlum vsque. Affert etiam & Philonis testimonium, qui dixerit diluuium (qui fuit prima Orbis purgatio) in Iubileum 34. post primum Adamum incidisse; vt proinde rationi consentaneum esse videatur, secundam Mundi purgationem quæ igne facienda est, similiter in 34. Iubileo post secundum Adamum venturam: Hæc & id genus alia quædam affert, quæ ab alijs pridem allata etiam fuerant, vt rectè dixeris crambes recoctas, vno Dei oraculo excepto, quod suis monumentis eundem Philonem scriptum reliquisse ait. Etenim cum Moses Deum rogasset, vt inquit, quantū temporis præteriisset, quantumq; præterea ætatis Mundo superesset, sic idem respondisse Phylo scribit, *Duo semis transierunt, ac semis duo supersunt*. intelligens priora duo semis, tēpus

quod

quod intercessit cũ ab Adamo ad Cathaclismũ,tum ẽt à Cathaclismo ad eundẽ Mosem:alia verò duo,illud quod à Mose ad Christũ,& quod ab eo ad Ecclesiæ resurrectionẽ vẽtura erant. Admirabar profectò,cùm hæc legerẽ,& cõsiderabã doctissimũ alioqui & acutissimũ hoĩem nõ animaduertisse q̃ hæc sint infirma,& à solidioribus ingenijs aliena,passimq; irrisa.Quę.n.superiori proxima prælectione de anteriore Mundi ætate disserui,& quæ de Philone illo ex doctissimorũ hoĩum censuris recẽsui,vel à fundamentis hæc oĩa euertũt. Floruit aũt Cusanus,vt eodem loco ipsemet scribit,anno Dñi 1452. Ab eo aũt ad Fratrẽ Amadeũ in suis reuelationibus,siue,vt ille loquitur,Apocalipsin, & ad Fr.Hieronymum Sauonarolã (vt ferũt) progressa est hæc instantis diei Dñi opinio,quorũ tẽpestate Ioan.Picus ad miraculũ vsq; doctus,in cõclusionibus illis Cabalisticis,quas iuxta propriã opinionẽ defendendas Romæ proposuit, iuuenili quidẽ,sed generoso tñ ausu,in cõclusione nona,sic dixit, *Si qua est de nouissimis temporibus humana cõiectura inuestigare possum per secretissimam uiã Cabalæ,futuram cõsummationẽ sæculi hinc ad annos quingẽtos,ac quattuordecim, & dies viginti quinque,* & rursum in qõnibus,ad quas pollicetur se p numerũ respõsurũ. *Similiter quando futura sit sæculi cõsummatio,* loco 38.ait, *Et per Cabalam,& per numeros res tãta inuestigari & è tenebris educi potest.* Emisit iam verò conclusiones illas sub Innocentio viij.anno Dñi 1480.quibus si supposueris, 514.summa tibi cõsurget 1994. At verò post hũc Frãciscus quidã Meletus sub Leone X. & nuperrimè Ioã.Federicus Lumnius,tanta diligentia,tantoq; Scripturarum Sãctarũ apparatu,totq; Patrum testimonijs instructi hac de re scripserũt,vt cũ eorũ percurrerẽ libellos,prioris quidẽ *Quadriuium temporum Prophetatorum*,posterioris verò *De extremo Dei iudicio,& Iudæorum uocatione* inscriptos,non semel in mentẽ mihi Xersis,Persiæ Regis, sñia venerit: Etenim cũ hic(referente Suida)magnos Græcorũ labores intellexisset propter Oleam,quam Arist. καλλιστέφανον vocat,ex qua victores coronabantur,Qũo(inquit)isti pro libertate pugnabunt?Perspiciebam.n.si in re meliore sui vires ingenij hi doctores exercuissent,futuros illos præclara immortaliq; gloria præ multis alijs in Ecclesia dignos.Illis igitur instructissimis locupletissimisq; libellis,prior quidẽ iudiciũ futurũ esse pronunciauit intra annũ Dñi 1530.& annũ 1540.vt fortè viri huius scriptis, pseudoprophetę Lutherani futurũ iudicium anno Dñi 1533.ita cõstanter affirmauerint,vt referẽte Cocleo in actis Lutheri,certum quoq; diẽ, temerarij imprudentesq;,definirent:quãobrẽ & abstinuerunt permulti ab ædificijs & ab agricultura,& fuerũt quoq; nobiles nõ pauci qui Eucharistiã eo die(veluti cõfestim migraturi)supplices sumerẽt. Alter verò & patẽter & sapiẽter sui nõ esse propositi testatus freqũter est,certũ aliquod tp̃s futuro iudicio determinare:sed sibi hoc vnũ velle,nequaquam hinc in longinquũ id esse differendũ,& cũ coniecturas, rationesq; ac testimonia proferat, vrget præ cæteris conuersionẽ Indorum ad fidem, quos oĩum postremos daturos Christo Dño nomẽ Esaias 18.cap.(vt cõtẽdit) cumprimis testatur.Sunt aũt Esaię verba hęc, *Ite angeli veloces ad gentẽ conuulsam & dilaceratam,ad populum terribilem,post quem nõ est alius;ad gentem expectantẽ & conculcatam.* Huic & Iacobus Naclantus in pludijs suæ Medullæ cap.4.fermè subscribit,quãquã nec hac nititur cõiectura:& huc inclinare aliqñ,vr̃ probabile esse,vt anni Iubilei analogiã habuerint cũ annis vitæ Christi:quod & Cu-

F sanus

sanus antea dixerat, atq; adeò vt à Christo Dño ad finẽ vsq; Mũdi intercessuri anni 160 . . sint, & 56. sed nutat tñ, ac subhęsitat. Cardanus verò li. 2. de varietate cap. 2. ex octauæ sphęræ motu diuinat magnam futurã mutationẽ in lege Christi anno Dñi 1800. & fermè cõsentit Aliacensi, q dixerat anno Dñi 1789. quãuis hũc minimè citet. Vt ex his oĩbus, duo nobis certa, explorataq; hucusq; sint: Primũ quidẽ ab Ecclesiæ infantia: &, vt dicebã, cunabulis, existimatũ à permultis magnis viris fuisse, hãc esse postremã Orbis ætatẽ eiusq; interitũ, & funus p̃ foribus veluti adesse, ac proinde ẽt, instantis diei Dñi opinionẽ, sensim perpetuoq; in ea adoleuisse. Alterũ verò eos oẽs hallucinatos esse, & falsos qui certũ ac determinatũ tp̃s eidẽ definire ausi sunt (Aliacẽsi, Cardano, Cusano, & Pico, exceptis, de quorũ opinionibus posteri iudicabũt.) Quã tẽ D. Aug. 18. de Ciui. Dei. c. 53. & S. Tho. 4. d. 43. art. 3. q. 2. iampridẽ quoq; adnotarũt, vt satis admirari nõ desinã, cur recẽtiores tãtopere laborẽt ẽt nũc, vt hoc tp̃s vel aliqua saltem cõiectura diffiniãt, cũ perspexerint frustra eorũ maiores hac in re laborasse. Et sanè post illos velle huic rerũ cursui & ordini determinatũ quoddã tp̃s & certũ annũ aduẽtus Dñi ad iudiciũ determinare, insignis cuiusdã leuitatis, & audaciæ (vt dicã quod sentio) nõ tã cõiectura q̃ argumẽtũ perspicuũ est. Nec possim populares concionatores à graui culpa eximere, cũ plus nimiũ q̃ par est, de suggestu imperitæ multitudini hęc obtrudunt. Non sunt. n. p̃dicãda q̃ certa nõ sunt; sicut S. Tho. grauiter p̃fectò, docuit, cũ in principio opusculi 12. inficiatur, p̃dicandũ esse in stella quã Magi viderãt, crucis notã fuisse, quod Ecclesia minimè hoc exploratũ habeat. Rectè profectò venerab. Beda de tẽporũ rõne. c. 6. dixit, *Omnes quidẽ Sanctos horã aduentus Domini diligere, 2. Thimoth. 4. ac vt propè sit desiderare: sed eos satis periculosè agere qui hanc propè esse, aut longè putare, vel prædicare præsumũt* Adde, fortiora esse argumẽta q̃ illos Doctores ab illa sñia dimouere debuerãt, quàm q̃ in illã induxerũt. Et primùm: qm̃ Dñs cùm dixit diẽ iudicij latere ẽt Angelos, satis patẽter acutis exposuit, nostro studio nostraq; diligẽtia, nec certo sciri à nobis id tp̃s posse (quod & ij quoq; fatentur) nec vlla solida probabilitate prȩterea cõiectari. Diẽ. n. non in propria & pressa tm̃ significatione capit, vti diuinatores quidã cõminiscũtur: sed quẽadmodũ nõ rarò in Scripturis fit, latius videlicet pro tpe: & locũ perspicuũ qui hoc demõstrat, sequẽti capite habebimus. & D. Aug. Epist. 78. cõtestatur, vt proinde liceat sic inferre, Si Angelis qui vsq; adeò hoĩbus præcellunt, quiq; facilius ea norunt, ad quæ mens nostra pertingere studio scripturarum & industria põt, quibus sua arcana Deus hoĩbus patefacit, vti D. Dionysius de cælesti Hierarchia. c. 4. scribit; tp̃s id oĩno abscõditum esse uoluit, hoc est, quòd nec coniecturis consequi possent: quantò magis hoĩbus? ergo humanę cõiecturę oẽs, incerte profectò ĩ re hac cõsequẽda sunt? Rursum, cùm Dñs, Actor. 1. Apostolis inquit, Nõ est vestrum nosce tẽpora: nõne ẽt exposuit coniecturis cõstantibus rẽ hanc cõsequi nos minimè posse? Etenim, sicut D. Leo Papa in sermone quodã ait, *In Apostolis suis totam Ecclesiam Dñs erudit*: quare cũ eis notitiã oẽm, hoc est, vel inuentione, vel disciplina, vel argumẽtis, vel cõiecturis parabilẽ, tanquã quæ ad hoĩes minimè pertineat penitus deneget; mihi profectò vr̃ spem quoq; oẽm nobis qui longo interuallo subsequimur Apostolos, præcidisse, tẽpora illa cognoscẽdi, atq; adeò inanẽ & frustratoriam esse oẽm nostrã operã, quam in hanc rem cõsequẽdã curiosi impendimus.

Primũ quì ex inductione facta colligitur, est fuisse semp creditũ diẽ Dñi nõ procul abesse.

Secũdũ eẽs eẽ deceptos qui determinatũ tp̃s aduẽtui Domini assignarũt.

Simile quid piã legitur in Lateranensi Concilio sub Leone decimo.

Primũ argumẽtũ cõtra illos q diffinire ẽs coniecturis certum tp̃s aduẽtus Domini audẽt.

D. Grego. Nazianz. lib 2. de Theol creatura illa supercælestis (inqt) ingenio multo q̃ nos summis sublimiore p̃dita, ac p hoc Deo p̃pior pius ab est a Deo. Deiq; perfecta cognitione q̃ sua dignitate antecellat humilem hãc nostrã naturam.

Scdm arg.

pendimus. Quod vt luculētius intelligas, perpende cām quam attulit: siquidē euestigio subdit, quòd in Patris potestate tēpora illa posita sint, hoc est, in arbitrio vel augēdi proferēdiq; vel ēt imminuendi, sicut Origenes tract. 30. in Mathæū adnotauit, pro videlicet humani generis meritis vel demeritis, innuēs, eum nōdum certi quidpiā de tēporibus illis prędiffiniisse, ac statuisse: q̄ nihilominus humano more dn̄r. Nemo. n. est qui nō fateatur, frustra dari operā cognoscendæ rei, q̄ nec in se ipsa subsistit, nec in sua causa, esse determinatum habet, cuiusq; nec veritas esse possit, nec falsitas. Et obserua, dixisse numero maiori tempora, q̄ in breui spacio nō solent dici, vt D. Aug. perpendit. nimirū vt annum in quo futurum iudicium est, atq; adeò & mensem ac diem similiter cōplecteretur. & sicut adnotauit D. Hiero. in Danielem cap. 12. tps annum significat. Itaq; q̄ antea dicebā, nunc denuò breuibus repeto: quod Apostolis denegatum esse ille ipse Dn̄s ostēdit, nōne similiter denegatum sequētibus Ecclesiæ Doctoribus ideò edocuit? q. certum sit Apostolos primitias Spiritus habuisse. Rom. 8. atq; adeò donis fuisse cæteris locupletiores, ad Eph. 4. vt p̄inde rectè acuteq; D. Aug. loco modò citato dixerit, *omniū de hac re calculatiū digitos hac sn̄ia Dn̄m resoluisse.* Cōfirmare hæc possem verbis Eccl. 3. q̄ alia scola examinaui. *Et Mūdū tradidit disputationi eorū, vt nō inueniat homo opus quod operatus est ab initio vsq; ad finē,* si nihilominus, ēt ad cognitionē q̄ scripturis acquiritur, illa extēdantur, & nostra p̄bata fuerit expositio, quinimmo, & Philastrij opinionē hęc quoq; verba euerrunt quā hesterno die cōfutabamus.

Ab eo enī qd res est vel nō ē, orō est vera vel falsa primo Periherm.

Digitis. n. veteres numerabant, de qua re Beda egregiè

cōfirmatio Te. t, ū arg.

Tertiò, miror, & magnopere quidē, qui fcm̄ fuerit, vt Patres oī laude alioquin maiores, nō aīaduerterint suo eorum tpe illā Daniel. c. 8. insignē. Abhominationem, & generalē à fide apostasiā, de qua D. Paulus. 2. Thess. 2. loquit̄, nōdū cōtigisse, & proinde, veluti per cōsequētiam, nō cogitauerint iudicium Christi vsq; adeò vicinū eis esse nō posse? Quartò, Dn̄s docet fore oībus gētibus promulgādum, & præconizandum Euangelium Regni, antequā veniat: atqui nōdum eorum tēpore hoc cōtigerat, ac nōdum cōspexerant plenitudinem gentium intrasse in Christum, nec Israelē oēm saluatum: de qua re ad Ro. 9. Paulus scribit. Num verò nostra hac ætate illud p̄dicatum vbiq; fuerit? Lumnius certè arbitrat̄ fuisse p̄dicatum, ac Indos esse operarios illos q vndecima hora intrauerint in vineam patrisfamiliàs: mihi verò nec ille, nec quisquam p̄terea alius hæc ita se hr̄e hucusq; persuasit: q̄ nihilominus, si cōtentiosis concederē, nihil inde à me obtinere oēs p̄terea posset, q̄ qd nō antea vēturus sit ad iudicium Dn̄s, nisi vbiq; de eo cōcionatum antea fuerit: quod nos in p̄senti ēt docemus, & priscos aīaduertere debuisse contēdimus. Atqui cōtrouersia nostra de eo nunc est, num illico, numq; parùm, aut multùm postea atq, p̄dicatum Euāgelium oībus Gētibus vbiq; fuerit, vēturus ille deniq; sit: ac p̄terea, num semel tm̄, & non pluries operarios suos ad eandē excolēdam vineam, hoc est, ad eosdē populos edocendos excitandosq; ad meliorē frugem Dn̄s missurus sit. Etenim quēadmodum vnum eundemq; hoīem, crebrò multisq; modis ad se uocat, ita scripturę Math. 23. Heb. 1. & alibi testant̄, Deū nō semel eundem collapsum populū admonere, & ad se accersire, ac per suos ministros ad fidē instaurare solere: quis fortè cùm certū, à Dei prouidentia suorū scelerū designatam lineam attigerit, & definitam mensurā, vt Dn̄s loquitur, cumulatè impleuerit; tanq̄ reprobatus cōtēptui à diuina iustitia postmodū habeatur. Qui rē

Nō me latet D. Hiero. & alios quosdā, aliter intellexisse locum Danielis, sed probabilius esse arbitror seniore, vt cum Pauli loco consentiat.

4. argum. Math. 24. Marci. 16.

Nec n desunt q ferme tēporib. Apostolorū innulgatū fuisse cunctis populis Euāgel. arbitrantur pp verba D. Pauli ad Ro. 10 nū. quā nō audierūt, &c. q̄ tn̄ cōmodiorē sensum hn̄t.

Nota.

ego definire non audeo, & cõtrouertunt Ambros. Catherinus, & Dñicus Soto lõgiore disputatione: & scitũ est illud oraculũ, *Nondũ impletæ sunt iniquitates Amorræorũ*. Sed nihilominus hoc ipsum quoq; abditissimum est in scia Dei, qñ s. hanc ipsam mensurã qlibet populus impleturus sit. Non igitur satis tuta cõiectura est, ac multò minus ẽt necessaria annunciatum fuisse oĩbus populis Euãgelium, vt certò credatur cõfestim venturum esse Indicẽ Christũ: sed sciri oporteret hanc vel illam Euangelij inuulgationem esse postremã, q̃ Dñs orbi decreuit. atqui hoc arcanũ est, nobis penitus imperscrutabile. Porrò aũt aduerbiũ tẽporis, *Tunc*, quod video ab his minus diligẽter perpendi, nõ semper pro *cõfestim*, & *euestigio*, Scripturæ capiunt, sed interdũ, quoq; pro eo quod est *Postea*, ac temporis interpositionẽ & moram nõ excludit. Quantũ verò attinet ad Indos, nõ desunt qui scribũt vestigia q̃dã p̃dicatæ illis iampridẽ Christianæ Religionis fuisse apud quosdam eorum & cumprimis Crucis adorationem. sed expediet legere Michaelis Bucchingerij historiã Ecclesiasticã pagina 203. & Franciscum Lopez in sua generali Historia cap. 54. & ante vtrunq; Franciscum Fernãdum Cordubensem: vt neq; hoc satis firmum sit, quod Lumnius firmum esse cõtendit, videlicet Indos postremos esse populos qui Euangelium audierũt; vt p̃teream D. Hiero. Haymonem, S. Tho. F. Adamum, locum Esaiæ illum quẽ Lumnius ad Indos sua expositione accõmodat, iampridẽ ad Aegyptios magna cõsensione retulisse. Nec Forerius lõgius abit, qui Indorũ cõuersionem probe nouit, q̃q̃ scribit significari interiorem Aegyptum, & partem illam Aethiopiæ, quã Presbyt. Ioãnes obtinet? vt proinde incerta hic oĩa fermè sint, q̃ ab his doctoribus tanquam certa proferuntur. Sed quid prætereã quod certum est, Irenæum, Lactantium, Cyprianum, Basilium, Ambrosium vidisse Imperium Romanum florentissimum, ac totũ fermè orbem insatiabili illuuione vorans? Quid rursum quod & posteriores, & si aliquantò mitius illud perspexerint & inclinatum, nihilominus quod adhuc perstaret, & quod vel in occiduis, & Borealibus regionibus vtcũq; floreret? vt Græcorum Imperiũ con sultò missum faciã, quod viuere illi ipsi perspiciebãt, eius nãq; funeri, non nisi longè posteriores à Ioachino, Cyrillo, & reliquis illis doctoribus interfuerunt, q̃q̃ & id ad Romanum spectare doctioribus cõstat. Quãobrem inuenias Chronographos, qui ob id eius Imperatores (Turcas quamuis) in cõscribendis subducendisq; Ecclesię annalibus, nunc quoq; accersiunt. Quod tñ Romanũ Imperium, dum stabit, stabit & orbis, si assentimur D. Hieron. in 12. Danielis D. Aug. lib. 20. de Ciuit. cap. 23. & si Lactantio. lib. 7. cap. 15. visum sit aliqñ reuersiurum esse Imperium ad Asiam. Ad hæc, quis nouit statuisse Deũ nolle se Christiano Imperio veterem gloriam denuò impertiri; ac veluti instauratum aliqñ latissimè proferre? nõ ne ille perinde vocat ea, quæ nõ sunt, atq; ea quæ sunt? Quorsum igitur pro eo Ecclesia tota humilis, ac supplex precatur.

At verò ẽt Leo Castrẽsis ex sentẽtia Oecumenij, & Procopij longius multò à commentario Lumnij abit. Quintum argum.

Sextũ arg. Disputationis rectæ est nõ modo contradicere conclusioni, sed ẽt argumẽtis. Auct. 1. Phy. 22. Ad primũ contraria opin argumentum.

Cæterùm & illorum Doctorum rationes imbecilliores quoq; sunt quàm vt rem tantam aut statuere, aut persuadere hominibus acri ingenio præditis valeant. *Horam* enim quam nobis obijciunt, capiunt Scriptores sancti frequenter pro tempore, sicut ad Roma. 13. videre est: vbi Paulus dicit, *Hora est iam nos de somno surgere*. & cum ij sancti Scriptores, *Fines sæculorum*. rursum inquiunt, *ac vndecimam, & nouissimam horam*. planè intelligunt omne tempus à primo aduentu Christi, ad secundum vsque. Est autem frigidissima

gidissima expositio, quæ *horam* significare tempus bis mille annorum docet; & silentium *per dimidiam horam*, cuius meminit Ioannes Apoc. 8. prænotare quietem quam habebit Ecclesia Antichristo deuicto per mille annos. commẽtitia sunt hæc & illepida. Sit itaque hæc postrema Mũdi ætas, sit eius senium, aut etiam (si ij maluerint) silicernium: inde tamen non potest ei diffiniri certus vitæ terminus, quemadmodum nec potest hominis supremę ætati, certa temporis, vitæq; mensura statui: quam nihilominus communi consensione determinari (intra quandam latitudinem tamen) anterioribus ætatibus videmus, siue quattuor assignaueris, iuxta quattuor anni tempora; siue septem, iuxta planetarum numerum; siue, tria incremẽti videlicet, consistentiæ, & decrementi, quod complures eruditi faciunt; siue postremò geminam tantùm, iuuentutis nimirum, & profectus ad triginta quinque; & senectutis, ac defectus, ad finem vsque vitæ, quod nõnulli Medici volunt: seni profectò illud exploratum dumtaxat est, se viuere diu nõ posse, sicut, & iuueni semper posse mori, sicut D. Hier. in Epistola ad Marcellam, ait. Si enim mors certè constituta esset ætati, fieret homo insolentissimus, & humanitate omni careret: quemadmodum latè persequitur Lactantius in lib. de Opificio Dei. cap. 4. Sed trita vobis est Catonis sententia, apud Ciceronem, neminem esse vsque adeò senem, qui annum se posse viuere non putet: & cernimus à septuagesimo (qui vitæ nostræ communis statuitur terminus, Psal. 89. quamuis Auerr. 2. de generatione Aristotelem, quem honoris ergo Magistrum vocat, dixisse referat, vitam nostrã esse mediam inter annum septuagesimum, & nonagesimum) alios quidem migrare ocyus, alios tardius; & non deesse qui dextera centesimum cum Nestore computant annum, quamobrem & S. Thomas loco nuper citato quarti, scitè prudenterq; dixit, postremam hominis ætatem posse esse longissimã, ac (vt ego profectò opinor) nedum æquare, sed etiam superare annorũ multitudine eas omnes quæ illam antecesserunt: quæ res num venerit in mentem Lumnio, & Meleto, satis compertum non habeo. Porrò autem oraculum allatum non fuisse Heliæ sanctissimi ac maximi Prophetæ, rerũ euentus probat, & Gilbertus Genebrardus vir doctus & pius, qui Ecclesiasticã historiam, & contra trientarios non ita pridem emisit, extitisse alterius cuiusdam Heliæ Rabbini testatur, videlicet priore illo (vt arbitror) vitæ sanctitate, & doctrinæ merito longè posteriore.

Vide Naclantum in prælu. dijs suæ medulla.

In libello de senectute.

Ad secundum.

Iam verò signa quæ Matth. 24. Dominus interrogãtibus quattuor Discipulis dedit, vt ex Marco patet, non tam consummationem sęculi, quàm excidium Hierosolymitanum fore præcessura. Ioannes Chrysost. Theophilactusq; rectè adnotarunt. Quamuis enim Discipuli tria interrogauerint, quemadmodum D. Hilarius, & D. Hieronymus admonent, quo tempore, videlicet Hierusalem destruenda erat, quando ipse reuersurus esset in Mundũ, & quando futura esset consummatio sæculi; ita tamen Dominus eis respondet, vt eorum vtilitatem curiositati proferat, & neglectis percunctationibus alijs, priori tantum incumbit, & proinde (si his auctoribus credimus) contextus totus de excidio Hierosolymitano loquitur: quare & Dominus illos præparat, ac præmunit dicens, *Videte ne quis vos seducat*: videlicet

Ad tertium.

 putan-

putantes ex bellis,& persequutionibus instare diem extremum.& hic mihi commentarius magnopere placet.

Ad quartũ & quintum. Iam uerò & argumenta à numero dierum ducta, quibus conditus narratur Mundus, & à persecutionibus Ecclesię petita, leuiora mihi videntur, quàm vt in eis diluendis multam operam impendere debeam. Primùm enim, videntur hæc esse profecta ex priscorum Philosophantium figmẽtis: qui (teste Leone Hebræo Dialogo quinto) infernorum corporum materiam sex millibus annis non nisi germinare ac pullulare dicebant, ac deinceps septimo millesimo quiescere. Rursum, falsos fuisse illos in aptandis sex millibus illis annis sex opificij Mundi diebus, testatum facit, quòd præterijsse sex illas annorum Myriades, iamdudum eruditioribus est in confesso (quamuis & Leo ille,& alij quidam negent) & materiæ quies illa, ac sabbatismus adhuc non venit: nec circuncisionis puritas (vt Sancti loquuntur) nobis (quod videamus) imminet. Deinde ostendit Diuus Aug. lib. 20. cap. 23. millenarium numerum vniuersitatem temporis designare, sicut,& centenarium denarium, ac septenarium: vt proinde, cùm dicit Dauid, *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna*, audiendus proinde sit, ac si primùm accusaret nimiam temporis celeritatem & fugam, & deinde sibi coram,& tanquàm ob oculos sisteret, vniuersitatem temporis vitæ suæ, quantumcunque illud futurum esset; ac dicere uoluerit, id comparatum æternitati (quam illis verbis exprimit, *ante oculos tuos:*) esse breuissimum, hoc est nullius morę nulliusque consistentiæ. nam inquit, *sicut dies hesterna quæ præterijt*, prorsus videlicet,& quæ nihil sui habet. Sed age, nonne & ante Dauidem, Iob hoc idem sæpe inculcauit? lege. cap. 7. 10. 13. 14. Hoc verò hic ipse Rex & Propheta. rursum Psal. 38. ita repetit: *Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos*, siue, vt Hebraicè legitur, *Ecce palmarũ*, hoc est tam breues, vt palmis metiri liceat: *& substantia mea*, hoc est, subsistentia mea,& duratio, *tanquam nihilum ante te*,& euestigio. *Verùm tamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*, hoc est bonæ fortisq; temperaturæ, validus, robustus, & qui ꝓpterea videtur aliquid insigne esse præ multis. Et hoc quoque Iob cap. 7. deplorat. *Nihil enim* (inquit) *sunt dies mei*. & D. Petrus loco citato similiter aperit,& fortè cõplures Sancti, qui se minimè dubitare dixerunt iudicij diem esse vicinum, respexerunt cumprimis ad hanc temporis pernicem velocitatem, vitæque nostræ breuitatem, & ad æternitatis consistentiam & immobilitatem. Non igitur loca hęc vel de tempore vitæ maioris Mundi, vel de analogia annorum, cum diebus quibus fuit absolutus & expolitus, loquuntur. Extranea profectò sunt hæc, &, vt post D. Aug. in fine libri de Ciui. Dei, existimo, sunt ab intentione vtriusque Sancti longe aliena. Ad hæc, existimant Hebræi fuisse ab initio constitutos hominibus mille annos vitæ, sicut refert Franciscus Georgius Tom. 7. Armoniæ cap. 75. Cantici secundi: quam rem Lactantius lib. 2. cap. 13. *proditam diuinis litteris esse, ait & per omnium scientiam pu blicatam*. Sed hæc dixit (opinor) ob longeuã illã primæ ætatis Patrũ vitã, quos scriptura cõmemorat: & quod scriptura recẽseat Deũ dixisse, *Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est: eruntq́; dies illius centum viginti annorum*. Gen. 6. vt ex

his

his certissimum sit Prophetam contulisse vitam nostram hanc quantumuis longissimam cum æternitate. Sed & argumentum quod à persecutionibus Ecclesiæ dicitur fefellisse nonnullos, testes grauissimi sunt loco citato decimi octaui libri. D. Aug. & D. Hier. in Cathalogo, cuius verba suprà retulimus. Semper enim Christi Ecclesiam impij & nequam homines oppugnabunt, euertereque conabuntur: vt proinde dictum sit Actorum 14. *Permultas tribulationes oportere nos Regnum Dei acquirere.* nec enim melioris conditionis ea futura est Christo Domino ac sponso, de quo similia leguntur, Lucæ 24. & sicut D. Bernardus alicubi ait: *Non decet sub capite spinoso membra esse delicata.* & ad Rom. 8. Paulus: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Et infestatio, quæ omnium maxima & acerbissima, sub pseudo Christo futura est, Marci 13. Lucæ 21. nondum adesse præ foribus (gratias Deo) videtur, sicut diuinaculi illi, & pauidi hoíes arbitrabantur. *Ad sextũ arg.*

Apocalypsim autem ita esse complicatam & obscurã scimus, vt celeberrimi, grauissimiq; viri, Dionysius, Corinthiorum Episcopus apud Eusebiũ Cęsariensem lib. 3. cap. 39. & lib. 7. cap. 22. & Cardinalis Caietanus. in præfatione suorum in Epistolas D. Pauli Commentariorum, desperauerint litteralem eius intelligentiam se consequi posse: à qua dumtaxat trahi ualidum argumentum & efficax coniectura communiter existimatur: quare & ij ad allegorias, & ad anagogias in ea interpretanda fermè progrediuntur. Sed cum certas constantesque de rectè formandis allegorijs regulas crebro prætereant, minimè mirum est, si nec spiritualem sensum sunt vbique consequuti: quod sanè & eorum inuicem discrepantia, & rerum euenta splendidè manifestant. Dabit Spiritus sanctus eius libri intelligentiam quibus, & quando voluerit, & quæ in eo pulcherrima sunt; arcana aperiet 1. Cor. 12. tot enim habet Sacramenta, quot verba, vti D. Hiero. in Epistola ad Paulinum scribit. *De Apocalypsi D. Ioannis.* *Hæc propter Erasmum dicũtur qui ita ait quasi referat aliquid scribere quod non intelligatur & ea quæ habentur. ff. de his quæ pro non scripta habentur l. j. vbi dicitur scripturã quæ obscurè loquitur pro non scriptura haberi.*

Porrò autem de Oraculis & Vaticinijs, quæ illi doctores proferunt, in præsenti non agam; quòd longiorem sermonem expetant quàm qui fieri à nobis hoc loco possit. Et si enim nostrum sit, nec spiritum extinguere, nec Prophetias spernere. 1. Thess. 5. tamẽ probãdi Spiritus antea sunt. 1. Ioan. 4. Angelus etenim Sathanæ transfigurat se in Angelum lucis. 2. Cor. 2. & Prophetæ audiendi nõ sunt, anteaquam suæ legationis certa constantiaq; signa dederint, Deut. 13. Montanus, quòd non satis fuerit examinatus, insignem Christiani nominis propugnatorem Tertullianum ex Ecclesia abduxit. Scripsit de probatione Spirituum, & de examinandis doctrinis, egregiè Ioann. Gerson. in prima parte. Sed cum primis videndus est D. Augu. quomodo occurrerit Manichęis, & alijs impostoribus, spiritum iactantibus, contra fundamentum cap. 4. & de vnitate Ecclesiæ, & alibi. Quibus adde quantum ad propositum nobis argumentum pertinet, ea tãtummodo materiam Prophetiæ & existimari & esse, quorum cognitio vtilis est ad salutẽ. S. Tho. de veri. q. 12. ar. 2. Atqui cognitio anni vel temporis occasus Mundi prodesse nobis ad capescendam salutem non potest: quod profectò ab eius opposito non multo negocio nunc demonstro. Dominus enim propterea latere nos diem illum uoluit, vt paratos ac sedulos nos ita exhibeamus. *Ad argumentũ ab Oraculis.*

 mus.

mus, perinde ac si præ foribus mox adesset, ac nos essemus citra moram ei obuiam ituri: quod 4.d.43.S.Thomas obseruauit, & ipse Dominus luculenter præmonuit, Matth.24. Marci.13. & denique Lucæ 17. & 21. In quibus Lucæ capitibus sic quoque scribit D.Ambro. *Quando autem uenit, noluit dicere; sed dicit Iudicij diem esse uenturum vt terrorem omnibus Iudicij imminentis incuteret, nec securitatem dilationis afferre* : & hæc quidem cap. 17. at verò 21. ita ait: *Quid enim prodest mihi diem scire Iudicij, quid mihi prodest tantorum conscio peccatorum, si Dominus ueniat, nisi ueniat in meum animum, redeat in meam mentem, nisi ueniat in me Christus, in me Christus loquatur?* Sed & D.Hilarius verba Domini explicans, *Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit*. Matth.24. sic ait: *Vt ignorantiam illam diei omnibus taciti, non sine utilis silentij ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter aduentum furis admonuit, &c.* Et solet profectò malum quod securioribus, ac inopinantibus ingruit, grauiorem molestiam afferre; sicut & Arist. dudum 2.Rhetoricorum, ait. Non potuit igitur illa Ioachimi, & qui eum sequuti sunt, anxia quidem, sed inanis tamen perscrutatio ac prænunciatio, aptè, appositèq; censeri Prophetia : ac fortè ea inuestigatio non caruit peccato. Nam sicut D.Aug. Epistola citata ait, *Tempora computare, vt sciamus quando sit finis huius sæculi, vel aduentus Domini, nihil aliud mihi uidetur, quàm scire velle quod ipse ait, scire neminē posse*: quem Ioachinum & hallucinatum in permultis fuisse idem S.Doctor loco nunc citato, ac ex eius doctrina emanasse complures Baguinarum errores qui in Clementinis damnantur, Gerson prima.19. Testatur: & S.Doctori Abbas Trithemius subscribit, vt quod iuris Canonici studiosis peruulgatum est, & aliàs de hoc loco protuli, consultò prætercam, videlicet Innocentium Tertium in Lateranensi Concilio explosisse eiusdem libellum, quem aduersus Petrum Lombardum de Sancta Trinitate conscripserat.

De Prophetia Abbatis Ioachini.

De Abbate Ioachino.

De Ioanne Parisiensi, & Arnaldo de Villa noua.

De Hubertino à Casali.

De Methodio martyre.

Ioannem autem Parisiensium, & Arnaldum de Villa noua malè olim apud vniuersitatē Parisiensem audisse testantur loco citato D. Antoninus & qui circunferuntur articuli illius Ioannis ab ea damnati. Sed & Abbas Trithemius grauiter sugillat Hubertinum à Casali, & Gerson quoque ante Trithemium, in quadam breui admonitione, in prima parte suorum operum, hæreseos illum accusat; Methodium autem Martyrem floruisse scribunt sub Decio, anno 250. eumque D. Epiphanius lib.2. Tomi primi. *Beatum, ac doctum appellat, & circa ueritatem ualde exercitatum* : quam ob rem is qui eius nomine inscriptus est liber, cui tātopere diuinatores isti tribuunt, & in prima parte Orthodoxographiæ circunfertur impressus, eius germanus fœtus non est: nam & Magistrum Sententiarum citat, qui eo annis circiter nongentis posterior fuit (nisi fortè velint hoc quoque Propheticè enunciasse, vel ex margine in textum errore calchographi deriuasse: quod certè probabilius est. Constat enim marginales Glossas aliquando errore scriptorum obrepsisse in textum, vt & Dionys. Carthusia.1. Regum art.2. adnotauit, & Sanctus Pagninus in præliminari Epistola Bibliorum, atque alij prçterea authores scribunt. Sed olet ubique recentia tempora, & primæ illius Ecclesiæ notas, aut nullas, aut paucissimas ille libellus habet,

ac

a: stylo ab his magnopere discrepat, quæ ex eo D. Epiphanius affert. Præterea quæ de Vate Merlino D. Antoninus prima parte titu. 2. cap. primo. ex Vincentio Beluacensi (opinor) depromit, visa mihi fabulosa & puerilia sunt, etiam cùm illius gesta, & vaticinia adolescens legerem, vt interdum existimem rectè dixisse Melchiorem Cano Episcopum Canariensem. lib. 11. locorum communium vtrunque annalium scriptorem, dedisse operã, non tam vt res veras certasq; describerent, quàm ne nihil præterirent, quod scriptum in schedis aliorum reperissent.

De Merlino.

D. Ambrosius lib. 4. Hexamerон. cap. 3. Nã quæ pueri risimus, ea, senes commemorare, qui possumus?

Postremùm, quantum ad contaminatissimam Christianorum vitam attinet, fatemur eos non tam rectè esse coiectatos, quàm de verbo Dei probe docuisse, manere videlicet nos præsentaneam Dei vltionem nisi resipiscamus; hoc enim ab ipso quoque Mundi initio factum comperimus, & Gen 4. de Caim, & 6. & 7. de toto Mundo, & 18. & 19. de Prouincia Pentapoli, & aliàs frequentissimè: sed nec inde tamen sequitur, vt Deus conflagratione Mundi hoc sit confestim facturus: atque fuerint homines permulti vitæ perditæ, & conclamatæ. Nõ desunt Deo suppliciorum genera innumerabilia, quibus animaduertat in nequam & sontes homines, citra pulcherrimi huius Opificij demolitionem, quam semel duntaxat est facturus, Mercurij Trimegisti in Asclepio sententia est, Deum vel incendere vel obruere Mundum propter scelera hominum: sed non hæc vna tantùm causa est, sed aliæ permultæ, licet præterea deterior futura sit sub pseudo Christi tempora mortalium vita, quàm & Patrum tempestate fuerit ac nostra etiã sit, ac putidior fortasse quàm sub diluuium Noaticum fuerit. Sed cõsueuere sancti Scriptores grauiter & hyperbolicè in enormes deploratosq; suorum temporum mores interdum inuehere, Ps. 13. Esaiæ 24. & 64. Hiere. 8. Oseæ 4. Mich. 4. ad Rom. 2. vt fermè ex nostris Authoribus Satyricus ille accepisse videatur, cùm ait.

Ad argumẽtũ ab impura vita christianorum.

Nil erit vlterius quod nostris moribus addat,
Posteritas omne in præcipiti vitium stetit.

Et rursum.

Quando vberior vitiorum copia, quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando?

Quod autem arbitrantur quidam fuisse illis in locis à sanctissimis Vatibus scelera illa hominum exposita non quidem quæ eorum sæculo essent, sed quæ circa extremum Iudicij diem futura sunt, ego profectò nõ sentio. Porrò autem, quòd Aliacensis diuinat ex octaua maxima Planetarum coniunctione, quæ futura est anno Domini 1789. magnas quasdam, & admirabiles mundi alterationes esse tunc temporis futuras, & fortè venturum esse Antichristum, & Cardanus ex octauæ sphæræ motu futuram esse magnam mutationem in lege Christi anno Domini 1860. ego non dubito vtrunque posse melioribus argumẽtis redargui. Et primùm quidem quia mysteria gratiæ, in quibus lex Christi est, non subiacent conuersioni & influentijs syderum. Secundò, quia Angeli optimè intelligunt ordines, & motus cœlorum, ac vires & naturas syderum, & nihilominus natura ignorãt quando & cœli motus desiturus est, & venturus Dominus ad Iudiciũ sit

atque

atque adeò (ni fallor) etiam quando Antichristus ille veniet: nam inter eius aduentum, & iudicium intercedat exiguum tempus. Ergo & hoc ex astrorum situ & positione multò minus consequi Astronomi possunt. Deniq; si à syderibus penderet alteratio & mutatio Christianæ Religionis, etiam illius origo & finis ab illis penderent. Postremò, cùm incertissima sit applicatio primæ coniunctionis, & certò sciri non possit quænam fuerit planetarum dispositio: qui aspectus, cùm mundus fuit à Deo creatus, quia neq; certò constat qua anni parte eum opifex cōdiderit; quæ omnia idem Aliacensis De concordia Astronomiæ, cum Theol. verbo 17. fatetur; non satis assequor, quomodo certò stabilire etiam possunt hanc illam magnam coniunctionem quam futuram esse volunt, circiter millesimum & octingentesimum Domini annum, futuram esse octauam; & inde etiam nonnihil deducere & prænunciare: sed dabitur forte aliàs locus de his disserendi commodior. Et hactenus quidem priorem illam & vulgatam vicini occasus Mundi opinionem, plus iusto quoque accuratius (vt permultis videbitur) examinauimus, ac nullo solido fundamento eius auctores, ac propugnatores niti (vt puto) euicimus: qui nihilominus in pace Ecclesiæ obdormierunt, & constat fuisse inter illos qui morum sanctitate, ac eruditionis splēdore toto terrarum Orbe celeberrimi habentur: vt inde liceat intelligere quid ex Osyandro, & cæteris Ecclesiæ sacrilegis Refractarijs sperandū sit, qui non tam coniecturis, sicuti pollicentur, quàm amarulētijs & blasphemijs, hoc argumentum pertractauerunt, & loca Apoc. Danielis, & cum primis D. Pauli 2. ad Thessal. 2. (cuius verba D. Aug. lib. 20. de Ciui. cap. 19. examinat, & obscura esse fatetur) falso impudenterq; in Pontificem Romanum detorquent; vt horum lectio, quæ præsentaneum venenū ineruditis & vacillantibus hominibus afferre solet, sancto decreto Apostolicæ sedis prudenter vetita fuerit, & nos existimemus illos esse indignos, de quibus vllam hic rationem habeamus; quanquam præterea Catholicorū omnium coniecturis etiam immorari prudentis viri non esset.

Secunda opinio, quæ lōgissimam Mundo vitam tribuit.

Aggredior itaque exponere nunc quorundam opinionem, huic quam exposuimus, prorsus ac veluti è regione contrariam quam; & Ioannes Parisiensis, suppressis auctoribus, affert, & ab eruditis nonnullis, cùm in scholis ante fermè decennium de ea verba fecissem, magnis præconijs memini fuisse laudatam, ac tanquam consentaneam veritati receptam. Ergo existimant ij, magnopere illos decipi, qui censent Mundum nunc temporis senio confectum dici posse, & prope interitum; nisi fortè ad eius originem, & primæ pubis florem hanc eius ætatem referamus. Nam qui paribus mēsuris illius omnes ætates dimetietur, facilè intelliget (inquiunt) abesse illū plurimùm ab ætate decrementi: quæ cùm latissima sit (vt superius dicebamus) sola tamen eius postrema pars, silicernium nuncupatur, occasusq; præambula proxima est, & vitæ Colophonem imponit. Hoc verò ut ostendant, sibi primum sumunt, Opera Dei esse perfecta, Deut. 32. nihilq; ab eo fieri frustra, hoc est, quin suum consequatur finem, cuius gratia prodijt: ac inde veluti è viuo fonte hunc riuulum corriuant, oportere singulis cœlestium corporum conuersionibus perfectionem, quæ eas decet, seruatam iri,

Primum arg. pro hac opinione.

iri;ea autem omnium consensione est,vt suum unaquæque compleat orbem,atque adeò vt finem principio cõiungat,vnde cępit cieri. sic enim tota efficitur,atque adeò perfecta.Oportet igitur,vt non antea motus ille intercipiatur, ac neque venturus ad iudicium Dominus credatur, quàm ad illud cęli punctum astra globiq; omnes cęlestes redierint, à quo ab initio, Deo iubente,semel profecta sunt,eandemq; totius Cęli descriptionem,longis interuallis retulerint. Quorum, & si Veneris, & Mercurij, cum Sole æquali penè tempore expleantur, & Luna breui,notoq; interuallo,suum conficiat Orbem, Martis tamen conuersio bienniũ occupat,& Iouis duodecim solares annos,Saturniq; triginta. At verò conuersio octaui Cœli,vel etiam noni(vt malunt alij)eius videlicet,quod supremo circulo contiguũ est,& quæ propterea motus raptus,siue(vt communiter vocant) diurni in contrarium labitur,ita ab Astronomis secundum Zodiaci signa distribuitur & accomodatur,vt singulis annorum centenis,vnum tantũmodo obambulet gradum,propter nimirum superioris orbis vim,& reluctantiam; & quia latissimum circulum cõficit:vt proinde Ptolomeus arbitratus sit, triginta sex millium annorum spacio eò hunc orbem esse reuersurum,vnde cieri primùm incępit : quod temporis interuallum annum magnum & maximum appellant : idq; nedum ob temporis diuturnitatem, sed etiam quod singula astra,orbesq; omnes, eò peruenisse videbuntur, vnde initio conuerti cęperunt.Hęc sicut Astronomis nata domi habentur,ita quoque sunt à Platonicis,Ciceroneq; de Finibus, ac de Repub. lib.7. ex Scipionis persona tradita,ac à vulgo iamdudum recepta, vt facilè sit intelligere Mũdum etiamnum, primam agere iuuentutem. Siquidem,& si in supputãdis Mundi annis,non admodum viri Docti consentiant.sicut anteacta prælectione vidimus;concedatur tamen & maior, & probatior esse supputatio Alphonsi,&(vt ferunt)Ioannis quoque de Monte Regio: qui à prima corporum cęlestium circuitione ad hunc vsque annum cõficiunt circiter annos 8553. à quibus si progredi volueris ad 36000. hoc est ad vitæ Mundi terminum,supererunt tibi 27447. & inde confestim perspicies eundem abesse plurimùm à consistentia,& multò longius ab occasu ; ac propterea meliora de eo speranda esse, quàm quæ à prioribus Doctoribus hucusque allata sunt. *Confirmatio.*

Confirmant autem hæc verbis Ecclesi. cap. 1. *Didici quòd omnia opera Dei perseuerent in perpetuum.* Hebraicè *Leolam*, in æternum. Atqui,si Mundus tam breuis,miserçque vitæ esset,vt priores illi Doctores arbitrantur, nec aptè dictum fuisset, nec verè *in æternum* duraturus. Rursum,probant ab ipsa quoque cælestium orbium substantia & natura. Etenim cum à contrarijs longius posita sit,motum etiam sibi vẽdicet circularem hoc est(qui contrario caret,hunc ipsum quoque quantum fieri potest,magis longęuũ sibi natura expetit: Quem & ideo etiam cupit,vt dum in hæc inferna corpora,eo motu efficit sensilia mixta, similis Deo, hoc est, & in eo quod est, (sempiternus enim est) & in eo quod agit (semper enim Deus operatur, Ioan. 5.)magis euadat:quamobrem Psal. 18.Sol exultabundus sese ad currendam sibi propositam viam accingit: quod de omnibus astris & globis perinde *Confirmatio secunda.* *Secũdum arg.*

perinde dictum accipimus;Est autem veluti communis anticipatio, naturale desiderium frustrari non posse.

Argum. 3. Amplius,quoniam sententia hæc Dei bonitatem, & quam habere lætitiam in suis operibus scripturæ dicũt, longius protrahit. Vniuersum enim est primum ab eo intentum, primum adamatum,& prouisum.

Argum. 4. Postremò ipsa vniuersi elegantissima species,& pulchritudo hãc veluti perennitatem vel quadantenus à Deo efflagitat: vt enim inquit Plato in

Confirmatio. Thimęo, turpe est quod pulchrè effectũ est, velle dissoluere. Et si doluit Ionas super hedera aut cucurbita, quia citò exaruerat, Dominusque sua clementia integram seruauit Niniuem, ac noluit vt tam breui periret, vitam ac vires vsque adeò exiguas Mundo, cuius Niniue typus erat, assignasse credi poterit? Et hæc quidem fermè sunt, quæ pro longiore Mundi vita à nobis nunc afferuntur.

Contra hanc opinionem. De Anno magno. Quæ tamen partim ambigua sunt, partim verò falsa, quanquam probabiliora videri Philosophis solent, & parum in scripturis sanctis versatis. Et vt ab his quæ de anno magno vel maximo dicuntur, incipiam, sunt illa omnia profectò incerta, & quæ parum roboris habent. Etenim & si Ptolomeo sic visum fuerit, non desunt tamen qui quadraginta nouem millibus annorum constare hunc apud Leonem Hebræum loco citato dixerint. Et planè Georgius Pubarchius,& Ioã. Lucilius,q additionibus auxit sphęram Ioan. de Sacrobusto, existimant nonã sphęram totidẽ annorũ millibus hoc est quadraginta nouem millibus suum cõficere circulum: ne putet aliquis hanc indoctorum hominum esse sententiam. Rursum, sunt qui minore spatio, quàm Ptolomæus mensi illum etiam sint: in quibus est Macrobius lib. 2. cap. 2. qui quindecim mille solares annos, huic magno anno dũtaxat assignauit. Cicero verò in Somno & de natura Deorum lib. 28. in Hortensio, non nisi 12954. Herodotus etiam pauciores, videlicet 1800. Iulius Firmicus Astronomus clarissimus non nisi 1460. & vt magis mireris, & dicere pudet, Iosephus lib. 1. Antiquitatũ, solos sexcẽtos tam magno huic maximoq; anno adscribit, ætatem videlicet Fenicis: quod & Solinum voluisse ferunt: & qui plura de re hac cupit, legat Plutarchum de placitis Philo. cap. 32. qui Heracliti, Diogenisq;, & quorundam nomina affert: vt cùm

Hic enim Decker conatur componere hos auctores in lib. de annis & mens. Lilius Gregorius, & alij quidam Docti authores conantur hæc incerta, ratione certa facere, nihilo plus agant, quàm si dent operam, vt cum ratione insaniant. Contrà verò, alij quidam fermè infinitũ esse existimarunt, ac in se nunquã reuerti: cuius quoq; opinionis fuisse Calcidiũ putãt, quod Platonis verba in Thimæo perpendens, futurum esse hunc annum cum sydera ad eum punctum redierint, vnde profectę sunt, ita scriptum reliquerit: *Perfectum temporis numerum qui perfectum compleat annum, appellat* (videlicet Plato) *eum, quo tam septem Planetæ, quàm cateræ stellæ, quæ dicuntur ratæ, repræsentatæ originalibus sedibus, eandẽ quæ fuit initio rerum principioq; Mundi constitutionis efficiunt designationem, ita vt prolixitas prolixitati, & interualliorum pristinorum latitudini latitudo, & profunditati profunditas quadret. Hoc autem tempus continet annorum innumerabilium seriem, quippe cum stellarum errantium circuitus impares sint, necessarioq; diuersis temporibus*

bus cursus suos compleant: hæc ille. Sed & apud Leonem Hebræum sic insanire nonnullos videas, vt existiment inferno hoc Mundo septies corrupto, septem millibus annorum in se ipsa redeūtibus (hoc est expletis quadraginta nouem millibus annis) etiam compaginem cælorum dissolutam iri, & omnia ad Chaos reuersura. Rursumq; (vt aiunt) recreato, ac veluti refecto Chao, regressurum iterum ex eo esse Mundum, quem & aliàs fuisse creatum, nec ad primam eius creationem peruenire posse affirmant, quòd Chaom esse sempiternum, & eius germinationem esse æternam arbitrantur, sed ita vt singulis septem annorum millibus hic Mundus inferior, & per singula quinquaginta millia, etiam ipsi cęlestes globi omnes renouandi, ac veluti refundendi perpetuò sint, ac ita infinities: quo quid potest à pietate Christiana magis alienum dici, ac etiam ridiculum magis, & magis inopinabile? Rursus, quid si tot sphæræ cœlestes sint, quot sunt stellę: quod voluisse Rabi Mosem Aegyptium? scribit Albertus Magnus. 2. Cœli. tractatu 3. cap. 2. Quid, quod neque in coniunctionibus magnis satis Astronomi consentiunt? Cæcus ergo est, qui in tanta sententiarum varietate discrepantia & absurditate non videt quàm ambigua, leuis, futilisque horum sententia sit.

Et vide num ij Auctores indicationem aliquam huius eorum opinionis ab anno Iubilei Mosaici sumpserint.

Rursum, Iosue cęlos olim imperio firmauit, & Esaias regredi Solem aliquot lineis fecit: quid igitur affirmare vetat, Deum celerius, quæ, & quando voluerit, corpora ciere, aut etiam sistere posse? Nec enim mobile supremum ei obstare reluctariq; potest; ne, si voluerit, id quod ei proximum contiguum est, ocyus quoque quàm ipsum primum & contrario motu conuertatur. & fortasse D. Petrus in secunda sua Epistola cap. 3. sic sub diem Iudicij futurum iri nos edocuit, cùm Cęlos magno impetu transituros ait, hoc est, celeriori motu veluti impellendos in terminum ad quem propetant, & vnde conuerti initio cœperunt. Dominus profectò Matth. 24. breuiandos esse dies illos dicit quibus Antichristus crassaturus in Ecclesiam est: quem locum, & si D. Aug. ad numerum retulerit, eiq; consenserit D. Hiero. in comment. super Matth. (quod certè probabile est) non video tamen rationem solidam, quin possint quoque dies illi mensura, & quantitate continua breuiari: hoc certè & Lactantius lib. 7. cap. 16. mihi videtur sentire, & Philosophi docent motum velocitabilem esse in infinitū: quod cumprimis verum est, cùm Motorem infinitæ virtutis mobili assignamus, seruata nihilominus natura motus, quæ est, vt prius & posterius in eo sit, atque adeò vt cum tempore sit. Quęcūque igitur assignata fuerit cœlorum conuersionibus longeuitas, & temporis mora, decurtari illa magis ac magis à Deo poterit, sed ita tamen vt mora maneat: quod vt fiat motus in momento ipse sanè puto repugnare. Adde his, nullam creatoris actionem, vim creaturæ inferre, aut eam imperficere posse. Ad hac, certum est, Iosue 10. 4. Reg. 20. Esaiæ 38. ita fuisse geminum diem prolongatum, vt prior fuerit viginti quattuor horarum, & posterior sub Ezechia tantæ fuerit longitudinis & durationis quantæ tres dies artificiales esse solēt, sicut D. Dionys. in Epist. ad Policarpū scribit: cur non igitur & breuiare dies, ocyus ciēdo cœlos, poterit Opifex, si voluerit? Et vobis hac in re est magnopere animaduertendum,

Hæc sincerior intelligentia est quàm quæ asseritur à Zimara, & alijs quibusdam, nimirum motum esse velocitabilem in infinitū mathematicè. &c.

tendum,non perpēdere eos quid particularis corporum natura ferat; sed quid Dei potentia,& voluntas Emphasim enim habet Domini nostri oratio,quæ affirmat tempora illa in Patris potestate esse. Præterea, cogitādum est, alium esse finem operis, alium vero operantis; & priorem esse gratia posterioris. Quamobrem 12.Meta.49. dicitur, bonum vniuersi internū, esse gratia boni externi. Amplius, sub Iudice lis adhuc est, num quando Mundum condidit Deus, ingressus Sol primum Arietis punctum sit, veluti prisci complures existimant,quibus & Caietanus noster accedit:an verò alius signi punctum, quemadmodū arbitrari Hebręos scribunt,vt vel hanc quoque ob causam,supputationes Astronomorum, tabulæ & figuræ cęli quas ij conficiunt,cumprimis verò Aliacensis de concordia Astronomiæ cum Theologiæ verbis 19.& 2 .incertæ sint,& in ancipiti positæ,vti dicere crebrò compellor. Ad hæc, incertissima est nobis cælorum natura, vt suo loco probabimus,incertissimus orbium numerus,dispósitio, & motus:quamobrem aiunt Thebit.Bencorat.quadraginta annis in monte habitasse,vt octaui orbis motum deprehenderet, nec tamen satis esse assequutum. Et præterea nondum inter Astronomos satis constat, vbinam loca planetarum sumi debeant, & quodnam sit caput Arietis octauæ sphæræ, & vnde capi debeat id Arietis initium. Existimant enim fieri hoc trifariā posse, vel à stella nimirum quæ magis orientalis Arietis octauæ sphæræ est,vel à loco sectionis Eclypticæ octauæ sphæræ cum circulo æquinoctij, vel denique à sectione Eclypticæ primi mobilis cum æquinoctiali: sed & notum est,nondum sciri,num concentrici omnes cæli sint, vt Philosophi fermè volunt; an eorum aliqui sint eccentrici; quod videtur Astronomis probabilius; vt asserere Mundo illam vitæ longeuitatem, aut etiam breuitatem ex rebus,quæ vsque adeò remotæ à nobis sunt,& in ambiguo positæ,aut tempus conterere sit (vt ego quidem sentio) aut certè coniecturis rationibusq; niti incertissimis.

Ad verba Eccles. 3. Porrò autem verbis Eccles. 3. S.Tho.1.2.q.98 art.2. distributionem accommodam subesse,illaque habere hunc sensum putat: *Didici, quòd omnia opera Dei perseuerant in perpetuum: quæ sic fecit vt perseuerent in perpetuum*;cuiusmodi Angelos,cælos,elementa, nostrasque animas proferre possumus. Est itaque sententia illa inabsoluta; sed & licèt Hebræis *Leolam* significet diuturnitatem, non tamen semper eiusmodi qualem ij nunc commiscuntur: nam & pro generatione, siue pro ætate hominis frequenter capitur: sicut Esaiæ 38. & alibi videre est: quanquam alicubi scriptura Eclypsi vtatur, & subaudiri velit repetitionem eiusdem vocis, qua, (tanquam periphrasi) vel æternitatem exprimat,sicuti Ps.89.*A seculo,& in seculum tu es*; vel certè perennitatem quandam,& longeuitatem. quemadmodum Psal.20.*Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi.*

Leolam quid.

Ad secundam confirm. At verò & secunda confirmatio similiter sibi quędam sumit, quæ Patres viri grauissimi rogati inficiarentur: qui Cælum ex elementis constare existimarunt.Et quanquam dum Cælum motu tam multa in hæc inferiora efficit, simile magis esse Deo nobis videatur & magis perfectum: hæc tamen perfectio & secundaria est & ei accidit: nec enim minus perfectum

simpliciter

simpliciter erit cùm sistet: siquidem eius, sicut & rerum omnium, palmaria perfectio in executione voluntatis Dei sita cumprimis est: præterquam quòd hoc quoque tempore intelligit suam hanc perfectionem (videlicet vt motu inferna efficiat) non nisi ad illum diem vsque, sibi esse tributam: & propterea naturæ ipsius desiderium hæc efficiendi, illuc vsque tantùm protendit, ac proinde sequitur: vt quemadmodum Sol cæteraque astra exultabunda ad illum vsque diem circulos suos conficiunt: ita cum exultatione his expletis: & consequutis, quiescent.

Videbũtur hæc dura & prosdyonisa Peripateticis: fateor. atqui Theologis qui in contemplatione Dei potentiæ, libertatis, frequentes & assidui sunt, intelliguntque quàm sit ei natura tota obediens, mollia & explorata iam dudum sunt.

Sed Docti homines rursum inquiunt, decere Dei bonitatẽ, & lætitiam quam in operibus suis habet, vt diuturnior sit Mundus quàm communiter à Doctoribus creditur: quamobrem Philo, cùm dixisset *esse Theologiæ Mosaicæ dogma, Cœlum quidem creatum esse, non tamen interiturum*; & hoc aliquibus rationibus confirmare conatus esset, hanc vnam tanquam validissimam demum affert, *quòd nulla vnquàm futura sit causa, ob quam in perniciem tanti operis Deus sese vertat. Ac dicere* (inquit) *Mundum diuinitus occidere flagitiosissimum est, neque enim Deus auctor est inordinationis, confusionis, interitus, sed ordinis, uenustatis, & vitæ*. Respondemus frustra nos de maiori, vel de minori Mundi longeuitate nunc laborare, cùm ea tanta futura sit, quanta arcano & æterno suo consilio Deus decreuit, ac decere se perspexit: ac propterea eam curiosè perscrutari, operam sit frustra collocare: sicut nos quorundam periculum docet. Quanquam præterea Philo parum consentanea sanctis Scripturis docet, vti D. Aug. aduersus Porphyrium alicubi ostendit. Et rursum, neque hunc Mundum diruet Deus tanquam malum, aut deformem, aut quòd eius formationem aliquando sit perosus: sed quia meliorem ei formam, ac maiorem elegantiam daturus denique est: atque adeò reficiet, renouabitque, sicut & ante nos Aug. Steuchus lib. decimo perennis Philosophiæ scitè ac prudenter scripsit. sed & futura est lætitia Dei æterna, de Christo Domino, in quo ei magnopere semper complacuit, de prædestinatis Christi Domini fratribus, deq; alijs tam multis rebus, quæ desinente cęli motu nequaquã desinent: quibus omnibus & venustior facies maiorque pulchritudo inerit (vti dicebamus) atque modò insit: quemadmodum Esaiæ 30. & Apoc. postremo cap. Scripturę subindicare videntur.

Ad tertiũ arg. & quartum.

Contra Philonem.

Et hucusque quidem, Viri præstantissimi aliorum opiniones & coniecturas, vt loquũtur, examinauimus. Nunc verò eam paucis accipite, quam iampridem D. Aug. gemina ad Esichiũ presbyterum Epistola, nempe 38. & 80. latè persequutus est; & Venerabilis Beda de tẽporum ratione cap. 7. sequitur: quorum ego sententiam magnopere laudo & probo. Ea enim nihil posse afferri verius existimo, nihil vtilius, ac denique verbo Dei nihil magis consentaneum. Hæc verò summatim est probe, consultum nobis ac magnopere iri, si vel penitus ab hac perscrutatione abstinebimus, aut certè,

Opinio Auctoris.

tè, si minus anxij, minusque soliciti in ea tractanda examinandaque versabimur. Describitur enim nobis illè dies Lucæ 17. & 21. improuisus sicut fur, abditus veluti laqueus, subitus quemadmodum fulgur, ac postremò consumptor dopopulatorque Christi hostium tanquam ignis: vt quiuis proinde facilè ex his Domini oraculis iudicare possit quid sentiendum de exploratoribus hisce accuratissimis sit, qui anxij & vitiligatores in præfinienda illa esse volunt. Etenim cùm diem hanc improuisam, abditam, subitamque esse dixit, nonne vniuersum genus nostrum, hoc est? Doctos nimirum pariter & indoctos ab ea exploranda deterruit? Rursum, nonne etiam patenter aperit quid de illis quindecim ementitis signis proferendum sit, quæ in collectaneis, & floribus Bedæ scribuntur, ac inuenta fuisse à D. Hieronymo in annalibus Hebræorum, & antecessura per quindecim dies iudicij diem feruntur, sunt illa ociosi hominis figmenta: quanquam certum sit non defutura signa quibus concutiantur homines plus quàm credi possit: sed & signa illa, quæ Esdræ libro quarto. cap. 5. & 11. leguntur, existimo esse vanissima prorsus & fictitia. Luculentum est illud Dei oraculum Malachiæ 3. *Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?* Itaque Patrum horum consilium cæteris longius præferendum est, & hortor vt amplectamur. Erit profectò hoc non modò sapere aliorum experimentis, siue etiam insania. Erit non frustra tempus conterere, &, vt Prouerbio dicitur, Isthmum fodere. sed præstare Deo nostro obsequium rationabile, hoc est quale à nobis Paulus Roma. 12. exigit. Meminisse illius sententiæ expedit, *Scrutator maiestatis, opprimetur à gloria.* Prouerb. 8. & Euripidis apud Arist. 6. Ethicorum, *Curiosos atque agentes plurima, odere Diui.* Quapropter sedulam omnes impendamus operam, vt iugiter nos esse morituros reminiscamur. Hic hic dies ille est, quem pauidi expectare cumprimis debemus: in eo enim quisque nostrum singillatim iudicabitur: in eo cùm vita: & salus, tum verò mors & damnatio hominum omnium sita præcipuè est. Hunc ob oculos nostræ mentis (si fieri potest) semper habeamus. Huius diei memoria præsertim efficax est, quæ nos à peccando auertat, deterreatque. Ecclesiast. 7. quod Lumnius debuerat magnopere animaduertere. Etenim, & tunc quoque *Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi.* 2. Corinth. 5. Quamobrem dum licet, ac dies est, nitamur, vt faustus fælixque Dei gratia & clementia nobis hic primum contingat: quòd certissimi profectò erimus, magnum quoque illum vniuerso nostro generi, & sensili huic orbi destinatum diem, pacato, lætoque animo nos deinceps expectaturos. Vtrumque autem apprimè consequemur, si cum hine discesserimus, nos paratos & sui cupidos Dominus inueniet.

Terent. in Heaut. Scitũ est periculum ex alijs facere tibi quod ex vsu siet.

LECTIO SEPTIMA.



ST mihi expedienda nunc percunctatio illa inter eruditos vulgata, ac trita, qui factum sit vt Moses alto quodam ac veluti importuno silentio obruerit creationem cælestium Spirituum quos generatim Christiani Angelos nuncupamus, Plato verò in Thimæo honoris ergo Deos Deorum, & Peripatetici Intelligentias appellant? Etenim & Iulianus Cæsar hunc propterea vituperat redarguitque, vti libro 2. ac 3. D. Cyrillus accitis eius verbis ostendit: quæ profectò disputatio si tractanda pro dignitate esset, inducias longiores expeteret, quàm sint vnius horæ angustiæ mihi ad dicẽdum concessæ. Contraham tamen, vt potero, pulcherrimarum rerum copias, & seligam quæ consensui uestro Nobilissimo ac doctissimo, vel vtcunque digna videbuntur. Et cum Plato eum Iudicem esse vetet, qui præceps audire nolit, dixisseque Solonem ferant nihil in iudice præstantius esse, patientia, eam nunc & postulo cumprimis à vobis, & flagito. Vereor enim, ne nimiè rerum copia, & varietate anteactis scholis, vos insigniter etiam defatigauerim, atque adeò, si in salebroso hoc & difficillimo argumento, nunc quoque subtiliore disputatione, & quasi Asiaticè disseruero, vestra videar humanitate voluisse abuti. Quamobrem dicam pressè & dilucidè, &, vt spero, vos non tedebit audisse. *Quæstio cur Moses suppresserit creationẽ Angelorum.*

Ergo recens quidam in sancta lingua peritus rogatus Romæ ante annos circiter septem, sic de re hac in corona grauissimorum virorum me audiente disserebat, vt aduersus communem eruditorum omnium sententiam affirmaret, Mosem disertè Angelorum creationem hoc loco exposuisse: id autem vt ostenderet, sibi accipiebat dictionem Elohim hic non esse in casu recto positam, sed obliquo, & accusatiuo; & significare non quidem opificem Deum, vt plerique omnes existimant, sed Angelos, quemadmodum in sanctis litteris crebrò quoque significare dictum à nobis aliàs fuit. Volebatque præterea, vt vel subaudiretur persona efficiens Deus, vel certè, vt cõtineretur in dictione illa *Beresith*, siue *In principio*, de qua voce rursum ita philosophabatur, vt nouam quandam, & nobis inauditam interpretationem afferret, ac ita vertendam Mosis epigraphem Latinè contẽderet, *In principio creauit Angelos, Cælum, & Terram*. Sed nouitiam hanc intelligentiam primùm splendidè reijcit totus capitis huius contextus, in quo uox Elohim vbique in casu recto posita est, & non nisi pro Deo capi potest. Secundò, quòd si Moses voluisset, vt Angelos significaret similiter ei præposuisset litteram *He*, sicuti illam præposuit vocibus *Samaim*, & *Arez*, nec enim perennes illi & beati spiritus minus admirabiles & præstantes & nobis, & naturæ sunt atque sint Cælum, & Terra. Tertiò veterum omnium, ac recentium cùm Hebræorum, tum verò Christianorum interpretum cõsensio: qui *Elohim*, Deus, in casu recto, interpretati sunt, vt proinde ea facilitate confestim repudiata, noua hæc expositio à nobis tunc fuerit, qua ab auctore conficta. *Hector Ausonius. Confutatio.*

Opinio D. Aug. & Ruperti Abbatis.

D. Augustinus libro primo de Gen. ad litteram, & Rupertus Abbas, Angelos hic vocari Cœlos per Methonomiam dixerunt, quibus Analogia quæ inter Cœlos, & Angelos est, non minimum videtur fauere. Nam cunctis corporibus sine controuersia multis modis Cęli præcellunt, videlicet & substantia (incorruptibiles enim creduntur,) & quantitate (nam vastissimi sunt) ut qui corpora omnia continent: & qualitate (siquidem splendore pulcherrimi sunt) & actione; etenim motu, & lumine, esse & vitam in subiectis sibi corporibus efficiunt) ad hæc, & passione (nec enim agendo repatiuntur, cùm in materia cum alijs corporibus non coeant, sicut Peripatetici testantur.) ac postremum etiam situ, quia eminentissimi sunt. Itaque cum Angeli his omnibus, videlicet substantia, qualitatibus, actione, passione, & quantitate (nam in his quæ mole carent; idem est esse maius, quod esse melius) cæteris creaturis emineant, non est insulsa, aut inuenusta translatio cùm Cœli dicuntur. Quapropter & Esaiæ primo dicitur: *Audite Cœli, & auribus percipe Terra*. vbi D. Hieronymus in commentario ait, in Cœlo supernas Angelorum virtutes significari, in terra mortalium genus. Hoc idem Deutero. 32. Oseæ secundo. & alibi Scripturæ habent. Addit autem his Origenes in Psalm. 18. aliud, cur puræ & intellectuales naturæ Cęli quoque dicantur, videlicet quòd in se Solem Iustitiæ habent. Verùm reiecimus aliàs intelligentiam hanc, quod & si Poetarum, Rhetorum, & Prophetarum, sit Metaphoris ac translationibus vti (quare, & Psalm. 17. dicitur: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*) alienum tamen hoc ab eis est, qui Annales sibi scribendos sumunt. Proinde non nisi coacti, à germana pressaque verborum significatione, in vestigando historico sensu recessuri nunc sumus; hoc est, non nisi cùm in errores, & repugnantias verba propriè capta adducunt. Et si enim in sanctis litteris sæpenumero pulcherrimas Metaphoras perspiciamus, quod naturale hominibus sit adduci à sensilibus ad intelligibilia, sicut D. Dionysius de Cælesti Hierarchia capitulo primo: & S. Thomas, prima quæstio prima. artic. 9. docent. Et rursum, quòd verbum Dei propositum hominibus omnibus sit, tardioris videlicet, & perspicatioris ingenij: quorum priores sublimitatem rerum quæ dicuntur, figuratis sermonibus facilius consequuntur: vbi tamen scribuntur historiæ, rarò profectò, aut nunquam eas inuenies, quod etiam ante nos Ambrosius Catherinus eminentis doctrinæ Episcopus in libris Annotationum in Caietanum admonuit.

Confutatio.

Vide Gregorium Nazianz. de Natali & Damascenum lib. 2. cap. 3.

Opinio Veterũ.

Proinde Prisci aliquot in hanc sententiam profecti sunt; ideo hic creationem Angelorum Mosem prætenjsse, quòd eos intelligeret Mundi huius sensilis conditionem (quam solam conscribendam sibi sumpserat) permultis eonis imaginarijs seu (vti D. Basilius loquitur) intelligibilibus) antecessisse. Ita sanè Origenes Homil. quarta in Esaiam: D. Basilius Homil. prima. in Hexameron: D. Gregorius Nazianzenus lib. duodecimo. de Trinitate. Diuus Hieronymus in Commentarijs Epistolę ad Titum, D. Damascenus libro secundo, de Orthodoxa fide, cap. septimo. Isidorus libro

libro primo de Summo bono: Seuerianus in Cathena. & denique vsque adeò vera plausibilisque hæc opinio Eccles. dudum uisa est, vt Ioannes Cassianus lib. octauo collationum, non obscurè subindicauerit, eam communibus suffragijs tunc temporis fuisse receptam, & nuncquoque scriptores illustres non desunt, qui in eam tanquam quę probatissima sit proficiscuntur, cùm & ratione & Scripturis confirmari posse videatur. Est enim Angelus medius inter creaturas corporeas, & Deum; non profectò qua immensus, & infinitus est: sic enim quantumuis præcellentem creaturam dederis, abibit hæc quoque procul ab eo cum cæteris creaturis æqualiter, hoc est, in infinitum: sed quatenus se ipsum creaturis, hoc rerum ordine stante quem agnoscimus, & esse voluit, impertitus est: atque adeò, vt sese veluti quadantenus finitum præbet. Itaque probabile videri potuit, vt quemadmodum Deus æternus est, ita & Angelus ante tempus, & corpora prodierit. Ad hæc Iob. cap. 38. sic legimus. *Vbi eras cum me laudarent Astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.* quo oraculo Patres intellexerunt nobis aperiri creationem Angelorum longe antecessisse huius molis corporeæ formationem. Neque enim ratio fert, vt fuerit Deus absque creaturis quæ illum laudarent. Sed & tres pueri seruati in fornace illæsi, cùm cecinissent, *Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in sæcula*, visi propemodum sunt hoc nobis arcanum aperuisse, cum protinus à toto ad partes, à genere ad species gradatim sic descenderunt: *Benedicite Angeli Domini Domino, Benedicite cæli Domino.* Angelos namque hac fortè ratione cælis præmittunt, quòd creati priores fuerint.

Pro hæc opin. prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Contra hanc Patrum opinionem sensit Theodoretus & Gennadius.

Verùm Theodoretus nobilis & vetustus Doctor opinionem hanc suo sæculo receptissimam patenter reijcit, quinimmo & Gennadius in cathena Græca. Sed & Synodus Lateranensis sub Innocentio Tertio, eam palam repudiare his verbis visa est. *Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem Angelicam, & Mundanam.* Quæ verba splendidiora sunt, quàm vt vel glossis, vel figmentis obnubilari possint. Quapropter sancti Thomæ sectatores magnopere hærent in concilianda eius, quam Patribus exhibuit reuerentia, cum huius Oecumenicæ Synodi diffinitione. Nam in prima parte, quæstio. sexagesimaprima, articulo tertio, scriptum reliquit illam veterum opinionem erroneam non esse: quamuis D. Augustino, qui Angelos vnà cum hoc sensili orbe fuisse creatos voluit & subscripserit, & ratione quoque succenturiauerit. Etenim, vt Conciliorum sanctiones ac Decreta absoluere ab hæresis nota eos qui illos antecesserint, ita, & damnare quoscunque solent, qui deinceps aliter sentire visi fuerint. Quomodo ergo sanctissimo Patri huic, & diffinitionum Ecclesiæ studiosissimo, veterum Patrum opinio illa post tantæ Synodi censuram atque Iudicium, erronea minimè erat? Itaque Aegidius, secundo distinct. 12. quæstio. prima. articulo secundo, sic Patres defendit, vt fecisse Angelos priores Mundo, natura, & dignitate, non vero tempore, aut vlla duratione, dixerit. Sed illustris hic Doctor, primùm quidem

Item Synodus Lateranensis sub Innoc. III.

Controuersia de intelligētia verborum S Tho.

Referente Steucho de rebus in corpor. Theodoretus hoc ipsū quod S. Tho. ipse quoque dixerat, videlicet non labefactari religionem si creatos quis fuisse Angelos dixerit ante cælum, sed pressit ille Concilij huius definitionē S. Tho. cūi subsequutus est.

Opinio Aegidi.

Reijcitur Aegidius.

dem à S. Thoma recedit: deinde manifestat (vt proferam quod sentio) se eorum scripta accuratè non euoluisse. Existimarunt igitur quidam hanc Synodi diffinitionem in mentem Sancto Doctori, cùm hæc scriberet, non venisse: quæ sententia, & si ægrè profectò recipi possit, cùm ob incredibilem viri memoriam, tum verò quod suis commentarijs non ita pridem hanc in Decretalem Innocentij, in Gregoriano sub titulo de summa Trinitate, & fide Catholica relatam, illustrauerat; fortè tamen verior est, quòd soleat operi longo interdum obrepere somnum: & euenisse magnis viris alicubi certum est, vt sint alicubi rerum obliti: & Aug. in libro Retractationum cum loquitur de libris de Doctrina Christiana, sibi contigisse ingenuè fatetur.

Opinio Caietani.

Caietano igitur aliter visum est: videlicet, Synodum illam sua diffinitione solum Origenem refellere, qui visibiles creaturas seorsum, & veluti per accidens fuisse ab Opifice effectas credidit: Inuisibiles verò esse natura æquales, & ob earum inæqualia peccata, Opificem sensilem hunc Mundum condidisse, vt inæquales pœnas de eis sumeret, in quo inæqualia fecerit entia inæquales rerum gradus, & naturas, quibus tanquam carceribus eas adijceret: quod cùm sanctus Thomas perpendisset, vt erat accerrimo ingenio atque iudicio pereximio præditus, cùm in prima parte hæc scripsit, non obscurè emunctæ naris hominibus exposuit; se ad verborum Synodi sensum in quo facta fuerant, non verò ad sensum quem in frontispicio præ se ferunt, cùm primis respexisse, & propterea nihil contra Catholicos Patres eam diffinitionem facere. Et hæc quidem fermè Caietanus, edoctus profectò à sancto Thoma in illius Decretalis commentarijs, quos tamen ille non citat, & ad quos fortè S. Doctor lectores tacitè in Summa remiserat, qui de ea quam tradebat doctrina dubitarent. Verùm responsio arbitraria esse videtur, cum ad solam Origenis opinionem explodendam verba Synodi angustantur. Latius enim patent, quàm vt ad hunc vnum commodè restringi possint. Quòd vt videant omnes, ea rursum afferam, quæ ad rem faciunt, & examinabo. *Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis*, perpende aduerbium *simul*, & eius determinatam intelligentiam, *Ab initio temporis vtranque, &c.* Videntur itaque Patres vna fidelia duos denigrare parietes voluisse, opinionem videlicet Origenis, & cæterorum præterea qui eatenus ipsi quoque errauerunt, quatenus non cum hoc sensili orbe Angelos fuisse conditos existimauerunt, sed antea.

Hæc Caiet. doctrina, est S. Tho. licèt illum non citet. Obijcitur contra hanc responsi.

Promiscuè in hac perscrutatione capio errorem & hæresim non quidē gratia formæ, sed gratia materiæ, nā error in fide, aut contra fidem vt mihi profectò videtur idem quod hæresis est, licèt aliter quibusdam videntur.

Quod cùm postea animaduertissent Docti homines quidam, dixerunt, idcirco S. Doctorem existimasse diffinitionem hanc non sustulisse illam Patrum opinionem, aut tanquam in fide erroneam repudiasse: quoniam Synodus anathema, aut excommunicationem in eos non pronunciauit, qui postmodum illam sequerentur. & concedit responsio hæc vbi in pronunciationibus Synodorum, vel formula execratoria illa apposita non fuerit, vel non fuerit excommunicationis sententia inflicta, aut damnata contraria sententia disertè, non esse periculum hæresis aliter, hoc est contrariam sententiam) sequi, sed esse potius temeritatem.

tem. etenim iniuriam facit reuerendissimæ Synodo, qui semel ab ea definita audet in dubium reuocare, sicut & Martianus princeps dixit. Et ita fermè Episcopus Cano. lib. quinto. cap. 5. & lib. 12. cap. 2. Quæ profectò non est mihi in præsenti animus in integrū refellere: sed illis tamen pauca obijciam, vt intelligant omnes responsionem hanc non esse omnino certam & expeditam, sicut complures arbitrantur. Ergo sciscitor ab illis primum, num huiusmodi Cōciliorum de fide doctrinæ definitiones Ecclesiæ sint, an non. Si ecclesiæ definitiones sunt à Spiritu sancto, igitur & à Christo Domino profectę sunt. Matth 18. Act. 15. certè, pinde & infallibilis veritatis sunt, quomodo ergo hæreses non sectatur, qui Ecclesiæ definitiones, omnibus promulgatas & patulas, vltro vel contemnit, vel reijcit, & aduersariam illis doctrinam sibi eligit, ac longius præfert? Rursum, quomodo illa Dñi sententia in casu locum non habebit; *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus?* quis hic non videt, excommunicari à summo Principe Pastorum, vniuersos qui Ecclesię doctrinam repudiant? An non illa Christi excommunicatio satis est ad deterrendos credentes, ne repudiatis, aut postergatis Ecclesiæ doctrinis, peregrinas & incertas amplectantur? Nec pro dignitate rem considerant, qui hoc verbum Domini afferri nunc incassum dicunt, quod de Prælato cuiusque Ecclesiæ, ac de admonitione fratris delinquentis, aut offendentis, loqui isthic Dominum velint. Vt enim hoc esse verum minimè imus inficias; ita profectò existimamus, rectè & ex intentione Domini, posse verba illa etiam ad doctrinas, ac definitiones Ecclesiæ accomodari; si quidem si particularis Ecclesiæ Prælatum, aut etiam particularem ipsam Ecclesiam, nemo non audire tenetur; quantò magis Ecclesiæ vniuersalis Prælatos omnes, atque adeò ipsam vniuersam Ecclesiam audire venerarique tenentur, quam illi repręsentant? Enimuerò Martinus Quintus patenter eam à Concilijs repręsentari docet. Hem, quid hic dicturi sunt? Loquimur autem de Oecumenica Synodo nunc à Hierarca, totiusque Ecclesiæ summo Antistite, indita, coacta, examinata & confirmata, qualis illa Latenensis fuit, quæ præsentem habuit summum Pontificem, & laudatorem. Ne quis mihi nunc frustra obijciat, soli Apostolicæ Cathedræ adesse infallibilem Spiritus sancti assistentiam in fidei dogmatis decernendis Amplius (vt ad rem propius veniamus) si in aliqua generali Synodo, terminanda hæc controuersia esset, quid rogo, existimant eam esse pronunciaturam? Quæ vnquam posterior legitima Synodus, aduersus diffinitas ab anterioribus legitimis Synodis, fidej veritates, quidpiam pronunciauit? Patres certè nostri, quicquid pro fide pro veritate pro communione Catholica atque Apostolica secundùm Scripturarum tramitem, prædicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt inconuulsum deinceps voluerunt firmumque constare, nec in eadem causa quæ præfixa fuerunt retractari qualibet recenti præsumptione permiserunt. sic certè Gelasius Papa in Epistola ad Episcopos Dardaniæ scribit, vbi & alia quæ ad hanc rem magnopere illustrandam faciunt subijcit. Hoc verò cur? nisi, quia certa est Ecclesia, tales à Spiritu sancto

Contra Melchiorem Cano.

emanare. Quid igitur poterit homo priuatus fluctuare in his de quibus Ecclesia tota certa est: videlicet reuocare in dubium, quod tanta consensione magni proceres, ac Spititus sancti preclara organa, sese firmiter credere professi sunt? & sola temeritatis infamia inde notari? quasi verò ij omnes, non & hanc temeritatis notã veluti suffugere, ac delere inde conãtur, quod alios doctores suos habeant doctrinæ patronos, & non se hoc clypeo defendant Ambrosius Catherinus, Hieronymus ab Oleastro, & alij nõnulli, qui hoc quoque tempore neglecta Concilij doctrina, priscorum opinionem sequuntur, quasi prisci aliquando dixerint se illud firmiter credere, quomodo Synodus postea dixit, aut quasi se huius controuersiæ censores Iudicesq; & diffinitores pronuncient, quomodo esse cõcilia solent: aut denique quasi ea in re inter se omnes consentiant, sicut tanto numero Patres posteriores in vnũ coacti, examinatis omnibus accuratissimè in hanc illis priscis contrariam sententiam deuenerunt. Quod si dixerint, has Conciliorum doctrinas, non esse definitiones Ecclesiæ, sed proponi à Patribus tanquam probabiliores contrarijs ex aduerso pugnantibus opinionibus; quæram primùm, cur se hæc firmiter credere Patres illi profitentur? quis quod probabilius esse existimat, & nihilominus opinatur, poterit rectè pronunciare se firmiter credere? Deinde quærã, quid aliud nobis verbum Credere significat, quo vtuntur, nisi certam quãdam eorum mentis adhæsionem ad hanc veritatem, licèt obscuram, aut (vt loquuntur) ineuidentẽ. Tertiò quæro, si hæc synodi doctrina, non est Ecclesiæ definitio, cur illam summus Põtifex inter decreta retulit: nam vel ad fidem, vel ad mores, hoc est, vel ad fidei dogmata, vel ad mores, & politiam Ecclesiæ, decretales põtificię pertinent: hæc certè omnium consensione ad fidem spectat Quartò, & cur Episcopi cum subscribunt, ita loquuntur Ego N. definiens subscripsi? Amplius, consueuerunt Oecumenicè Synodi, certã verborum formula indicare, cùm quidpiam proferunt tanquam nondum satis exploatum, & compertum: sic certè Vienensis (vt est in Clementinis De summa Trinitate) patenter hoc manifestat, cùm opinionem, quæ dicit, tam paruulis quàm adultis conferri in baptismo informantem gratiam, & virtutes, se eligere, ait, tanquam probabiliorem, & dictis Sanctorum ac Theologorum modernorum Theologiæ magis consonam, & concordem. Non igitur expedita prorsus veritas est, has absque execratione, aut comminatione Conciliorum doctrinas, non esse definitiones; Apage autem Gulielmum Postellum, & Hæreticos alios, qui definire Ecclesiam permulta oscitanter dixerunt, nos enim nec audire horum blasphemias volumus.

Catherinus igitur alia ratione ostendere nititur nihil minus cogitasse illud Concilium, quàm de reijcienda priscorum Doctorum sentẽtia. Quod inde probat: quia ij, non solam spiritualem creaturam, sed corporalẽ quoque nempe materiã omnium rerum sensilium simul fuisse ab opifice creata dixerunt: Atque hoc est (inquit) quod concilium definiuit. Sed quæro ab homine doctissimo, quid sibi verba illa Concilij præseferunt, *Simul ab initio temporis*. Enimuerò prisci tempus prodijsse ab Opifice volunt non sanè cum cælo & terra, sed postmodum cum firmamento, hoc est, multò postea,

ftea, quàm Angeli & materia prodierint. Hoc igitur illud placitū est, quod repudiat sancta Synodus. Rursum, non perspicit hic Antistes, cùm hæc ipsa dicit, *Angelicam & mundanam*, exponere luculenter non modò materiam illam & massam, sed corpora quoque omnia integrantia hunc Mundum, simul in primo momento temporis fuisse creata. Quamobrem sic mihi decreuisse Concilium, aut certè exposuisse statuendum constanter videretur, nisi Sancti Thomæ auctoritas (quæ apud me grauissima est) tantisper ab illa constantia me abduceret. Quanquam quo ad Patres pertinet, non est dubium, immunes eos esse ab hæresi, quòd longè præcesserint Ecclesiæ diffinitionem: & ratio velit, vsusq; Ecclesiæ probat, illos esse per eas leges iudicandos quæ tunc temporis extabant, quando scripserunt. Quod Iustinianus Imperator in Nouellis constitutione 115. fieri etiam in ciuilibus prudenter voluit.

Opinio Auctoris.

Est enim opinio adhæsio ad vnum cum formidine de opposito.

Cæterùm, nec Scripturarum testimonia, quæ pro illa opinione afferuntur, sunt vsque adeò perspicua, vt eam nos complecti cogant. Sunt enim astra matutina, ac filij Dei quibusdam Doctoribus sydera & cælorum animæ; vel certè (quod video alijs placere) minores Angeli horum motores (per methonimiam videlicet) qui & rursum vocari filios Dei supremæ Hierarchiæ Spiritus existimāt, qui in vestibulo Deitatis (teste D. Dionysio) collocati iubilant, hoc est excellenti quodam modo Dei boniatem præ minoribus, & suspiciunt, & extollunt; quos omnes natura tantùm, nō autem tempore præcessisse terram Iobi Oraculum docere volūt. Rursum, si quod dicunt Patres, quomodo laudabatur Deus cum Angeli non essent, alicuius esset ponderis, hoc quoque disertè euinceret Angelos esse æternos, ne videlicet aliquando laudatoribus Deus caruerit: quod cùm non sit, sicut ipsi creatos fuisse illos ante corporeum Mundum volunt: ita nos cum eo simul fuisse conditos possumus affirmare: nec enim maior ratio ab illis stat, quàm à nobis. Cæterùm, quod Gennadius ī Cathena arbitratur, eos potius natura subsequutos esse huius orbis conditionem (quoniam *quod animale est prius est quàm spirituale*: 1. Cor. 15. & prius Adæ corpus compactum fuit, quàm in eo inspirauerit Opifex spiraculum vitæ; ac dubium non sit Mundi corpora tanquam animalia, hoc est, tanquam imperfecta se habere ad Angelos, & hominem esse minorem quendam Mundum qui typus maioris sit, in quo corpus sunt elementa & cæli, Spiritus autem & animæ Angeli) non magnopere vrget, sicut in secundo capite ostendemus. Porrò autem & argumentum, quod à Puerorum hymno priores ducunt, neruosum non est. Illi enim seruasse naturæ ordinem magis quàm creationis, existimari possunt, præsertim cum Dauid alium seruasse ordinem in Psalmo 103. communiter credatur: inquit enim, *Extendens Cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius, qui ponis nubem ascensum tuum; qui ambulas super pennas ventorum, qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem urentem.* Vbi fermè aliā & planè diuersam atq; fecerunt illi Iuuenes recensendi, excitandique creaturas, ad persoluendas Deo laudes. Methodum Spiritus sanctus attulit, hoc est, non vbique eandem rerum seriem ordinemque eas enumerandi (quem Moses) integrum, ac semper Scriptura seruauit.

Ad Scripturas quæ pro illa opin. patrum afferebantur.

Caietano, Steucho &c.

S. Thomæ.

Ad rationẽ pro illa opinione. Progredior proinde ad examinandam rationem, cui satisfieri ęgriùs admodum potest, quàm prima facie videatur. Ergo S.Thom.in ea.q.16. primæ partis assumptum simpliciter inficiatur, nempe Deum esse vniuersi partem, vt sibi hæc ratio sumit: quippe qui extraneus Mũdo est, vel Arist. 12. Meta. 52. teste. Quamobrem Angelus dici medius inter Deum & corporalem naturam rectè non potest. *Obiectio.* Vera sunt hæc: nihilominus in quæst. 50. art. 1. ad primum, hoc est, cùm hęc antea docuisset, non recusat, vt aliqua ratione Angelus medius inter Deum & corpora dici valeat, videlicet eo modo quo visum fuerat Damasceno: & experitur exemplo tepidi: *Responsio.* quod collatum feruido & æstuanti, frigidum est. Quæ profectò doctrina dissentire à priore manifestè videretur, nisi non tam ex propria animi sententia quàm ex vna dumtaxat Damasceni mente illam pronunciasset. Verùm Damasceni doctrina est etiam (ni fallor) D.Dionysij de Diuin. cap. 4. cuius & 5. quæst. 26. 1. idem Doctor meminit: & sic eius verba interpretatus est, vt voluisse dixerit Angelum secundùm naturę gradum infra Deum esse, ac supra homines; vt facilè proinde Docti intelligant statum difficultatis.

Visi sunt pugnantia scribere illi qui Angelos esse corporeas existimarunt, & nihilominus creatos fuisse ante hũc sensilem Mundum. Et posteaquàm huc disputatio nos pertraxit, non hoc quoque præteribo. Visum mihi sæpe fuisse admiratione dignum, quomodo Doctores prisci quidam existimauerint Angelos cognata habere corpora, tenuia licèt vsq; adeò, vt immaterialia etiam illa aliquando appellauerint. Origenes lib. 1. Periarchon. cap. 6. D. Basilius in lib. de Spiritu sancto. cap. 16. Psellus in lib. de Dęmonibus, interprete Ficino. cap. 1. Augustinus in Epistola ad Paul. de videndo Deum: in Enchyr. cap. 59. & expedit legere Magistrum. 2. d. 8. Sed & Gennandius Auctor libri de Ecclesiasticis dogmatibus (vt S. Tho. quod 12. art. 2. & doctissimus Fr. Andręas de Vegà. lib. 5. cap. 15. suorum in decretum de Iustif. commẽtariorum existimant) idem prorsus scriptum reliquit, cap. 2. & alij denique nonnulli à quibus hæc fermè argumẽta afferũtur: quoniam esse prorsus incorporeum & immaterialem est proprium Dei: & rursum, quia alioquin vbilibet essent: essentq; incircumscripti. Itaque liceat nobis eos nunc percunctari, quomodo rectè potuerint in animum inducere Angelos cognata corpora habere, & tamen eos fuisse ante corporeum mundum creatos. Etenim quodlibet corpus videtur locum sibi circunscriptiuum natura vindicare, eo excepto, quod reliqua omnia tegit, & circunscribit: extra cælum autem nec locus est, nec vacuum. *Secunda ratio.* Rursum, vel corpora Angelorum illa, quanquam purissima sint ac tenuissima ex his elementis constant, quæ apud nos sunt, vel non: & si ex his constant, oportet vt subsequuta hæc sint, quemadmodum & quoduis mixtum simplicia, ex quibus compositum est subsequitur: & ita, si fuerunt Angeli ante Mundum, fuerunt etiam cum ipsis ante mundum elementa: quod vult Lusitanus, atque adeò non soli Angeli, & ita Mundus fuit ante Mundum, sicut contra illum Lusitanum aliàs argumentabar. At verò hoc ipsi (vt arbitror) non concederent. Quare secum patentius consentit D. Augustinus, qui Angelos vnà cum sensili mundo creatos fuisse maluit. Amplius, & Angelorum corpora natura mortalia essent & dissolubilia:

nec

nec enim potest id totum esse immortale quod ex mortalibus constat. quæ omnia nedum à recentioribus magnis rationibus repudiantur, sed & Theodoreto, & alijs quibusdam Priscis sunt tanquam commentitia habita: vt prætercam quòd Moses minimè hic Mundi creationem exposuisset, sed solam elementorum separationem & digestionem: quod & si velit vnus, aut alter Doctor, ego tamen falsum esse non dubito. At verò, si ex his elementis Angelorum corpora minimè constant, sed ex alia quadam miscella, aut materia, quòd (vt aiunt) voluit Auicebron; quæro, aut illa prorsus simplicia sunt, aut non. Si primum, quomodo ergo erũt quattuor tantùm, aut quinque prima corpora, videlicet elementa ac cœlum, quæ Mundum constituunt? siquidem nulla ratio patitur, vt si illa Angelorum corpora alterius fuerint naturæ à cœlis, & elementis, & sint simplicia, non sint etiam de constitutione Mundi, quemadmodum & illi quorum corpora sunt. Quòd si ea mixta esse dixerint, pugnabunt aduersus illos rationes superius adductæ. Itaque vel gemina hæc positio, vel certè altera ex his consistere nullo modo potest. Quapropter opinionem hanc (adsit reuerentia vero) minimè sequimur: quòd probatiorem, & litteræ Mosis consentaneam magis esse credamus eorum sententiam, qui Angelos simul cum cælo & terra in capitulo illo, & primo temporis momento creatos fuisse docuerunt, ad quam vel firmandam, vel constituendam probabilia permulta faciunt, & præcipuè quòd ij pars insignis Mundi sint, quæ & regit, & ornat corpora omnia, ceu D. Aug. libro tertio de Trinitate. cap. quinto. meditatur. Porrò autem est rationi consentaneum, vt præcipuæ Vniuersi partes vno momento eademque actione fuerint & conditæ & connexæ: vt sicut Opifex vnus est, opificiumque dumtaxat vnum, hoc est, vnus non nisi Mundus: ita quoque vt vna dumtaxat fuerit actio, qua de non esse ad esse prodierint. Sed & pars extra totum imperfecta, ac veluti mutila existimatur: Angeli igitur omnes vnà cum cęlo & elementis prodierunt.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Oppugnatio al tertiae respons.

Opinio Auctoris.

Prima ratio pro opin.

Vide D. Greg. Nazianzenum in oratione in nouã dominicã.

Secunda ratio pro opin.

Responsio ad principale quæsitum, cur Moses creat. Angelorum non exposuit.

Quod si illorum Genesim disertè Moses non exposuit, animaduertit tamen per consequentiam eam intelligi luculenter posse. Etenim & genituram motus cæli & temporis ideò suppressit, quòd per consequentem quandam intelligentiam, cum cælo fuisse ædita poterant intelligi: vna enim actione subiectum ac eius passiones ab agente prodeunt. Et ne quis dicat hæc esse accidentia quæ concreari intelliguntur, secus verò contingere in substantijs ad quas creatio cum primis terminatur: Hem, & hoc quoque vide, quòd nec Aquæ, nec Aeris, nec denique Ignis creationem vspiam dilucidè, & apertè protulit, sed tacitè, & obuolutè, commemorata duntaxat extremorum corporum secundùm situm creatione. Quid igitur? diminutus est Moses in sua hac Historia, vti Iulianus libro secundo apud D. Cyrillum existimat? minimè gentium: sed sunt permulta, quæ Historici lectorum intelligentiæ & prudentiæ consultò relinquunt, quod animaduertant vel illa venire in notitiam ex his quæ recensuerant vel etiam aliunde esse manifesta.

Quamobrem & Ioannes Euangelista sub initium Euangelij sic de

verbo

verbo sermonem fecit, vt prorsus videatur patrem dicentem prætcrire. Neque enim ait, *In principio dixit Deus verbum*: ea nimirum ratione quod aliunde agnosceretur Deum fuisse qui verbum dixerit, si D. Ioanni Chrysostomo ibidem Hom. 1. assentimur. sed & Barcepha parte. 1. cap. 27. ait Mosem siluisse multa, quod se scriptorem agere intelligeret, non verò interpretem, & expositorē, cuius muneris esse vī, & apertius & fusius res explicare. Ergo queadmodū cū dixit: *In principio creauit Deus cœlū et terrā.* ex posuit cōsequenter creata simul fuisse intermedia corpora, & ad hæc motum Cœli ac tps; ita propemodū significauit, simul fuisse creatos angelos. Etenim & Iob. c. 40. cū de Angelis malis quos Beemoth. hoc est, Bestias vocat, Dñs verba faceret, hoc etiam ait, *quos feci tecum*, hoc est, vnà cū sensili orbe. Cū. n. præclaris & eruditis ingenijs notiora hæc futura esse ex dictis Vates noster perspiceret, quam vt se disertè, ac sigillatim de illis verba facere oporteret, ea explicasse generali oratione contentus fuit. Quamobrem, & Plato consequutus hæc omnia ex eo confestim est. Vnde & tempus vnà cum cælo factum fuisse dicit, quod Iulianus ille Cæsar, aut non perspexit, aut etiā (erat enim peracutī ingenij) malignè dissimulauit. Et hæc quidem omnia Dauid in Psalmo patenter fermè nobis declarat, cum inquit, *Qui fecit cœlū & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.* Angeli siquidem in Cęlo esse dicuntur. quos & conuertunt, & quibus sunt ornamento, & vbi Deo assistunt, & inseruiunt; vt his & alijs rationibus grauissimis ductus toto cælo, vt dicitur à nonnullis magnis Auctoribus (inuitus quamuis) dissideam, cū eminentissimum Vatem hunc rudibus, nonnisi, & crassioribus hominibus historiam suam scripsisse volunt. Quo enim propius, & penitius Mosem intueor, eò magis in contrariam horum sententiam venio. Existimoq; illum præcipuè eorum habuisse rationem, qui perillustri ingenio præditi essent & bonarum artium suppellectili copiosè instructi. Etenim permulta presse & concise, ac veluti per puncta sua narratione attingit, ex quibus alia fermè innumerabilia subintelligi vult, puto autem hoc non esse crassis, & oscitantibus hominibus scribere.

Confirmatio à Scriptura Iob.

Confirm. ab intellig. Platonis

Confirmatio à Scriptura Dauidis.

Cur expresse & patenter creat. Angelorū Moses non scripserit.

Sicut Dan. 3. de sonitu tubę, fistulę & cytharæ, & sābucę, & psalterij, & symphon. &c. de qua re Catherinus in clauibus egregiè.

Sed minimè desunt, qui adhuc inquirere pergant, qui nam factum sit, vt non explicitè & luculenter creationem Angelorum recensuerit, quinimmo nostræ intelligentiæ illam reliquerit? Visa est Theodoreto hæc percunctatio infructuosa: at verò mihi etiam curiosa & molesta: vt enim permulta Dei opera sunt quorum rationem inquirere, ac explorare etiam insignes & excellentes homines minimè valent; ita & complura à sacris Auctoribus interdum quidem latius explicata aliàs verò etiam sæpe ac (vt volunt quidam) etiam frustra repetita, & permulta penitus prætermissa fuisse non dubito causis nobis inexcogitabilibus: sed nihilominus quod conijcio confestim proferam, atque audierimus alios. Existimant igitur quidam Mosem illam suppressisse, vt vel sic Hebræorum saluti consuleret; cùm illos magnopere rudes esse, atque ad idololatriam impensè procliues intelligeret, atque adeò, qui si creationem tam præcellentis, & sublimis substantiæ audirent, eam cultu latriæ, diuinisq; obsequijs adoraturi essent suppressit, illam vir prudens, ne scilicet tam immane scelus illi patrarent

Verba Theodoreti sunt, nihil solidi inerat nullaq; cōstantia ī ijs ad quos lex ferebatur momento tpis, multis post tantisq; miraculis vituli statuam renunciauerunt Deū, qui igitur ad brutorum imagines adeò pclinè maiestatē Dei trāstulerunt quid si naturę illius īcorporeę cognitionē habuissent.

trarent. Hæc responsio (vt cum venia dicam) sub frigida multis nominibus mihi semper visa est. Et primùm quidem rationibus Episcopi Abulēsis viri excellentissimi. Nam constat Mosem sæpenumero Angelorū meminisse: sic enim cap. 3. scribit Cherubin fuisse à Deo positum custodem Horti voluptatis. & cap. 18. Angelos ab Abrahamo hospitio susceptos fuisse, & 19. eosdem Sodomam, & Gomorram euertisse, cum Loth & eius familiam inde educerent. Rursum, quoniam illi tantopere rudes, atque prauè dispositi Hebræi (vt ij volunt) experti in itinere sanctorum Angelorum ministeria & præsidia sæpenumerò fuerant, primùm quidem quando occisis ab Angelo primogenijs Aegyptiorum, illæsi ac indemnes ipsi seruati magno miraculo fuerunt; deinde cùm egressi ex Aegypto terram Patribus sępè promissam per deserta peterent: etenim interdiu Angelum videbant in columna nubis, & noctu in columna ignis antecedentem: & nemo veruntamen adorasse illum legitur. His adde, fuisse considerandum, doctrinam, quæ Angelos facit à Deo creatos, augustā facere Dei amplitudinem, & potentiam, & eleuare ac extenuare tantisper Angelos, vt si quam de eis habemus maiorem, quàm par est, opinionem, illā prorsus obliteret, nimirum quod à Deo in immensum distantes faciat, quanquam inter creaturas sublimi & excelso loco fuisse positos fatetur: & proinde abducere homines potius ab eorum cultu quàm aut allicere, aut adducere. Postremò, & illud venisse his Doctoribus in mentem debuerat, Spiritum sanctum non illis Hebręis solis Scripturam ædidisse, sed eorum quoque posteris qui narrantem viua voce Mosem audituri non erant, nec visuri magnalia, & prodigia, quæ eorum maiores viderant: *scribantur hæc in generatione altera* (inquit Dauid) *& populus, qui creabitur laudabit Dominum.* in quibus cùm etiam permulti eruditi, & in recta, veraque Religione præclarè instructi futuri essent, non erat cur eorum Idololatriæ ita timeret: nam sapientibus & insipientibus non minus debebat Moses (vt opinor) quàm Paulus ad Romanos primo. Itaque inualida prorsus mihi videtur illa responsio, quamuis & Magni Viri complures eidem subscripserint. Proinde causas inspiciamus, cur sanctarum Scripturarum auctores quędam interdum supprimunt, ac tanquam de industria occultant, & id non multo negotio (vt arbitror) consequemur, quod soliciti nunc & anxij inuestigamus.

Causę cur scripturæ quædam silent.

Sunt autem huius rei in vniuersum ac præcipuè nouem causæ, quarum quædam sunt sacris Auctoribus, cum prophanis cōmunes, alię verò illis solis propriè ac fermè singulares. Prior porrò hæc est, quòd nullam cum subiecta materia quam sibi tractandam sumpserunt cognationem, nullum cum proposito illis scopo ligamentum, aut necessitudinem illa habeant quæ silentio inuoluunt: sic Moses siluit multorum filiorum Adæ nomina, vitam, & prosapias, quod aliena hæc omnia essent à fine, quem sibi in hac conscribenda historia initio destinauerat, sicut & prima prælectione antea diximus: & nemo est qui non possit exemplis innumerabilibus à quouis genere auctorum petitis, rem hanc confirmare. Supprimunt secundò quædam propter mysteria, sicut hic ipse Moses natales Melchisedeci, eiusque parentes & vitę annos prorsus conticuit, vt fuisse illum significaret

gnificaret illustrem Christi Domini typum; quemadmodum D. Paulus ad Heb. 7. explicat, qui & fortè hoc ipsum voluit cum ad Rom. 3. & 4 disputat, ac exemplo *Abrahæ* probat iustificari hominem per fidem sine operibus: quoniam scribitur, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*. in quibus verbis scriptura nullam facit mentionem operum, vt videtis. Quapropter si quis Paulũ rogasset, cur hæc ipsa solius fidei Abrahę nunc meminerit, eius suppressis operibus, cùm tamen antea ab obedientia, à cultu Dei, à charitate & prudẽtia erga nepotem Loth, à magnificis Dei promissionibus, à victoria aduersus quinque Reges, & postremò ab eius gestis, quę cum Melchisedeco transegit, nec parce, nec obscurè, sed magnificè & patenter cap. 12. 13. & 14 laudasset; existimo respondisset suppressisse illam cætera omnia, vt hoc nobis arcanum aperiret, fidem esse quę primas partes in iustificatione obtinet. qunaquam non pręcipuas; & opera proinde, quæ absque fide fiunt, quantumuis ab hominibus præclara censeantur, non esse satis ad iustitiam consequendam: Et rursum, cũm ab operibus laudauit Abrahamum, etiam consequenter à fide laudasse quæ opera antecesserit: quod postmodum quoque luculentius facit, cum eum multo magis iustificatum fuisse sugerit, quando filiũ super altare ex obedientia mactare constituerat, sicut postmodum D. Iacobus cap. 2. disertè docet. Ad hæc, S. Thomas quoque 2. 2. q. 85. art. 1. dicit, hunc ipsum Mosem, ideo non scripsisse Adamum Deo sacrificasse, ne auctor gratiæ is esse videretur, qui origo peccati fuerat. Amplius. 4. d. 46. q. 2. art. 2. 3. hanc esse causam dicit cur non etiam idem scripserit Aaron, summũ Pontificem fuisse punitum quod furenti populo ad idolomaniam non ea quæ illum decebat, constantia obstitisset, quinimmo ei vitulum aureum sacrilegè fuderit; vt intelligeremus Ecclesiarum præfectos, cùm delinquunt, esse propter scandalum clam puniendos, videlicet ne desistamus magna eos reuerentia prosequi, & vt nullo vnquam tempore, etiam peccantes, proscindamus sicut illa loca docent, *Principi populi non maledixeris* Exodi. 22. Et *nesciebam quia pontifex est*. Acto. 23. & D. Ignatij ad Trallianos, *Veneramini autem & Episcopum vestrum, sicut Christum, secundùm quod beati Apostoli præceperũt.* Ad hæc & D. Hieronymi ad Pamachium aduersus errores Ioan. Hierosol. *Nisi me honos sacerdotij, & veneratio nominis refrenaret*, & cætera. Et cum studio & exercitatione hoc genus arcana, ex scripturis eruimus, incredibiles certè capimus voluptates, & suauissimas oblectationes, quippe qui, tanquam mel de petra, & oleum de saxo durissimo videmur nobis inde excussisse? vt enim scribunt multa autores vt exerceant fortes, sicut D. Gregorius Papa dixit, ita eandem ob causam multa etiam supprimunt. Ac verò nobilissimo hoc exercitio nihil potest esse humanæ menti salubrius, nihilque iucundius. Tertiò, silent quædam propter incapaces, hoc est propter eos qui vel rudi obęsoque ingenio sunt, vel nondum sunt sic instituti, vt idonei sint altiora mysteria capere; quemadmodum sanctissimi Patres. Ignatius in illa epistola ad Trallianos, D. Aug. de bono perseuerantiæ. cap. 17. iampridem adnotarunt: & illa verba Domini, Ioann. 17. luculenter probãt, *Multa habeo vobis dicere, quæ nõ potestis portare modo*. & D. Pauli

1. Cor. 3.

1.Cor.3. *Tanquam paruulis in Christo. lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis.* & id genus alia: & est profectò sanissimum consilium. *Homo sapiens tacet vsque ad tempus.* Eccles.20. Quartò, hoc ipsum aliàs faciunt propter impios & irrisores, ne videlicet sanctum canibus exponãt, aut porcis margaritas proferant: quod & D. Dionysio de Eccles. Hierar. olim visum etiam est, & potest causa hæc cum superiori commodè iungi. Nam & impij incapaces fermè sunt; & Deo gloria datur, cùm hoc genus hominibus eius verbum absconditur. Prouer. 25. Quintò, tacet alia crebrò, quod notissima sint, sicut D. Ioan. Chrysostomus in Ioan. hom. 1. de Patre dicente Verbum periclitatur, vt superius decebamus, & nos alijs exemplis inferius illustrabimus. Supprimit sexto quædam propter aurium sanctitatem, malens intelligi quàm proferre; quemadmodum D. Hieronymus cõtra Heluidium loquitur, huius generis sunt blasphemię, & res obscenæ. Septimò, ea etiam tacent quæ si dicerentur offendiculo esse aliquando possent. Sic certè Paulus ad Hebræos. 7. egisse mihi videtur quando supprimit porrectionem panis & vini Sacerdotis Melchisedeci, etenim cum accuratissimè perstringat cunctam Melchisedeci historiã, quæ Gen. 14. habetur, quæ alia causa esse potuit, rogo, vt præteriret illam panis & vini porrectionem, quam Moses ibi ex intẽtione narrat nisi quia animaduertebat (si adduxisset), hæreticos illam esse accomodaturos, ad victimam crucis, de qua sola in ea Epistola verba facit? quod ratio ferat, vt Auctorum verba eò referantur, quò spectasse cumprimis intelliguntur? porrò autem illa panis vinique porrectio significabat præcipuè, ac luculenter Altaris sacrificium. Nam cum hæretici quidam ad victimam cruentam illam modo contorqueant; quid, rogo, facturi erant, si Paulus eam (sicut & eius viri reliqua gesta omnia) exposuisset, quæ omnia cum in cõmentarijs nostris eius Epistolæ copiose, & patenter edisseram, non sunt à me nunc in hunc locum importanda. Octauo etiam multa S. Auctores prætereunt: quia vera non sunt. D. Aug. de spiritu & littera cap. 31. *nusquam legimus in sanctis Scripturis* (inquit) *non est voluntas nisi à Deo: & rectè, non est scriptum quia verum non est: alioqui peccatorum (quod absit) auctor est Deus.* sed & Paulus ad Heb. 1. hoc ipsum esse in causa docet, cur nemini Angelorum dictum aliquando fuerit filius meus es tu, ego hodie genuite: quod nimirũ nemo eorum sit natura filius Dei, sed solus Dominus noster. Ad hæc, & Luc. 4. cum Dominus ait ad nullam viduam præter Sareptanam missum fuisse Heliam, dum fames in Iudæam crudesceret, nec Hæliseum mundasse quenquam leprosum à Naaman Syro, siquis rogasset ab eo causam, respondisset (opinor) scripturam hos solos nominasse: quia verum non erat, aut Hæliam alimenta dedisse, alijs qui in Iudęa, ea tempestate esurirent, aut Hæliseum alios leprosos curasse; quanquam potest vtrunque etiam tacuisse, vt arcanum nobis illud confestim ibi a Domino explicatum sugereret, *neminem scilicet prophetam acceptũ esse in patria.* Nam & Doctores nonnulli existimant, eundem Dominũ reuocasse alios plures mortuos in vitam, quàm qui ab Euangelistis recensentur: sed tres tantum fuisse ab his litterarum monumentis cõmendatos, nonnisi pro-

pter mysterium, de quo D. Aug. & alij latè scribũt. Postremò adde his quoque hæc nona ratio potest, quia voluerit Dominus, vt viua voce, non verò litteris credentibus multa exponerentur, quam rem, quia catholici tractatores accuratissimè, ac latissimè exponunt, & non modo idoneas causas, verum etiam & vaticinia prophetarum afferunt, quibus hoc factum iri per Christum Dominum prænũciauerunt, ad illos ego vos in præsenti reiicio possunt autem. & alię huius rei esse causæ, quas non hucusque ego deprehenderim quas alij post nos consequentur.

Cùm igitur ex his quædam explosę à nobis superius fuerint, & aliquę hac in re locum non possint habere; ego sic mecum denique reputo, ob hanc potissimum causam præterijsse Mosem de creatione Angelorũ apertè scribere, quòd aliena prorsus à scopo suo esset, qui Hebræos cum primis ad Christum tanquam redemptorem, & reparatorem nostrum, tota hac historia, legibus, & cæremonijs præparabat, quemadmodum prima prælectione dicebamus. Quorsum igitur creationis Angelorum nunc meminisset? Neque enim Christus futurus erat horum redemptor. Rursum, cùm scriptura de Angelis verba facit, confestim quoque alicuius eorum officij & ministerij erga homines fermè vbique mentionem habet hoc verò cur? nisi quia prudentibus sic indicare voluit, illos eatenus ad communem Scripturarum scopum pertinere, quatenus cum hominibus & gratia hominũ in hoc sensili mundo quidpiam operantur. De hominibus enim in ordine ad redemptorem Christum illa præcipuè tractat. His adde; quòd si illorum conditionem & ortum exposuisset, simul quoque peccatum dæmonum, qui Deo contumaces & perduliones extiterunt, ei explicandum fuisset. Atqui aliena, & parerga hæc ab illo sibi proposito scopo cùm viderentur consulto & prudens ea omisit, ne videlicet scopam dissolutam, aut etiam arenam sine calce, eius hæc monumenta viri docti vocarent. quibus fortè rationibus factum fuit, vt veteris Scripturæ Auctores reliqui Sathanæ, & sociorum casum concisè & obscurè nonnisi delinearint. Esaias videlicet cap. 14. sub typo Nabuchodonosoris, & Ezechiel cap. 18. sub typo Regis Tyri, ac fortè etiam Iob 40. & 41. sub nominibus celsitudinis, altitudinis, & pulchritudinis, inque typis superborum, ac Leuiatham, & Beemoth: quæ omnia sunt magnis tenebris circumuoluta. Perspiciebant enim ad scripturarum communem finem, qui est de Christo redemptore, tanquam de præcipuo subiecto disserere, minimè hæc pertinere. In nouo autem testamento ideo fuit casus eorum apertiùs expositus. Ioann. 8. Apoc. 11. vt intelligeremus, hoc quoque beneficium inter reliqua Genus humanum à morte & resurrectione Domini obtinuisse, vt fuerint permultum imminutè nocendi vires malis Angelis, ac bonos omnes (& præsertim nostros custodes) plurimum instaurationis, lætitiæ & (ni fallor) virium quoque aduersus communes hostes esse inde consequutos. Quãobrẽ & hac quoq; rõne Angelorũ redemptor dici Dominus noster potest, præterquam quòd, hic ipse qui lapsum hominem erexit, dedit quoque Angelo stanti ne caderet: sic illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens, & proinde vtriusque redemptor soluens illum

Casus Sathanę obscurè in veteri scriptura habetur, quia alienus à scopo scripturę.

Est. n in cõtrouersia positum num oẽs mittantur in custod. hominum.

& ser-

& seruans istum: quod D. Bern. Ser. 22. super cantica, dixit. Sed nihilominus ea voce capta, vt latissimè patet, alioqui cum pressiùs & propriè capitur, nemo (vt sapiens quidam dixit) verè redemptus dicitur, qui non fuit verè captiuus; & Paulus ad Hebræos. 2. disertè ait, *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*.

LECTIO OCTAVA.



ERRA *autem erat inanis, & vacua*. In Epigraphe præposuerat cælum terræ, quam & constat eo ignobiliorem esse quorsum itaque nunc omisso tantisper cęlo, ad qualitates terræ explicandas, hoc est, quomodo tūc esset terra affecta, Vates hic noster progreditur? Inconcinna proinde, & præpostera videtur esse hæc eius narratio. Quod tamē minimè est: quoniā terræ elementum nobis manifestius cælo est, & differendi methodus exigit, vt à notioribus nobis sermonem capiamus. Dici & secundò potest, sanctam Scripturam non semel alium ordinem in explicandis propositionibus seruasse, quàm in proponendis fecerat. Dauid enim in Psal. 148. satis disertè partitus est Orbem in geminam partem, cælestem nimirum, quam excelsam nuncupat, & subcælestem quam vocat de cælis, siue intra cęlos, & hanc in propositione primū proponit, & excitat ad Dei pręconia, & postea alteram. Etenim propositio eius hæc est, *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis*: & mox veluti inuerso ordine secundam partem antea persequitur, ac ita deducit: *Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum Sol, & Luna, omnes stellæ, & lumen*, & quæ sequuntur: ac postea ad priorem reuersus, illam ita distribuit, *Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi*. Amplius, Matth. 1. propositio est. *Liber Generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham*, vbi antea Dauidem audis, quàm Abrahamum: atqui cùm eam explicat, sic retrorsum progreditur: *Abraham autem genuit Isaac*, & quæ sequuntur. Sed & D. Paulus ad Romanos 4. cùm disputationis suæ thesim proposuisset, quæ gemina parte constaret, quarum prima affirmatiua esset, (*Arbitramur hominem iustificari per fidem*) Altera autem negatiua (*Sine operibus legis*) tamen in disputatione secundam antea, exemplo ab Abrahamo ducto, probat, cap. 4. ac deinceps priorem. Prophani quoque scriptores, hoc idem aliquando fecisse visuntur. Nam ille qui dixerat, *Arma virumq; cano*, quæ propositio est, sic eam inuerso ordine, ac veluti retrorsum illico exponit, *Qui primus ab oris, &c.* Reddi & hæc tertia ratio potest, quòd animaduerterit Moses elementum terræ, quanquam aliàs crassissimum & ignobilissimum, esse tamen medio axe libratum, atque adeò centrum & medium Mundi, & proinde esse causam, cur cęlū (quod eius circunferentia est) circa ipsum perenniter vniformiterq; cieatur. Etenim & Manilius primo Astronomicon dixit.

Quæstio de ordine narrationis Mosis.

Prima responsio.

Secūda responsio.

Tertia responsio.

Nisi

Nisi librato penderet pondere Tellus,
Non ageret cursus Mundi subeuntibus astris,
Phebus ad occasum, & nunquam remearet ad ortus,
Lunave submersos ageret per inania cursus.

Quamobrem nemo inde consequi non intelligit terram esse quadantenus priorem cælo, ac tanquam cardinem cui incumbit, vt Plinius dixit lib. 2.c.66. vt si seorsum alterutrũ opifex condidisset id fuisset terra. sic enim & in ædificio fundamẽtum initio iacitur, ac deinceps cæteræ partes struuntur: quod fortasse Dauid eruditis subindicauit, quando Psal. 101. ita dixit: *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.*

Cæterùm sunt nonnulli Doctores, qui omissa aduersatiua *Autem* substituunt copulatiuam, & quam reuera Hebrea littera habet, & sic legunt, *Et terra erat inanis & vacua*, quod quantum spectat ad sensum, parum sanè refert: at verò si constructionem spectes, & Hebraicam phrasim, permultum: capienda enim esset hæc periodus tanquam penitus coniuncta verbis antecedentibus, copulaque *Et* pro *Tunc.* exponenda esset. Quamobrẽ

Forerij expositio. Forerius in Esaiam cap. 6. obseruat totam litteram quam hucusq; legimus, hunc intellectum significare. *Initio quando Deus cælum & terram creauit, tunc terra erat inanis & vacua*, quod consueuerint Hebrei præteritis tanquam nominibus vti, presertim cum nominibus temporis positis in regimine: quare quod Oseæ primo legitur, *principio loquutus est Dominus cum Osea, & dixit*, sic explanat, *Quando initio loquutus est Dominus cum Osea,*

Repudiatur Forerij expositio. *tunc dixit.* Sed melior cõmentarius ille noster est qui mauult vt fuerit propositio quædam, aut etiam breuissima summa eorum quæ per partes explicaturus postea erat, vt suo loco dixi, consentiunt enim omnia cum scopo quem sibi Moses in suis voluminibus proponit, quem cum in prima lectione accuratè persequuti simus, non est cur hic denuò repetamus.

Porrò autem Hebraicas voces *Tou, Vabou*, & si non vno eodemque modo recentiores Latinè reddunt, nihilominus in sensu fermè coeunt, & parum refert quam lectionem sequaris. Constat enim *Tou* significare inane, & vanum. Esaiæ 49. *Laboraui inaniter*, siue in vanum Hebraicè *Latou.* Aquila autem, quantum coniector, vt vanitatem hanc fuisse insignem, & indicibilem exponeret, vsus nominibus fermè abstractis est, dixitq;: *Et terra fuit inanitas, & nihil*, quæ verba significatissima sunt, & declarant maximam terræ vanitatem. Septuaginta tamen, longius aliquanto ab his vocibus abierunt, cùm *terra erat incomposita, & inuisibilis* dixerunt. vnde præstat profectò veterem nostrum interpretem sequi.

Primus cõmentarius examinatur & reijcitur. Itaque qui terræ nomine in propositione explicatam, fuisse siluam, & materiam primã voluere appellari; nunc idcirco inanẽ, & vacuam dici arbitrantur; quod creata primum sub generali quadam, & crassa corporeitatis forma fuerit hoc est, & quauis specifica destituta, ac nulla vestita facultate nullisq; ornata proprietatibus, & proinde inanis seu vana, & vacua, ac vt quidam loquuntur obscura, & desolata, incomposita, & inuisibilis. Vt inter hos & Auicennam hoc tantum intersit, quod ille quidem formam hanc coæternam materiæ fecerit, ij autem nuperrimè concreatam. Sed vt

S.Tho.

S.Tho.& meliores Philosophi validissimis argumentis figmētum inanissimum hoc olim repudiarunt quibus & nos aduersus quosdam superius vsi sumus, ita vna hæc ratio mihi idonea satis nunc esse videtur, ad id penitus è schola Mosis eliminandum: quòd Auctor historiam texit, in qua voces in populari significatione (vbi potest) vsurpat, & ob id terram hanc, quam pedibus terimus, & calcamus, hoc loco vel saltem per occupationem, intelligit; quæ cùm ex nihilo prodijt, *erat*, siue vti Recentiores quidam legunt *fuit inanis, & uacua*, quæ posterior lectio hoc ipso poterit nonnullis magis arridere, quia cùm hæc scriberet Moses, videbatur vndique ac tota repleta, & ornata, & verbum præteriti perfecti *fuit*, nihil eius relinquere solet, de quo enunciatur. Quamobrem ille dicebat, *Nos fuimus Troes, fuit Ilium*, vt nimirum Reginam flecteret, & ad maiorē commiserationem induceret. At verò præteriti imperfecti verbum id etiam seruat integrum in præsenti de quo fuisse enunciatur, sicut fit Ioan. 1. quando dicitur, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*. Sed vtram ex his malueris lectionem parum interest: quoniam vtrunque verbum promiscuè crebrò capitur. Ratio qua Auctori est efficacissima.

Porrò autem inanitas, & vacuitas priuationes quædam sunt non tam re semper inter se quàm ratione seiunctæ, quamobrem ex vacuitatis habitu, qui plenitudo est, ac notior inuestigare operæpretium est, quid hic ambę significent. Itaque cùm terra nunc suam plenitudinem habeat, Psal. 23. & hæc gemina sit; *intima*, qua multorum stirpium, & plantarum seminibus grauida & fœcunda efficitur, & ad hæc lapidibus, gemmis mineralibus, & id genus rebus compluribus locuples, & *extima*, quæ conspicitur (herbis enim arboribusq; vestita & consita est, & animalia omnium generum habet cum primis autem hominem) quibus rebus vndiq; veluti repletur, & venustatur, ac vtraque initio hæc ipsa careret, ob id *inanis, & frustranea erat*, hoc est indigna cuius aliqua haberetur ratio. Dicam luculentius *vana* externæ, quod finem illum consequuta nondum esset, in quē quoque creata fuerat, videlicet vt vsui animalium deseruiret, qua ratione, & Psal. 2. dr̄. *Et populi meditati sunt inania & vacua*, intus, quia & mineralibus, & alijs rerum seminibus carebat, quorum veluti vterus, & locus est. Eoq; nos hac periphrasi Moses fortassis adducit, vt intelligamus Deum cùm elementa crearet, nequaquam solam Mundi compositionem, & consistentiam experiisse, sed cùm primis mixtorum creationem, & præ illis formationem hominis cuius causa sensilem hunc orbem efficiebat. Itaque quod dicit, *Tou, Vabou*: perinde capiendum est, ac si ab eo dictum fuisset, Deum non creasse terram, ac elementa reliqua, ea tantùm ratione, vt Mundum constituerent, sed & multò magis, vt ex eis mixta, quæ subinde ab eo facta narrabit, tanquam ex materia, & communi massa (Figulus veluti quidam & Opifex) efficeret, cui officio cum nondum illa deseruirent, vana ob id, siue inutilia tunc, & vacua fuerint. Hęc enim quæ de terra disertè, splendideq; nunc scribuntur, simul quoque de cæteris elementis per consequētiam intelligenda sunt. de similibus enim idem est iudicium. Aqua profectò suam nunc habēt plenitudinem, nimirum fructices conchas, & pisces:

H &aer

& aer similiter suam, aues videlicet innumerabiles, & denique ignis (si tamen malis genijs, vt aiunt, permulti plenus est, & Ioannes Grammaticus lib. 3. de Generatione animalium in calce, consentit, & Psellus libello de hac re edito non abnuit.) Visum igitur Mosi satis est explicasse terræ qualitates ad cæterorum elementorum qualitates (cùm rudia adhuc essent) manifestandas: ea enim & complexus in Epigraphe fuerat sub alterius extremi nomine (cæli nimirum, vel terræ.) Liptote igitur est; hoc est, plus intelligendũ,& in propositione,& nunc quoq; est, quàm exprimatur.

Possumus rursum hanc vocem ita interpretari, vt posterior sit ratio & causa prioris. Hebræis namq; littera *Vau*, quæ copula est, redditurq; Latinè, *Et* non vbique,& perpetuò in vi copulæ ponitur, sed interdum quoque in vi causæ, vt periclitari licet. Ioan. 1. *Et verbum caro factum est*, & Lucæ 2. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*: vtrobique enim *Et* pro *Quia* subaudiri, Doctores Clarissimi quidam existimarunt: nominatim verò Theophilactus, ergo hunc in modum capta, erit horum verborum sensus. Terra erat inanis & vacua, quia nimirum intus,& extra omnium rerum quibus deinceps locupletata, & repleta fuit penitus inops & expers.

Et tenebræ erant super faciem abyssi. Si Septuaginta sequeremur, non esset insulsus commentarius, si rursum καὶ, & pro *quia*, nunc quoque interpretaremur, essetq; huius periodi sensus. *Terra erat incomposita, & inuisibilis, quia tenebræ erant super faciem abyssi.* Porrò autem cùm multi sint abyssi. Psal. 41. Prouerb. 8. vnde legimus abyssum terræ. Psal. 70. & abyssum aquæ Iob 28. (sunt enim elementa omnia,& cæli, mole admodum vasta, ac profunda.) Quæritur qui nam abyssus hic fuerit cuius hic Moses sermonẽ facit? Existimo igitur abyssum hanc appellari non ipsam solam aquam & terram, sed corpora omnia quæ à conuexa primi mobilis superficie ad terram vsque continẽtur, quæ tantæ sint profunditatis, vt penetrari cognosciq; ab homine non possint, vt sensus sit. *Cùm nendum creata fuisset lux, omnia corpora hæc quæ perspicimus cæca, & circumfusa tenebris erant.* Itaque nulla ratio fert, vt tenebræ intelligatur hoc loco sphæra ignis sola, vt voluit Rabbi Moses libro 2. sed simpliciter cuiusuis lucis, horribilis quædam carentia.

Quæstio de Chaos. Num verò commixta inuicem,& complicata essent prima illa corpora (quod opinantur permulti) qui veluti figlina,& cænum nunc est, ita quoque tunc temporis cælos,& elementa fuisse volunt, & chaos quoddã commiscuntur: *Opinio Auctoris.* Ego certè vix puto. Primùm, quia Moses cælum, & terrã tanquam duo extrema secundum situm in propositione iamiam commemorauit. Vtrunque igitur suo loco & situ creatum fuit, ergo & corpora inter media. Secundò, quoniam dicturus est paulò postea, totam terram aquis coopertam fuisse, cùm primùm creata fuit, & hic e uestigio subdit, Spiritum Domini incubuisse, aut etiam sese agitasse super aquas: atqui hunc Spiritum Domini aerem fuisse eruditissimi viri volunt, & est admodum probabile. Subsidebat ergo terra aquis,& aqua aeri; atqui hic est eorũ corporum naturalis situs,& locus 4. Phy. 46. non igitur sic commixta, & perturbata

turbata inuicem prima corpora erant, vt Chaos quoddam efficerent: & ita quidem ipse sentio nihilominus non propterea digladiabor.

Cæterùm quod hic legitur. *Super faciem* videlicet super totam ac vndiq;, Hebraicè dicitur. *Super facies* quod est omni quaque & per girum, quod profectò nunc minimè contingit. Etenim nunquam Sol alicui Orbis parti occumbit, ac sese occulit, quin alteri oriatur, & sese aperiat, atq; adeò, nec ipse semper est super omnes corporum eo inferiorum facies, nec tenebra. Porrò aũt non dixit *Super altitudinem*, sed *Super abyssum*, quòd lux desuper veluti descendat ad ima, & nũc Moses nos supra oĩa corpora cogitatione statuit, ac veluti deorsum spectare iubet; acutè significans terrã tunc incapacem cuiusuis oculi, extitisse qui sursum intueri posset.

Et Spiritus Domini ferebatur, super aquas. Si philosophia Priscorum ex fontibus Mosis emanauit sicut vult in Stromatibus Clemens ex hoc certè loco Thaletis Milesij sententia effluxit, qui aquam esse dixit ex qua nata sint omnia, Deum autem esse mentem qui ex ea illa omnia effecerit, hanc enim cùm in propositione Moses non commemorauerit, sed illico de ea tanquam quæ extaret sermonem faciat, potuit Thales existimasse hunc Vatem voluisse eam fuisse, improductam, ac tanquam Opifici coæternam, falsus profectò, & inconsideratus, quòd non animaduerterit satis fuisse Mosi extrema Orbis corpora in propositione posuisse, quibus intercluduntur cætera quæ media sunt, & proinde hæc ipsa quoque vna cùm extremis fuisse creata, significasse, vti etiam superius diximus. Est autem Hebræis verbum *Merachephet*, quod Caietanus *incubabat*, Tigurini *motabat* Vatablus *agitabat sese*, & Lusitanus *mouebat sese*, verterunt, vt si cum veteri editione *Ferebatur* legeris, intelligas quoque, quomodo ferebatur, nempe suaptè natura & forma.

Ita propemodũ & Scipio in libello Ciceronis.

Aristoteles tã enim audiẽdus non est, qui priscos Phylosophos solam cognouisse causam materialẽ dixit hoc certè de permultis verum nõ est.

Iam verò Rabbi Mose lib. 1. cap. 29. & Cęlio Rhodigino lib. 3. cap. 13. auctoribus, vox *Spiritus*, cùm sacris, tum prophanis scriptoribus permulta significat, atq; adeò amphibola est nõ à casu (vt mihi profectò videtur) sed à cõsilio quare & analoga dici põt, eius quidẽ generis, cuius oẽs significationes ordine quodã referuntur ad vnam. Primùm aũt videtur significare rẽ quãpiã incorpoream, & quoniã corpora oĩa nõ eiusdẽ constitutionis sunt, sed alia qdẽ crassiora sunt, queadmodũ quæ ex elementis cõstant, alia tenuiora, & exilia, ceu purus ignis, purusq; aer, si darẽtur, existerẽt, ea propter, crebrò quidem capitur hęc vox vt vtriusq; generis corpus excludit, aliàs verò prout crasũ dumtaxat, & fęculẽtũ. Et priore quidẽ modo Origenes lib. 1. Periarchõ. Epiphanius cõtra Antropomorphitas, & Catholica deniq, Ecclesia illam sententiam Ioan. 4. *Spiritus est Deus*, intellexerũt, hoc est, à quouis corpore secretus, & absolutus, & recẽtiores in 2. Sent. & alibi dictum similiter putant Psalm. 103. *Qui facit Angelos suos Spiritus.* Quod alioqui expeti in mundo posset hic creaturarum gradus, videlicet quæ corporis essent expertes. Quamobrem, & si Angelos ex actu, & potẽtia, ex esse, & essentia, quorũ vtrũq; positiuum est, realiter nostri cõponãt, & interdũ assumere corpora ad motũ localẽ fateãtur, quòd eos Scripturæ hominibus apparuisse colloquutosq; fuisse, ac de multis edocuisse crebrò testatę sint,

Spiritus quid?

eximunt, tamen eorum naturam à quouis corpore; quanquam aliter Origeni D.Basilio Psello Auicebrō, & Priscis permultis visum sit; quippe qui eos cognata corpora habere voluerūt, vt præterita schola dicebamus: & si subtilissima tenuissimaq; hoc est, qualia pseudo Deorum suorum corpora Epicurus faciebat, in 1.de Natura Deorū, nempe exilia, & (vt aiebat) monograma, hoc est vnilinea. De Patrum opinione plura nunc minimè dicam: nunc illud tanquam exploratum, & probè compertum, recipiendum est, res quasdā corporeas, quòd exiles sint & subtiles, appellari quoq; frequenter Spiritus: quāobrem Hippocrates (si Galeno in prima prognosticorum credimus.) anhelitum vocauit Spiritum, & prisci Medici geminum spiritum nobis volunt inesse, *vitalem* scilicet, & *animalem* quibus Recentiores tertium addunt quem vocant *naturalem* qui aereæ quędam, ac dilucide substantiæ sunt, ex tenuissima quaque sanguinis parte producte. Sed & Dominus Ioannis 2. & Lucas Actorum 2. ventum vocarunt Spiritum. Quoniam verò animam ventum quendam, aut aerem esse Varro, & Athei quidam dicebant (aerem inquam conceptum ore deferuefactū in pulmone, tepefactum in corde, inq; corpore diffusum) vel certè cognationē & necessitudinē cum aere magnam habere, quamobrem & vetus Græcè *animos* dr̄, de qua re Lactantius lib.de Opificio Dei.cap.16.& 17.scribit; hanc quoq; vocari Spiritū non recusarūnt, quanquā reuera Spiritus dicitur, & quòd incorporea penitus sit, & à Principe Spiritu, hoc est à Deo in Adamū spirata, Eccle.cap.12. *& Spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.* Rursum, cùm facultas intellectiua principem locū inter animæ vires obtineat, hęc quoq; sibi iampridem Spiritus cognominationē vendicauit. Quare ad Rom.1. legis: *Cui seruio in Spiritu meo.* & ad Thess.5. hęc tria *corpus, animam, & Spiritum*, in nobis agnoscit quorū postremū Origenes in libris Periarchon ita subsistētia ab anima seiungebat, qūo, & hanc arbitrabatur seiungi à corpore, quam, & volebat ei dūtaxat tanquā motor assistere, sed vtrunq; falsò, & minus accuratè, qm̄, & anima forma nostrum corpus perficiens est, vti de summa Trinitate, & fide Catholica in Clemētinis, ac in Synodo Lateranēsi sub Leone X. Sessione decima, apparet: atq; Intellectus (quē mentem, Spiritumq; appellant) non nisi vel rōne & officio ab anima separatur, vel certè tanquā facultas, & naturalis potentia à substantia à qua naturaliter fluit quēadmodum ipse existimo. Porrò aūt, & nostrę cogitationes impulsiones. & perturbationes Spiritus ēt vocantur, fortasse per Metonymiā: à Spū.n. hoc est, ab aīa & mēte scaturiūt, & si corpus quoq; afficiant. vnde legimus *Spiritum tristem exiccare ossa, spiritum lætitiæ, spiritum salutis, spiritū iræ*, & id genus quòd illis irati, læsi, aut salui efficiamur. Prouer.29. *Totum Spm̄ suū profert stultus*, idest oībus & passim, quod meditatᵘ enarrat, cogitationesq; suas imprudē ter, & intēpestiuè effundit, & cap.16. *Spirituum ponderator est Deus*, & 1.Ioan.4. *Probate Spiritus*. & diuina charismata similiter dicuntur *Spiritualia*. 1 Cor.9. atque adeò doctrina Euangelica, Institutio Christiana, Sacramētorum administratio, & denique oīa quæ ad Spiritus sancti gratiā iustificantē hoīes præparant, aptāt & promouēt (nā hæc ad Gal.3. *Spiritus* antonomasticos dicitur, *ex operibus legis Spiritū accepisse, an ex auditu fidei?*

Sic & Diogenes Cynicus vide Simpli. in 1. de Anima.

Definitur proinde passio motus animi cum transmutatione corporis.

spiritualia

ſpiritualia ab Apoſtolis & Patribus dicũtur. Hæc itaq; oĩa generali quadã attributione Spiritus dñr, quòd incorporea alterutro modo ſint, & ſeruato inuicem ordine, analogiã ad Deũ habẽt, qui veriſſimus abſolutiſſimusq; Spiritus cùm ſit, primũ ſub hac voce analogalatum oĩum cõſenſione eſt.

Quæritur ergo hic, q̃ rem appellauerit Moſes Spiritũ Dñi? Et patribus quidẽ permultis D. Baſilio antiquioribus viſum eſt, de tertia Dei perſona (per appropriationẽ arbitror) verba fieri, tertia inquã nõ dignitate aut duratione, ſed origine, & nomẽclatura, q̃ Eccleſia à Chriſto edocta, Matth. vlt. & Ioan. 17. *Spiritum ſanctum* appellat, vtrãq; dictionem in vi vnius dũtaxat dictionis capiens. Dixiſſe aũt Moſem incubaſſe vel ſeſe agitaſſe hũc Spũm ſuper illa corpora, quòd aĩo ſecum volueret, & cogitaret, formare ex eis ſtirpes animalia, & hoĩem atq; adeò ſecum de venuſtãdo, & ornando Mundo proponeret. Verùm, cũ hæc fuerit Patris, & Filij & Spiritus ſancti cõis, & eadẽ prorſus cogitatio, & veluti cura, quibus & creatio fuerat cõis: potuerunt tñ ideò Spiritui ſancto incubationem hanc adſcribere, qm̃ hæc ipſa cogitatio à ſola Dei bonitate, & amore emanabat qui Spiritui ſancto paſſim appropriatur. Hic enim nedum à Patre, & Filio per modum amoris procedit, verùm etiã, & de eius erga nos amore edocet ac teſtatur Rom. 8. vt velint Moſem tranſitum feciſſe ab amore ſubſtantiali, ad notionalem.

Quid Spiritus Domini hoc loco *Opinio Patrũ explicatur.* *Obiectio.* *Solutio.*

Et vide quæſo quõ Plato Philoſophorũ vertex hęc aſſequutus quadantenus in Thimęo eſt: inquit. n. opificẽ, non niſi ſua bonitate ductũ, hæc oĩa effeciſſe, & ad hæc non temerè deſcendiſſe in opus, ſed tanquã fabrum, & artificẽ, cogitantẽ videlicet, ac præmeditantẽ, quõ ex hac rudi, & indigeſta elemẽtorum maſſa oĩa faceret. Sed amabo ipſum audiamus Philoſophum ſuis verbis loquentẽ. *Accepit* videlicet mundi Opifex *non quietum, & tranquillum, ſed temerè agitatum, & fluitans, idq; ex inordinata iactatione redegit in ordinem.* Quæ verbã & ſi de materia quadã quæ elementorũ creationem anteceſſerit Platonici permulti, & Magiſter quoq; Sent. in 2. d. 1. intelligãt; quãobrem & inficiantur cenſiſſe illum de nihilo factum fuiſſe mundum; mihi tñ (& minimè ſoli) vr̃ reſpexiſſe ad elemẽta quæ prodijſſe priꝰ tũ complicata confuſa & veluti commixta ipſe vt alij permulti & cumprimis Strabus putauit. Neque enim primæ materiæ fluctuationem, hoc eſt motum eminentiſſimus uir adſcriberet, cùm a priuatione eam minimè diſtingueret 1. Phyſ. 69. & in qua teſte Auerr. tanquam in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctũ. Agitatio. n. & fluctuatio cùm ſit motus, accidẽs certè eſt, & ob id formã ſubſtantialẽ inuoluit, & præexigit. Nec ſunt profectò audiendi Cardinalis Beſſarion Ficinusq;, & Sebaſtianus Foxius, qui dicũt Platonẽ nõ hæc dixiſſe, quia exiſtimauerit illã inordinationẽ verè præceſſiſſe Mundi formationẽ, ſed vt ſic res à nobis magis intelligeretur. Fictitia ſunt hæc, ſic. n. quoſcunq; auctores cũ in cõtrouerſiã eorũ verba rapiũtur gloſſare, aut potius inuertere, & deprauare quilibet poterit, videlicet nõ ſic eos dixiſſe, quia ita ſentirent; ſed vt intelligeretur melius id de quo verba faciunt. Quare noſtra intelligẽtia ſincerior eſt. Accedit quòd tp̃s vnà cũ cælo ortũ eſſe ait: quõ igitur motum pręfuiſſe tẽpori exiſtimare potuit? Rurſum Ariſt. 8. Phyſ. 10. ait, ſolum Platonem generare tempus, quod de phyſica

Plato quõ verba Moſis intellexerit.

generatione verum esse non potest, cùm Physici permulti similiter illud cũ Mundo generauerint: modo igitur alio, ac ab illis diuerso Plato generabat tempus, & motum, simplici nempe emanatione, quam illi quidem omnes inficiabantur, & nos creationem nuncupamus: sic enim vnà cum cælo reuera prodijt. Amplius, in Phylebo disertè scribit, primùm fecisse Deũ materiam & formam. & in Sophysta ait, id fieri quod prius non erat, existimauit igitur materiam non fuisse antequam eam Deus faceret, quòd etiam in 10. de legibus in Epinomide, & alibi non obscurè exponit, cùm Mundũ, & omnia fuisse à Deo facta fatetur. Nec refert fuisse meliorum Philosophorum communem fermè sententiam, materiam esse ingenerabilem: nam generari illud vocabant, quod per transmutationem ex subiecta re aliqua fit: quo certè modo fieri prima materia non potuit, sed sola de nihilo productione. His igitur & alijs rationibus ductus, non tenuerem Platonem existimasse creatam abyssum hanc, siue tenebrosam voraginem fuisse elementa, & cælos, ac (vt putabat) formis specificis prædita, vt nunc quoq; in cæno continentur: est enim mixtio miscibilium alteratorum, vnio (vel saltem in initio) meritò tamen *Chaos, sylua, & informis cæcaq; materia.* quæ sese temerè moueret, & agitaret, dici ab eo potuit, quòd nondum essent elementa expolita, nõdum digesta & compacta, nonq; suis locis & positionibus (vt arbitrabatur) sita: ac rursum fluctuabat, quia nondum ex ea effecerat Opifex plantas, & animalia, ac cætera; quorum formas massa illa veluti magnopere cupida & æstuans (appetit enim materia suaptè natura formas) supremam artificis manum præstolabatur. Cur autem appellauerit Moses elementa aquas, ratio est in promptu: videlicet & à prædominio, & ob eorum fluctuationem, & incompactionem, & demum ob humorem qui vitæ principium est. Dicuntur quoque numero maiori aquæ magis quàm minori aqua, non eam tantùm ob causam, quòd hæc vox careat minori numero Hebræis: sed vt intelligamus præterea extitisse in ea massa non vnum tantùm, sed perplura corpora, ita vt aggregatione videretur quidem vnum esse corpus vnaq; aqua, reuera tamen essent plura; de quibus creator cogitaret, quomodo ea & digereret, & repleret, hoc est, quas & quãtas rerum species ex eis esset facturus, & proinde plures aquæ, & hæc more nostro dicuntur.

Cur Moses uocet elementa aquas.

Sed expedit rursum audire Platonem. *Bonus* (inquit) *erat, bonus nullius rei liuore tangitur.* Quibus verbis nihil dici aut verius, aut sanctius potuit. Et rursum, *Considerandum est*, ait, *vtrum Mundi Faber sit imitatus exẽplar.* Hic sciscitor, cùm vocat opificẽ Mũdi *Fabrum*, qd aliud (cedo) significat, q̃ quòd arte, hoc est, non modò recta, sed summa quoque ratione, & imperscrutabili consilio cuncta effecerit, vti & Scripturæ omnes deprędicant?

Sed ad Mosem reuertamur, quem puto Patres existimasse Dei cogitationem, & artem vocasse nunc *Spiritus incubationem*, aut *lationem*, ac tanquam periphrasi non modò eius nobis amantem volũtatem exponere, sed & cogitationem, & meditationem de absoluendo, venustandoq; Mundo iuxta exemplar, quod animo gerebat, declarare. Quòd eleganter profectò sic cecinit Boetius:

Tu

Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherrimus ipse;
Mundum mente gerens, simili sub imagine formans,
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ,
Materiæ fluitantis opus: verùm insita summi
Forma boni liuore carens, &c.

Quæ omnia, vt dicebam Spiritui sancto hic adscribuntur: quoniam voluntas, amor, bonitasq; ei adhibito consilio, & planè crebrò, appropriantur. Et ego quidem doctissimos & pientissimos viros arbitror hæc voluisse, quanquam (fateor) quorundam verba, aliam quoq; intelligentiam præ se ferũt. Erat autem hæc eorum præcipua ratio: quia hic nõ simpliciter dicitur *Spiritus*, sed cum additione *Domini*: qua nomenclatura (vt dicebant) nonnisi Spiritus sanctus in sacris litteris venit. Sed conuellunt recentiores rationẽ hanc & permultis scripturarum testimonijs eam repudiant. Nam Iob 27. legitur, *Quia donec superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis*: quo loco halitum vocat Spiritum Dei. Esa. 40. *Exsicatum est fœnum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo.* vbi de vẽto sermo est, vt & alibi sæpenumero: quamobrem hic commentarius solido fundamento minimè nititur, & mirum est. D. Hiero. Patrem longè doctissimum, in quæstionibus Hebraicis hæc omnia prorsus præterijsse, cùm tamẽ in Epistola ad Occeanum Priscis subscribat: ita enim ait, *Solus Spiritus Dei in aurigæ modum super aquas ferebatur, & nascentem mundum in figura baptismatis parturiebat.* Sed fortè ob Patrum reuerentiam silentio ea obruit, cùm fortassis, nec sibi quidem omnino probarentur, quod & alibi etiam facit.

Ratio Patrũ. *Vide S. Tho. 1. 66. ar. 2. ad 2.* *Oppugnatio recentiorum.*

Ad hæc, cùm Dei voluntas & amor siue cogitatio ex amore proueniens, non in eo dumtaxat esset, vt perficeret, exornaretque aquas, id est totam illam fluctuantem elementorum rudem congeriem, vt volunt; sed etiam vt & cælis sua ornamenta daret, quæ stellę sunt, quibus similiter destituti illi prodierant, quæri posset cur Moses exposuit Spiritum Domini sese nunc agitasse super aquas illas, magis quam super Cælos? sed illi responderent fecisse hoc Mosem, vt cælos quoque fuisse in illa miscella creatos, ac inde deinceps eductos: intelligeremus, crediderunt enim permulti patres eos ex elementis constare sicut & hæc inferna corpora mixta vno Empireo excepto, de quo in Epigraphe Moses verba facit, sed superius dicebamus hoc eorum placitum esse anceps, & impeditum.

Itaque Origenes his rationibus (vt opinor) ductus hanc interpretationem existimauit esse mysticam, & allegoricam 1. lib. Periarchon, atq; adeò spectare ad sensum arcanum, & intimum: & D. Ioan. Chrysostom. Hom. 3. mauult Spiritum Domini sese hic commouentem, aut etiam sese agitantẽ super aquas fuisse vitalem quandam operationem elementis à Deo inditã, aut etiam (vt loquitur Diodorus) energiam qua, & motionẽ, & vim quandam procreandi animalia sint consequuta.

Opinio Origenis *Opin. D. Ioan. Chrysost.*

Atqui, & hic quoque hærere cogimur, quòd elementa motionem effectiuè à generante, formaliter autem à suis eorum formis, sicut & energiam & efficaciam vnà cùm esse dum crearentur obtinuerint, & vim efficiendi *Confutatio.*

nullam reuera possint habere, cùm materia, & efficiens in vnum nunquã coeant; quemadmodum & inferius rursum dicturi copiosè sumus.

Theodoreti opinio.

Quamobrem Theodoreto. q. 5. & alijs quibusdam probatior videtur commentarius, qui Spiritum Domini se se agitantem super aquas intelligit fuisse aerem non quietum, sed concitatum, & proinde sic idest cum additamento *Domini* nuncupatus, vt alterius generis ab Euro, Notho, Subsolano, ac reliquis fuisse intelligeretur. Cum enim ij ex frigidis, siccisq; exhalationibus, communi naturæ cursu gignantur; hic tamen solo Dei imperio tunc prodijt. Deinde quoq; ne qualemcũq, fuisse illum putaremus hoc est, exilem, sicuti aura est, sed concitatum & vehementem, additum *Domini* est. Etenim in more sanctis Scripturis positum est, ea quæ rebus alijs sui generis eminent, & insigniora sunt non simpliciter, sed cùm eiusmodi additamento patrij casus *Dei*, aut *Domini* nuncupare. Exempla perspicua habentur in Psal. 67. *Mons Dei, mons pinguis*: hoc est, mons insignis, & qui cæteris fertilitate præcellit. Et in Psal. 79. *Cedri Dei*, hoc est magnæ, & proceres. Itaque ij Spiritum Domini nunc dictum esse putant, aerem concitatum, siue etiam ventum, sicut quidam nuncupant. Et fortè quòd Aristoteli non assentirẽtur, qui ea rõne aerẽ nõ posse esse ventum existimauit, quoniam est natura humidus, & proinde humectaret potius quàm exsiccaret, cùm tamen ventus exsiccet; quamobrem hunc dicit esse exhalationem quandam siccam, & callidam. Itaque potuerũt ij existimasse, non modò exhalationem siccam & callidam, sed ipsum quoque aerem, quando commouetur, & siderum impetu concitatur esse similiter ventũm, atque adeò exsiccare, non suaptè quidem natura & vi, sed ob celerem illam commotionem qua euentilat omnia, & perflat, quàm profectò rem eruditè Cardanus libro primo de Varietate persequitur. Ferebatur autem non immediatè super terram, (quippe quoniam tunc aquis hæc abdita erat) sed super aquas, quòd sic eius leuitas, ac cæteræ eius qualitates exigerent. Nec D. Aug. in opere imperfecto cap. 4. & D. Basilius, Diodorusq; commentarium hũc repudiant, quinimmo recipiunt pro quo etiam translatio Pagnini facit; quę verbum *Merachephet* Latinè vertit *insufflabat*.

Aristotelis opinionem videntur Stoici esse sequuti. Etenim Cicero in 2. de Diuinatione, ita ait. Placet enim Stoicos eos anhelitus terræ qui frigidi sunt quum fluere cæperit ventos esse. Cicero lib. 2. de Nat. Deorum. Nec affluens huc et illuc vẽtos efficit &c. Vitruuius, Ventus est aeris fluens vnda cũ incerta motus redũdãtia &c.

Catherini obiectio.

Responsio Abulensis.

At verò Catherinus commentarium hunc reijcit, & ab Auctoribus sciscitatur, quid fuerit causæ, cur nunc ventus prodiret, cùm tamen Abulensis antea causam hanc adduxisset nimirum, vt aquas ad vnum locum pariter cogeret, atque adeò, vt terram exsiccaret, oportunamque viuentibus habitationem faceret. Sed & responderi ei rursum ex sententia Strabi, & quorũdam auctorum posset certum esse aerem, natura sibi altiorem situm aqua & terra vendicare, & proinde cùm esset in ea miscella, reliquis elementis commixtus, nitebatur, tanquã facto impetu, ex eis erũpere, & prosilire, suumq; sibi situm & locũ vendicare, præsertim verò, cũ sic Deus mandaret. Sed inde tñ potest hæc responsio in angustias redigi, quòd Esdræ 2. sic interpretes quidam legant: *Secunda die creasti Domine aeris auram*. at verò nũc sumus in prima. Secundò, quòd dicturus sit paulò postea Moses, tertia die, nõ verò prima, aut ẽt ante primam, congregatas fuisse aquas mandante Deo in vnum locũ, & vtrinq; terram emersisse aridam, non aũt perflante

Oppugnatur illa responsio.

flante vento, aut aere sese citissimè cõmouente; vt proinde, si aer mixtus cũ alijs elementis omnino fuit, non inde vel erupit, vel segregatus fuit, nisi die tertia, qñ.s. reliqua etiam elementa separata ab inuicem fuerunt. Itaq; cũ hæc perspexisset Abulensis existimauit Mosem de vento illo loqui nunc, per anticipationẽ, vt sæpenumero fit in Scripturis. Verùm nullã probationem attulit, quinimmo rõ non fert, tantam aquã initio fuisse à Deo creatã, vt repente illam vento absumeret. Quorsum rogo sapientissimus Opifex illud fecisset, quod citra aliquẽ vsum mox esset aboliturus? redigere verò hæc in necessitatem materiæ, impium profectò fuerit. Placet ergo magis eorum sñia, qui Spiritũ Dñi hunc volunt fuisse aerem, & *Merachephet* capiant pro *incubabat*, cuius verbi vim explicat Hermolaus in castigationibus Plinianis, lib. 2. c. 1. Cessant. n. confestim hæc oïa quæ interpretes defatigant. Nam verbũ hoc, situm, locumq; aeris vbi creatus fuit, nõ verò cõmotionẽ, & vẽtum reuera indicat, quin potius quietẽ, sicut cũ gallina cubat super oua, & vitalia reddit vti Diodorus. & Basilius, ac reliqui fermè scribunt. Et si *ferebatur* cũ veteri interprete legere quis maluerit, nihil erit incommodi: qm̃ existimandũ non est nullũ huic elemento tunc tpis affuisse motum, sed adfuisse exilem, ac qui etiam quies comparatione ad ventum dici posset.

Responsio Abulensis.

Confutatio.

Opinio Auctoris.

Et vide vt duo alia elementa à terra videlicet, aqua, & aer disertè nunc explicẽtur, suppresso vbiq; igne: nã quod periphrasi obscuritatis hũc Moses adumbrauerit, vt voluit Rabbi Moses, ipse certè nõ probo, vt paulò añ dicebã. Itaq; si solũ illa tria corpora essent orbis elemẽta, sicut permultis cõtendit Cardanus lib. 1. de subtilitate causa manifesta esset, cur à Mose eorum dũtaxat fuisset habita rõ, ignisq; fuerit prorsus omissus, nũc verò cũ & Plato in Thimęo inde probasset necessariũ esse ignem, quod nihil absq; eo videtur, & terrã quòd sine hac nihil põt tãgi & palpari, deincepsq; per proportionẽ Geometricã demõstret, oportere inter duo hæc quæ extrema esse vult, duo alia esse corpora intermedia, atq; adeò in vniuersum ea esse quattuor, quibus oïbus mũdus integratur, & Arist. quoq; 2. de Gener. 16. & alibi à primis & secũdis qualitatibus infert esse quattuor prima corpora, quæ & elemẽta sub cælo: quod & vult D. Greg. Nyss. lib. de Elem. c. 4. & Plin. lib. 2. c. 5. testis est hac de re nõ fuisse à veteribus dubitatũ, & ob id sit opinio cõis, atq; hoc ipso satis probabilis, alia quærenda est rõ, cur nusq̃ Moses ĩ hac genesi rerũ hoc elemẽtũ nominauerit. Amplius nequis putet ex Scripturis sanctis certi aliquid nõ haberi eas legat, & videbit nõ semel subindicasse ignẽ in cælo esse, hoc est in parte sublimiori, & q̃ cælo proxima & cõtigua est, etem illũ inde descendisse Gen. 19. Nu. 2. 4. Reg. 1. Iob. 1. & alibi apertè scribũt. Aberrant aũt plurimũ qui Cardanũ putant primum fuisse qui negauerit ignẽ esse elemẽtũ: etenim eo multò antiquiores hoc ipsum cõstãter docuerint, qui & pręterea negauerũt illũ alibi vspiã inueniri, q̃ in materia terrea, à qua sublimatione, & alijs quibusdã modis educatur, ac ꝓ inde frustra ei assignari sub Luna locũ: sed & existimarũt aerẽ quoq; non esse elementũ distinctũ natura ab aqua, sed esse tenues quosdã aquæ vapores, vi syderũ in sublimi attractos, ex quibus tamen aliqñ ita corpulenti, & crassi alicubi compingãtur, atq; adeò qualitatibus aquæ ita manifestè affecti, vt

D. Basilius si spiritũ hoc loco accepit ꝓ aeris circũfusione ea tibi scriptorem omnes mundi partes enumerantem &c.

Cur supprimatur ignis.

Vide Cõmen. in Gen. S. Tho in scriptos, qui nuperrimè prodierunt in lucem.

est, vt & si aer dicantur, nihil tamen inter vtrunque corpus fermè intersit, nisi fortè quantum ad raritatem & densitatem. Sed & contendunt animalia tenuissimos hos aquæ vapores qui semper in sublimi feruntur inspiratione, & respiratione attrahere, emittereque. Quamobrem Cardanus partim quidem horùm placitum sequutus est, partim verò repudiauit. Etenim, cùm ignem nolit esse elementum, vt dixi, vult nihilominus aerem esse. Elementum ab Aqua distinctum, & vtrunque simul cum terra esse natura frigidissimum, cunctamque vel caliditatem, vel teporem quo mixta & gignuntur & conseruantur à cęlis emanare: quæ omnia sicut clarissimis Philosophis sunt aduersa, ita sua nouitate parum probabilitatis habent, licet fortassis non ita facilè possint argumentis retundi, atque quidam arbitrantur. Nos itaque spretis omnibus figmentis (nam & legisse me apud alium quendam memini, Hebræos dicere, aerem non tam esse elementum quàm vinculum elementorum) quòd quolibet proferente solicitum esse, stultum sit, communem vbique & receptam opinionem de his rebus sequemur, & Mosem cum his Doctoribus sentimus communi vsitataque tunc temporis nomenclatura descripsisse secundum historiam nobis aerem cùm eum vocat *spiritum Domini* qui sic fortè Hebræis dicebatur: quoniam animantibus omnibus dare ac tueri vitam inspiratione & respiratione videatur, hoc est, vitalem spiritum omnibus infra Lunā infundere. sic.n. loquitur Plinius lib.2.c.38. quod profectò munus nemo non nouit esse insigne Dei opus & beneficiū: & rursum, obnubila, tonitrua, fulmina turbines, pcellas & grādines, qbus sese de iniurijs illi illatis non rarò Deus vlciscit. 2. Reg. 22. & Ps. 17. dicit, *Misit sagittas suas, & dissipauit eos; fulgura, et cōsumpsit eos.* Vide quoq; Exo. 9. & 19. & Ps. 143.

Caiet. & Aegidij opiniones.

Demum Cardinalis Caietanus nuperam quandam interpretationem, eamque subtilissimam, in Ecclesiam importasse aliquibus visus est, cùm tamē illū Aegidius in 2.d.12.art.2. quadantenus anteuerterit, & (vt arbitror) hoc latuit doctores. Hic enim spiritum Domini sese super aquas commouentem fuisse, ait, Creatorem Deum, qui conuersione primi orbis quem per seipsum conuertebat vnà etiam cum illo corpora reliqua, (aquas à Moses nuncupatas) cieret: vt sensus horum verborum sit, *Spiritus Domini* hoc est, spiritus qui Deus est, & Dominus, *ferebatur* conuersione primi orbis (quem ipse solus ciebat), *super aquas*, videlicet super omnia corpora: & hoc profectò nonnisi secundum virtutem. Caietanus autem mauult fuisse potius Angelos, qui ideo *spiritus Elohim*, hoc est, *Iudicum* nuncupati nunc fuerint, quòd tanquam ministri Dei, omnia pro iustitia distribuentis, (atq; ob id officio Iudicis fungentis) ferantur, se seq; moueant super facies aquarum: sic enim cælestia corpora mouent vt facere ea videantur volitare: siquidem motu citissimō & rapidissimo ea torquent: quod hoc quoque verbum *Merachephet* apertè indicat. Nam Deut. 32. hoc verbū rursum habetur, & à nostro interprete vertitur *Et super eos volitans.* Suadet aūt hanc esse loci huius germanam intelligentiam: quoniam Psal. 103. qui ei est 104. quique censetur summariū huius capitis Geneseos; vbi Latini habemus: *Qui ambulas super pennas ventorum*, Hebræis legere ait, *Qui ambulas*

ambulas super pennas spiritus: quæ lectio patenter exponit, Deum suos nuncios facere spiritus, super quorum nihilominus pennas, siue etiam alas, ambulat: quas tamen nonnisi Metaphoricos habere, sicut etiam cùm dicuntur volare, manifestum est, ob cælestium nimirùm corporum citissimam conuersionem cum quibus illi, vt minimum in mouendo vnum efficiuntur. Spiritus igitur, hic creatus quanquã in vniuersum natura & officio, longe cæteris creaturis præstantior & excelsior est; nihilominus est Deo incomparabiliter inferior: quod vt Dauid innueret, dixit significantissimè Deum ambulare super eius pennas, hoc est longè, & in immensum ei præeminere. Ad hæc secũdo, quoniã visum est cõpluribus in sancta lingua doctis, verbum *Merachephet* vertendum potius Latinè esse *incubabat* quàm *ferebatur*, aut *se se agitabat* (vt paulò antea dicebam.) Caietanus præterea notat, versionem hanc suæ expositioni perbelle suffragari. Angelicus enim spiritus, qui cælos conuertit, perinde ad aquas, hoc est, ad elementa, se se habet, quemadmodum, auis dum cubat super oua, vt fœtus, pullosque formet, ac in lucem proferat. Cùm enim circulari cælestium orbium prolifico & viuifico motu, aquas, hoc est, elementa omnia, Angeli foueant, ac inde veluti satagant animantia educere, rectè quidem; & appositè, quamuis translatitiè, dicti sunt incubare. His denique addit totã hanc Mosis narrationem historiæque seriem, sibi omnino hanc intelligentiam postulare. Nam posteaquam Moses dixit, Deum creasse cælum, & terram, mox ostendit, quomodo terra tunc esset affecta: itaque fuisse illam inanem & vacuam, prodigiosisque tenebris perfusam commemorauit: Ergo ipsa disserendi ratio exigebat (inquit) vt confestim, quomodo tunc quoque cælum esset affectum, similiter exponeret: hoc verò in præsenti præstat cùm id prodijsse narrat, non immobile, aut quietum, sed citissimo ac rapidissimo motu ab angelico Spiritu circumuolutum: quo profectò motu videtur veluti volare, & super elementa omnia, ea fouendo, incubare; quãquam Moses aquarum magis rationem habuit quàm terræ, vt indicaret plantas, & animalia quæ cęteris mixtis perfectiora sunt, & humido (cuius origo aqua præsertim est) & cęlesti calore (quia conuersione Cæli fit) gigni & conseruari. Et hęc quidẽ Caietanus; quanquam Catherinus lib. 3. adnotationum memoria lapsus (opinor) Iudęorum ac Theodoreti expositionem à nobis superius allatam Doctissimo viro huic adscripserit.

Quæ ꝓfectò, & si acutè excogitata fuerint & iustis argumẽtis repudiari prorsus nõ possint, à nemine tñ (quod perspexerim) probata hucusque fuerunt: fortè quòd uoces longius pertrahit à communi popularique intelligentia, qua tamen historici vtuntur. Deinde quòd aliud sit de angelico Spiritu, & aliud de cælestibus globis sermonẽ facere. Nec enim quod cæli velocissimè cieantur, licèt propterea simpliciter inferre angelos citissimè quoque seu moueri seu etiam, quod maius est, uolitare; ex motore enim & orbe quantumuis licèt ei appropriato, vnum per se fieri nòn potest: siquidem vtrunque integrum absolutumque natura sua ac specie est, ac proinde motor nonnisi per accidens loco moueri dicitur, ac virtute magis quàm substantia, neque hoc semper, sed cùm totum mobile mutat locum. *Examen opinionis Caietani.* *Secunda obiectio.*

Itaque

Itaque Angelus simpliciter, nec fertur, nec sese agitat, aut volitat, ad cœli sui conuersionem. Verùm Caietano visum aliquando est, cælestes globos esse animantes, quamobrem & potuit existimare, ex motore cælesti, & eius orbe mobili effici constateque vnum per se. Quę quoque sententia si vera esset (de ea enim postea disputabimus) non posset tamen facilè, expositionem hanc stabilire: etenim cœlum sua conuersione non mutat locum secundùm totum, sed secundùm partes; atque adeò dici rectè non pôt illius animam moueri vel per se, vel per accidẽs. Rursum, cõuersio Cæli non est ipsa sola quæ mixta omnia gignit, viuificatque & seruat: sed ipse quoque lux quam vehit vbi enim Solis lux non peruadit, hæc fermè non gignuntur: at verò lux nondum condita fuerat, si historiæ seriem sequimur, & proinde aię illę semiplenè incubuissent sup aquas vno cæli motu. Tertiò, longè cõmodiorem interpretationem locus ille Ps. 104. habet, cùm dicitur: *Qui ambulat super alas spiritus*, quàm quæ Caietano eius esse intelligentia visa est. Quartò se ipso Deus non verò cælorum motu mixta omnia primum condidit, vt ob id præproperè hæc dicantur. Postemò creatione lucis significabit nobis Moses quale tunc cælum esset, & quo modo affectum, vt sequenti schola dicturi sumus ergo frustra hac ratione nunc ille nititur.

Responsio pro Caietano.
Impugnatio prima respons.
Impugnatio 2. respons.
Tertia principalis obiectio.
Quarta principalis obiectio.
Quinta obiectio.

Itaque in tanta commentariorum diuersitate, illa mihi opinio, vt dixi paulò antea præ ceteris probatior videri solet quæ Spiritum hunc aerem, fuisse putat, licèt non dubitem eo aere incubante super aquas significatum fuisse Spiritum sanctum: qui tunc quidem ea omnia & foueret, & ornare cogitaret, & nũc quoque sicut Theodoretus ait vitalem reddat aquarum naturam, baptismatis gratiam designans, & proinde secundum allegoriam, & spiritualem sensum (aut certè secundùm litteralem si quencumque Spiritus sanctus in scripturis intendit; libeat cùm quibusdam appellare litteralem) de eo nunc verba fieri, sicut & Origenes rectè voluit: hoc enim & receptum ab Ecclesiæ totius Theatro iamdudum est & in diuinis officijs metris & hymnis sæpenumero etiam num decantatur, & pij omnes suis contemplationibus consequuti egregiè sunt, vt temerarium proinde fuerit ab his omnibus dissentire.

Opinio Auctoris.
Diodorus hic, si quis ait Spiritum voluerit interpretari ventum, haud opinor aberrabis cognatus si quidem ventus est aquæ, ac Spiritus Dei dicitur tanquam ipsius opus etc.

LECTIO NONA:



T *dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.* Exposuit Moses breui, puta, & illustri illa propositione qua historiam suam ingressus est, Deum creasse initio cęlum, & terram, explicauitque confestim qualis tunc esset terra, & quomodo affecta, rudis videlicet & incomposita, ac tenebris prodigiosis obtecta: nunc verò propositionis reliquum exponit, uidelicet quale tunc cælum esset num luce præditum, ut nunc est, an non. Et ait, ipsum quoque absque luce tunc extitisse, atque adeò suo modo non dissimile terræ, hoc est inornatum, & inuisibile. Quamobrem, cùm rerum Opifex optimus & pulcherrimus esset, atque adeò (ut inquit in Thimęo Plato) uellet omnia esse,

Hac certè non animaduertit Caietanus, qui Mosem fecisse hoc voluit, cũ dixit Spiritus Domini ferebatur sup aquas.

nia esse & bona & pulchra, euestigio ad vtrunque corpus perficiendum ornandumque progressus est,& à lucis formatione ideò inchoauit quòd ea conspiciantur manifestenturq; cętera omnia corpora, atque illa subtracta cęca sint omnia; & vix quidpiam sit,quod possit ornamentum dici. Deinde quòd cœlo,& terræ,corporibusq; reliquis necessarium ac firmum præsidium sit: ea namq; omnia indigent, sicut & motu cœlorum, vt proinde lucis cuncta participia sint, & eorum commune bonum hæc sit cõmune decus & ornamentum: vt admirari nemo propterea debeat si singulorum corporum propria ornamenta, iussa est ab Opifice anteire. His adde, Dies absque luce esse non posse, & tamen decreuerat Deus sex dierum interuallo, omniquaq; Mundum absoluere: ei.n.aut nocte, aut in tenebris operari non placet, quamobrem Dominus Ioann. 12.& D.Paulus ad Rom. 13.ad Ephes. 5.grauiter tenebras insectantur, quod nimirum sermone arcano ignorantias & peccata designant. Et hoc est quod Patres quidam dixerunt transire nunc Mosem nostrum ab opere creationis ad opus distinctionis hoc est, quòd cùm hactenus de Mundi creatione eiusq; rudi consistentia summatim egerit, nunc primùm ad eius partes & ornamenta illa explicanda sese apparat, quibus ita ab Opifice concinnatus, expolitusq; fuit, vt nihil eò elegantius sit, nihilq; amplius illi optare ratio humana possit. *Conatur autor ad commodum sensum quorundam verba reducere.*

Adhuc alio modo (& commodè ni fallor) connectere litteram hanc cum superioribus verbis possumus; si quidem certum est præclaros Philosophos quattuor illa quæstionum genera (quæ scholæ medij disquisitiones, vocant) accuratissimè in disciplinis inuestigare, *An sit, Quid sit, Quale sit, & Propter quid sit* secundò post. Rursumq; & in more positum esse Annalium scriptoribus, non modò narrare *factum*, sed etiam *à quo* factum fuerit, & *Quomodo, Quando, vbi, & cur.* Hæc.n.omnia cùm actus moralis circunstantiæ sint, non possunt ab eis absq; vitio præteriri. Illis.n. veluti quibusdam differentijs variam & diuersam nomenclaturam, speciemq; & nomen, in genere morum humani actus sortiuntur. Quamobrem nunquam poterit scriptor historiæ, vel diligentiæ laudari, vel legentium votis facere pro dignitate satis, nisi hęc omnia suis locis dilucidè, & accuratè exposuerit: Moses itaq; præstantissimus historicus, cùm hæc omnia probè intelligeret & hucusq; rem ipsam prout gesta erat exposuisset, ipsam scilicet Mundi creationem, & à quo nempe à Deo, & quando videlicet in principio temporis, & qui essent affecta corpora Mundum constituentia, nimirum abyssus tenebrosa, cur non, & modum ipsum explicare deniq; debuerat quo Opifex illa omnia effecit? hactenus.n.illum omnino suppresserat, quapropter ait. *Et dixit Deus, Fiat lux.* perinde ac si nos ita colligere præmoneat, verbo Opifex lucem effecit Mundumq; ornauit, ergo & dicens hunc ipsum creauit. Nec enim rationi consentaneum est vt non vno, eodemque modo & ornauerit Mundum & cõdiderit. Verbo igitur suo Deus omnia fecit, & expoliuit qui enim dicit. planè verbum aliquod profert. *Et ita profectò D. Cyrillus lib. 2. contra Iulianum interpretatur.*

Porrò autẽ quod hic scribitur. *Et dixit Deus.* complures perinde dictũ putarunt atque iussit, seu mandauit: quod dicere pro iubere Ionæ 2. patenter Hebræis positum fuerit, qui sic legunt, *Et dixit Dominus pisci, vt euomeret* *Dixit pro iussit.*

ret

ret Ionam.quod & alibi quoque similiter haberi docti testantur : sed & Dauid Psal. 32.cùm dixisset.*Ipse dixit,& facta sunt*, confestim explicans quale dicere illud fuerit ita subdidit, *Ipse mandauit, & creata sunt*. Pagninus tamen, & Fælix legunt *Ipse dixit & fuit* (nimirum Orbis) *ipse præcepit, & stetit*,vt dicere ad existentiam, præcipere ad permanentiam & consistentiam retulisse videri Propheta possit: sed nihilominus existimatur amplificatio,& exornatio.Quãobrẽ & clarissimus Poeta qdã sic deinceps cecinit:

Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.

Confirmatio huius expositionis

Et alter,

Et uariam Thebem alceno iusseri t igne.

Compleri, Solemq; suo.

Et intelligentiæ huic mirificè consentit verbum, *Fiat* .quod dicẽdo protulisse scribitur,imperatiui enim modi est.

Dixit pro creauit.

Anonymi veruntamen nonnulli accipiunt verbũ *Dixit* pro eo quod est *Creauit*:etenim *dicere* cùm ad Deum transfertur interdum quidem pro *intelligere*,aliàs *pro gignere*,& aliquando etiam pro *creare* capi existimant, & primo ac tertio modo *essentiale* esse secundo autem *notionale*.Meminit huius opinionis. S.Tho.in Sententijs 1.d.27.q.2.art.2.& cùm necesse sit eum qui dicit aliquid proferre, videlicet vnum uel plura verba, erunt Dei verba hac interpretatione admissa creaturæ quas condidit,quibus sese, hoc est perfectiones aliquot suas sibi soli antea perspectas veluti aperuit, & reserauit, quemadmodum ad Rom. 1. D. Paulus interprete D. Aug.lib.8.de Ciuitate Dei cap.9. docuit, quanquam Magister 1.d.3.quod Paulus ibi dixit, *A creatura Mundi* non constitutionem orbis hanc sicut D. Aug. sed hominem anthonomasticos intellexit quem,& vocatum fuisse Marci 16 *omnem creaturam* D.Papa Gregorius voluit,quod cognationem cùm illis omnibus habet: Magistrum autem viri docti complures sequuti iamdudum sunt, & vt sentio non satis perpenderunt, quantum gratiæ & venustatis commentarius D.August.habet,quàmq; suauiter & fœliciter sensum verborum Pauli.cum Psalmo Dauidis 18.connectit. Itaque rectè dici potest, singulis quibusq; creaturis,Deum nos veluti alloqui,ac se se nobis manifestare,& ad sese vocare.Quamobrem D.Hierony.in Ezechielẽ cap.1. dixit, *vniuersa quæ sunt in mundo uocem esse filij Dei*, D.Ambrosius lib.2.de vocatione Gẽtium,aut certè quisquis alius eruditus eius libri Auctor,existimat D.Paulum ideò dixisse *Deum uelle omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem ueritatis uenire*. 1.ad Timoth.2. *Quia eius prouidentia uisibilis huius creaturæ pulchritudine,omnes homines ad cultum,& religionem prouocat*, ad instar videlicet hominis,qui animi sui conceptiones & sensa, uel sono verbi,uel nutibus,vel certis deniq; notis,& litteris alteri pandit, ac ad se inuitat.Et est manifestus tropus,quo sensim admonemur,laudare bonitatẽ,potentiam,ac sapientiã Dei,quam iugiter cuncta,& absque requie celebrant.

D. Basilius homi.1. legit, A conditione Mundi,& satis cũ D.Aug. cõsentit,est, inquit, Mundus officina disc ẽdi amoris rationabilibus ,& locus erudiendi ad cognit.Dei per uisibilia,&c.

Quoniam aũt in creaturis ordo præcellentiæ est, quantò.n.magis, vel à nõ gradu distant, vel opifici,sese eis cõmunicanti propinquiores sunt absq; controuersia sunt præstantiores,ideò per nõnullas earum sese Deus homini apertius,& splendidius aperit quàm per alias: & proinde cœli,qui inte

sensilia

sensilia longius eminent, gloriam Dei enarrare (insigniter videlicet, & præ cæteris) dicuntur, hoc est, qui omnes populos ad laudandum iugiter creatorem mirum in modum ac voce magis sonora quàm corpora reliqua excitant. Est enim gloria frequens de aliquo fama cùm laude aut quod Quintilianus ait consentiens bonorum laus, ergo narrant gloriam Dei, excellenter & insigniter, non Græca, non alia lingua vtentes (inquit Eusebius in Cathena Psal. 18.) sed re ipsa, ornatu suo, & numeroso illo concentu, sapientissimaque armonia. Quamobrem cùm Ariani faterentur, Dominum nostrum excellere creaturas omnes, perspicerentq;, Deum vocari aliquãdo in Scripturis rerũ oĩum patrem & cumprimis hominum qui sunt ratione prædi. Esaię 73. Malach. 1. ob id sunt arbitrati, singulari, ac præcellenti quodám modo hunc pro Filio habuisse, ac per eum tanquam per organũ, primùm quidem cætera quæque initio creasse, deinceps verò per eundem factum hominem etiam voluntatem suam mortalibus aperuisse, ac se ipsum veluti de facie ostendisse, & hanc esse causam cur illum Scripturæ singulariter ac per excellentiam & *Verbum* vocant & *figuram substantiæ Patris*. Solet enim quælibet substantia, ex conspecta sua figura cognosci. Quę hæresis à lacũnis Platonicorum & Stoicorum ad illos primùm, nostraq; fermè ætate ad Seruetum, ac ad impurissimos quosdam homines deriuauit: Sed & Diogenes Laertius Stoicos, & Nicolaus Cusanus de venatione sapientiæ. cap. 9. Proclum hoc Dei verbum. *Deum ac vniuersorum Dominum*, alijsq; præclarissimis elogijs ornasse scribunt. Amplius & D. Aug. lib. 7. Confessionum, testis grauissimus est, se inuenisse in Platonicorum libris verba Ioannis Euangelistę illa quæ in principio eius Euangelij ad vsque *omnia per ipsum facta sunt* habentur, Lactantiusque in de falsa sapientia, quanta quæso Ethnicorum testimonia, quantasq; laudes quas verbo Dei dederunt elegantissimè recenset? Qui tamen longius ac in immẽsum à veritate omnes profecti sunt: nec enim eiusdem substantiæ & naturæ verbum Dei cum dicente Patre esse (sicuti profectò est) intellexerunt, nec ei esse illud æquale & adęquatum voluerunt (nihil enim Pater intelligit, quin hoc verbo exprimat) quod tamen nec aliqua seorsum facit creatura: nec omnibus simul, ergo illi sublimè hoc, & inaccessibile naturæ viribus arcanum non sunt plenè consequuti. Quamobrem nunc admonitos esse iuuenes cupio, vt cùm hoc, & id genus quædam, in prophanis Auctoribus aut de verbo aut de filio Dei inuenerint, non ideò tamen arbitrentur fidei nostræ præcipuum hoc mysterium illos esse consequutos, sicuti sancti Patres Hilarius Ambrosius & Thomas scitè admodum, & grauiter dudum nos quoque admonuerunt. Id enim verbum, siue etiam filium, infra dicentem ac gignentem Deum in immensum constituebant, ac ex non extantibus (sicut Ariani loquebantur) ab eo prodijsse complures volebant, vel certè modo quodam vix intelligibili, nimirum tanquam à fine forma, & conseruante quommodo Greg. de Arimino 2. d. 1. q. 1. & alij quidam recentiores Aristotelem Auerroemq; voluisse dependere secundas intelligentias à prima existimant, cùm tamen illud verbum Dei Deus noster, quem adoramus, ex corde eius ab æterno prodierit Psal. 44. Quamobrem

Cicero Tusc. 6. Gloria, inquit, est, solida quædam res & expressa nõ adumbrata, & est consentiẽs laus bonorum, incorrupta vox bene indicantium de excellente virtute.

Quæ fortè illa erat Armonia & concentus quem cælis Pythagoras inesse dicebat.

vide quoq; eundem 10. de Ciuit. Dei. cap. 12. & 22.

rem & me Augustini Steuchi profectò miseret, qui coaceruatis hinc inde ac dispositis multorum Gentilium testimonijs, sacrosanctam hanc, & diuinitus reuelatã nostrã religionem, cognouisse illos, aliquot libris de perenni philosophia ostendere in cassum conatus est; Methaphora.n.illustri illi vsi sunt, cùm excellentissimã illam, & principẽ creatam intelligentiã *Verbum*, aut ẽt *filium Dei* Emphaticoteron nuncuparunt. Etenim & inuenti sunt Viri docti, qui indiscriminatim, vt dicebam creaturas ad vnum omnes *Dei verba* appellauerunt, quòd per ipsas de sua bonitate, sapientia & potentia nos Deus alloquatur, ac eos redarguat qui in illarũ Theoria vitã totã transigunt, ac ad earum opificem nunquam conscendunt (capri videlicet mẽ decij) quorum & illę sacrilegę voces sunt, Quę supra nos nihil ad nos & cum sis mortalis curo mortalia. & illa Plinij lib. 2. cap. 1. *Furor est profectò furor egredi ex eo & tanquam interna eius cuncta sint nota, ita scrutari extra quasi verò mensuram illius rei possit agere, quæ sui nesciat, aut mens hominis videre quæ Mundus ipse non capiat*, de quibus & Paulus ad Rom. 2. ait, *Et seruierunt potius creaturæ quàm Creatori*, hoc est exponente D. Hilario lib. 12. de Trinitate, creaturæ præterito Creatore deseruire maluerunt.

Sed Atheis prorsus contemptis cùm sint aliæ permultæ significationes in Scripturis verbi, *Dicere* sicut & Rabbi Moses lib. 1. cap. 64. obseruat proferam nunc, & satis erit, geminam duntaxat. Capitur enim crebrò pro Intelligere, excurrere & ratiocinari, hoc est, pro omnibus mentis nostræ functionibus & operationibus quas Philosophi esse tres, ac ordine quodam apprehendere simplicia cõponere & diuidere & discurrere enumerãt, & Patres nonnulli, vno nomine cogitationum, tanquam vno fasce omnes colligatas, interdum vocant nimirum cogitationis voce latius capta. cùm enim presse capitur spectat ad Dianeam. Itaque cùm Ecclesiast. cap. 3. legitur, *Dixi in corde meo de filiis hominũ vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs* sensus esse videtur, *mecum animo reputaui, & excurri*, & rursum cùm Psalmo 13. & 52. *Dixit insipiens in corde suo, Nõ est Deus*: dictũ puta. *sic, Secum mente concepit, ac diffiniuit insanus homo, nullum esse numen qui regat Orbem.* vbi D. Aug. acutè adnotauit raros esse qui hoc palàm asseuerare sermone audeant, videlicet propter leges, esse autem complures qui ita corde loquantur. Rursum, capi solet hoc verbum pro eo quod est, sermonem ad alium habere, & hæc eius perunlgata significatio est. Ioann. 3. *Dixit ad illum Nicodemus. Quomodo pot est homo renasci cùm sit senex?* Quam obrem Lactantius lib. 4. Inst. cap. 4. & de Ira Dei cap. 7. sermonem dixit esse spiritum cùm voce significante prolatum, esseq; homini proprium, tametsi in animalibus quoque similitudo aliqua sermonis esse videatur, quòd certas vocis notas interdum exprimant, quibus habitum mentis ostendant eique consentit Plutarchus in libello, An bruta ratione careant. Ergo D. Basilius in hom. in initium Ioannis D. Aug. lib. 15. de Trinitate, super Ioann. cap. 1. lib. 83. quæstionum, & alibi, rectè constituunt geminum esse verbum, videlicet cordis quod sibi ipsi loquitur mens, quam Scripturarum more cor vocant, & oris quod peruulgatum est, vti dicebamus. S. Tho. tamen in 1. q. 34. 1. aliud his verbum addit, videlicet id quod ab imagina-

Imaginatione procedit: quod & Damascenum lib. 1. cap. 17. sentire putat, & si Caietanum ibidem audiamus, qui hoc tertium nonnisi causaliter verbum vocari scribit, nihil inter S. Thom. & Basilium & Augustinum de verborum numero intererit, quod cùm illi geminum recensent, eo praeterito, quod imaginationis est, eorum rationem dumtaxat existimabuntur habuisse, quae formaliter verba sunt, hoc est, quae sunt expressiua, & significantia. Verùm cùm S. Tho. ibi. tertium hoc inter propriè dicta verba pateter quoque reponat, & quod causaliter tantummodo est verbum, nō soleat dici propriè verbum, viderit ipse Caietanus, & qui illum sequuntur num consentanea S. Doctori constituant. Veruntamen in hoc Patres celeberrimi ij patenter consentiunt, nomenclaturam hanc ei verbo praecipuè cōuenire, quod mente dicitur, quippe quoniam quod ore profertur, ab hoc tanquam à causa effectus dependet, & eius nota, ac signum non modo est, verùm etiam imago & effigies. Etenim aliorum intellectiones externo illorū sermone cum primis exploramus, & percipimus, & nostram quisq; mentem eo perspicuè caeteris repraesentamus, & aperimus. Quod & in Theaeteto Platonis Socrates dudum exposuit. Etenim:

Verbum Imaginationis nō explicatur à Caiet. ad S. Tho. mentem.

Dum tacet haud quicquam differt sapientibus amens:

Quanquam nutibus quoque oculis, & oris habitu sese quadantenus, ac veluti eminus mentes hominum proferuntur.

Ah interdum lacbrymae pondera vocis habent.

Quamobrem & Durandus in ea d. 27. secundi existimauit vocalem verbum non nisi externa denominatione sic appellari, sed planè fallitur, quoniam externum verbum non est qualecunque mentis signum, sed tale, quod per se ipsum animi sensa exponit, partim quidem natura, partim verò (vel saltem à principio) hominum institutione, & proinde formaliter, ac (vt S. Thomas ait) propriè ipsum quoque dicitur verbum, quinimmo ab eo tanquam nobis notiore, transiuit verbi cognominatio ad internum; Grammatici enim & nominatim Priscianus, à verberato lingua intra palatum aere, verbum deriuant. Itaque formaliter externum hoc dici verbum solet, & si natura posterius & ignobilius interno reuera sit, & ab eo dependeat. Insidet enim internum menti. at verò externum diffluit & euanescit, ac vt quidam ait:

Contra Durandum.

Varro tamen à veritate illud deducit, quod verum nos loqui oporteat.

Nescit vox missa reuerti.

Vt reliqua discrimina praeteream, quae plura inter vtrunque sunt, nec explicem nunc quid D. D. Augustino, & Thomae, interna nostra loquutio, ac verbum, reuera sint, res enim grauissima est, & disputationum quoddā veluti seminarium, locoq; huic parerga. Nam quātum ad D. Aug. pertinet Biel 2. d. 27. q. 2. eius citatis ac dispositis verbis, contendit, hoc verbum interdum fuisse ei actum intelligendi, aliàs actum iudicandi, quandoque praeterea hunc ipsum actum, sed cùm hac conditione, tanquam veridicum: rursum & alteram ei interdum addere, nempe amorem, ac postremò dicere aliquando esse conceptum mentis. Sed & S. Thomas, alicubi quidem solum hunc mentis conceptum. quem & formalem, & speciem intelligibilē expressam, plerique eius sectatores appellant, aliàs verò nihil morari videtur,

tur, vt & ipsa quoque intellectus operatio, hoc est, ipsum intelligere, cuius ille conceptus terminus est, verbum dici præterea possit: de qua re mirum est, quomodo nonnulli, & (vt ego planè arbitror) frustra, in eo conciliando laborant, & cumprimis Heruetus quodlibeto 2.q.8.& alibi, quanquam do ctè & luculenter ostendit (vt fermè solet) quantum inter intelligere, & dicere, cùm in Deo, tum verò in nobis intersit si quando presse capiantur. Quæ inde petat qui volet, & nos quod latius de re hac alibi disputaturi Deo fauente, sumus ad nostrum Mosem reuertimur.

Quæstio num externo verbo loquutus sit Deus, an interno.

De quo ambigunt commentarij num uoluerit externo sermone Deum pronunciasse, vt fieret lux, videlicet per creaturam ei deseruiẽtem, an verò solo interno? D. Ambrosius lib. 1. Hexameron. cap. 9. D. August. lib. 1. super Genesim cap. 2. & 4. D. Basilius Hom. 2. & prisci fermè omnes cõstanter negant Deum externo sermone nunc esse loquutum. Et primùm, quòd nulla tunc esset lingua: qua loqueretur, deindè quod nemo esset qui audiret, atq; perciperet. Etenim D. Basilius Hom. 3. ita loquitur: *Vox enim propter auditum est, & auditus propter uocem ubi autem non est aer, non lingua, non auris, non meatus intortus ad sensum in capite deferens sonos ac strepitus, ibi neque verborum usus est, sed ex ipsis intra cor conceptis, ut ita dixerim cogitationibus uoluntatis traditio contingit.* His patribus Magister quoq; & Scholastici in 2.d.13.& Rabbi Moses loco supra citato illis eisdem argumentis assentiuntur. Quibus tamen sic homines contentiosi respondere possent, quod qui cælum terramq; condiderat, & nunc lucem prodire iubebat, poterat sibi linguam formare si voluisset quà loqueretur. Rursum, qui fecit vt Sol & Luna, atque adeò reliqua sydera & cælestes orbes, vocem imperantis

Iosue. 10. Iosue multis retro temporibus perciperent, & ad hæc. vt Montes creden-
Matth. 17. tium vocibus obtemperarent, & vt sterilis ficulnea in Euangelio, Saluato-
Matth. 21. ris dicto obediret, non admodum ægrè facere eo quoque tempore poterat, vt externam eius & corpoream vocem, Cæli ac reliqua corpora suo eorũ modo, confestim obaudirent, & iussa capescerent: sermo enim ille, & oratio operatiua cumprimis erat, sic profectò, & D. Hiero. super Matth. cap. 8. docet, cùm verba illa Euangelistæ perpendit, *Et imperauit uentis. Intelligimus* (inquit) *omnes creaturas sentire Creatorem, non quod præditæ anima omnes sint, ut hæretici nonnulli existimarunt, sed quoniam Creatoris Maiestati insensibilia efficiuntur sensibilia.* Denique D. Paulus testis locupletissimus est. Rom. 4. Deum perinde vocare ea, quæ non sunt, atque ea vocat quæ sunt. Fortior obiectio esset, si cum Euangelista Ioannes ait: *In principio erat verbum*, respexisse quis diceret, ad hunc Dei sermonem, quo Mundum lucem, & cætera condidit, ac facere hunc sensum: Præcessit sermo Dei hæc omnia: per ipsum enim illa facta sunt, etenim cùm repente subijciat, *Et verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, splendidè ostendit id verbum per quod pater omnia effecit, non diffluxisse, sed antea quoque ac postea subsistere, & proinde non fuisse externum, hoc est, quòd sono, ac verberatione aeris fuerit à dicente prolatum. Verùm erat hic cõmẽtarius Arianorum: non enim est restringenda sententia illa Euangelistæ ad hoc solum Mundi initium, sed ad quodcunq; aliud quoque, quod excogitare, aut imagina-

tio,

tio, aut intellectus potest: ea propter hæc ipsa quoque obiectio deficit.

Quamobrem Theodoretus Episcopus Cyri, vetustus & venerabilis Doctor & si iussum Dei pro voluntate capiat non abnuit tamen concedere; si quis voluerit, vt voce externoque sermone Deus loquutus sit, sed & Hieronymus ab Oleastro Lusitanus, nouitius expositor, existimat, humanam quandam effigiem sibi Deum effecisse, & oretenus cuncta pronunciasse, quæ hoc cap. de eo scribuntur. Quod voluisse etiam quosdam Barcepha parte prima cap. 28. olim scriptum reliquit: Et sentire planè Irenæus lib. 5. videtur cum dixit Deum esse alloquutum manus suas, & Lactantius lib. 4. cap. 6. cùm ait Deum manibus filij condidisse Mundum, & videntur Scripturæ antea hoc ipsum docuisse. Iob 10. & Psal. 118. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me.* Est autem præcipua Lusitani ratio, quod legimus Deum venisse ad auram hora promeridiana, & conuenisse Adamum pronunciasseq; in illum, & Euã, atq; serpentẽ dãnationis sententiam. cap. 3. quæ sanè verba nisi importunis interpretationibus (inquit) alio, quàm à planã, & suaui eorum significatione detorqueantur, apertè docent, sibi humanã effigiem Deum aptasse, qua, & loquebatur, & videbatur: & cum eis transigebat. At verò si tunc, cur non etiam modò? sic enim ille sciscitatur; cui quidem percũctationi, respondemus, nullam in præsentia idoneam subesse causam, cur id ageret sicuti & Patres exposuerunt cùm tamen postea, hoc est, formato Adamo graniores sese fortè obtulerint, cur cum eo humana effigie degeret (si tamen cùm Caiet. & quibusdam ita trãsegisse concesserimus) siquidem cùm intelligeret vnicuiq; homini esse natura gratissimam, & iocundissimam alterius hominis, amicam consuetudinem (nisi fortè Timoni aspero & immanis naturæ homini, & id genus Lethargicis, & Mysantropis: est enim homo animal politicum, & sociale) & Deus incredibili illo amore quo Adamum prosequebatur, nihil prætermittere decreuisset, quod ad eius terrenam beatitatẽ & fœlicitatem, vel augendam, vel confirmandam faceret, potuit tunc adduci, vt effigiẽ Adæ, similem, hoc est, humanam assumeret, & cum eo degeret, ac pacisceretur: Nam & illustres Theologi non desunt qui opinantur Sanctos qui resurgente Domino reuocati sunt in vitam, Cælos cùm eo pariter proprijs indutos corporibus conscendisse, adeò vt nihil Christo Domino desit, quod ad plenissimam, & omnibus numeris absolutam, (vt homo erat) parandam fœlicitatem, requireretur, aut desideraretur. Rursum, & potuit Dominus Vatibus quibusdam sese spectandum oculis carnis eadem ratione interdum exhibuisse. Cumprimis Esaiæ: quapropter & dicit cap. 6. *& Regem Dominum exercituum vidi oculis meis*, hoc verò qui factum fuit, si tamen factum est, nisi quia humanam sibi effigiem Deus assumpserat? Existimant quidem per plures fuisse visionem illam imaginariam. Sed nihilominus putant alij reprehendi illum non posse qui corpoream fuisse sentiret. Ad hæc homo natura doceri, instituiq; ab alio homine cupit. nam vt Socrates in Phædro ait, Plantæ non docent, ac veretur nostra natura Deum & Angelos. quamobrem erat Patribus veluti constitutissimum Prouerbium, *Vidimus Dominum, moriemur.* Iudicum cap. 13. & Moses propterea abscondisse

Verba Theodoreti sunt, quod si velis vsum fuisse in creatione aliqua voce iam hæc nõ ad inanima elementa, sed ad potestates quæ visa sunt non manifestè, vt ille cognoscant, quæ alioquin non erant suo iussu existere, &c.

Quæstio num sibi corpus compegit Opifex ante lucis creationem.

Vide Ciceronẽ de Amicitia. Caietanus in Euang. Matth.

Forerius in Esaiam. cap. 6.

faciem creditur, ne Deum de Rubo in igne loquentem videret. Exodi 3. & rursum legimus Cornelium ab Angelo missum fuisse ad Petrũ, Acto. 8. vt, quæ sibi erãt ad salutem necessaria ab eo addisceret? & transuectum fuisse Philippum ad Eunuchum Reginæ Candacis, vt eum de Christo Domino institueret, & Deum antea quidem per Mosem, & Prophetas (hoc est, per homines, sibi amicos) deinde per Filium hominem factum, suam Hebręos docuisse voluntatem, ac per Apostolos, & Doctores institui Mundũ reliquum deinceps voluisse, Marci 16. Act. 1. ad Ephes. 4. ad Hebræ. 1. potuit igitur hoc officio & pietate erga Adamum, ipse quoque tunc temporis voluisse fungi, & præsertim quia ante peccatum nec erat, vnde Adamus Deũ aut horreret, aut paueret, & erat vnde hoc illius pietatis officiũ ardenter expeteret. Sed & Salomõ Prouerb. 8. testis illustris est, Dei sapiẽtiã deliciari, qñ cum filijs hominum degit. Quæ si nunc vera sunt, nimirum qũ homo, *Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Ps. 48. quantò magis *cùm in honore esset*, & ob eximia Dei dona ei esset quàm simillimus? Dicebat alicubi Arist. *vt quisque optimè animo constitutus est, ratio nemq; ducem in vita obseruat, ita Deo charissimus est, cùm enim Dij re quæ in nobis optima est, & generis eorum coniunctissima delectentur qualis mens esse videtur, par est, vt his qui eam amant, & colunt, ueluti rem ipsis charissimam beneficia reddant.* Denique si quispiam cum Ioanne Campensi, Iacobo Fabro, & alijs nonnullis iunioribus, versiculum Psalmi. 8. qui sic nobis loquitur *Minuisti eum paulominus ab Angelis*, legerit *Minuisti eũ paulominus à Deo*, hoc est, tantum non illum Deum fecisti, nonne nobilissimam quoque coniecturam habebit Deum hunc fauorem minimè Adæ denegasse? Amplius poterat Deus hoc agere, decebatq; illum vt ageret, cur igitur non egit? Quid igitur credere vetat, vt suam Opifex erga Adamum pietatem, hoc etiam modo eo tempore declararet? At præterea ego minimè dubitarim fuisse innocenti Adamo à Deo disertè reuelatum fore aliquando vt Deus fieret homo: id enim, & D. Paulus ad Epes. 4. non obscurè indicat, & S. Tho. 22. q. 2. non inficiatur, quanquam fortasse causas omnes (præsertim peccatum) non ei Deus tunc reserauerit. Id verò quamobrem cedo? nisi vt hac quoque ratione Adamus, eximiam eius erga se philantropiam, & animi propensionem, tanquam sibi dato arrabone exactissimè intelligeret? & propterea dum staret, beatius & effusius lętaretur, & posteaquam se de eo statu infælix deturbasset, crebrò sibi in memoriã postea reuocaret se vidisse Deum humana effigie indutum? ac proinde intelligeret, ac certò cõfideret, promissum semen, quod serpentem contereret, futurum esse Deum, & hominem, inque eius charitatem hac meditatione & fiducia ardentius excitaretur. Psal. 38. *& in meditatione mea exardescet ignis.* Itaque & ob hanc quoque causam fortè humana effigie indutus Deus cùm Adamo pepigit, videlicet, vt firmior in fide venturi seminis postmodum esset, ac eius amore ardentius consequenter flagraret. Nam qui viderat Deum sibi compegisse, atque cõfinxisse aereum corpus, vt eum amanter institueret arram profectò habebat, vt dixi, ipsum eundem sibi compacturum & assumpturum ex purissimo intemeratæ Sanctæ Virginis sanguine, etiam carneum,

quando

quando scilicet plenitudo temporum aduenisset, vt misericorditer illum redimeret. Hæc ego, & id genus alia soleo meditari, cur formato Adamo potuit Deus humana effigie cùm eo loqui & transegisse; quanquam & potuit eum sic esse alloquutum, vt alloquitur Angelos, nimirum illustrata eius mente veritate,& voluntate sua: quamuis Angelis splendidius affulgeat,hoc est,maiorem lucem impertiatur: de qua re suo loco dicturus sum.Hæc omnia igitur cùm in præsenti nullum locum habere videantur: ratio profectò cernitur,cur tunc,non autem in præsentia externo vocis sono vsus fuerit.Nam quod Theodoretus,id factum fortè fuisse gratia inuisibilium virtutum,scribit, vel ego satis non assequor,vel certè nullam præ se fert probabilitatem.Inuisibiles enim virtutes,hoc est, Angeli sibi cognata corpora, eo consentiente, non habent,aut si habent vt volunt quidam; sunt profectò alius constitutionis,ac têperaturæ,à nostris: quapropter non potuerunt indiguisse Angeli, vt humano corpore indutus arcana sua illis Opifex impertiretur,etiam si non viderent Dei naturam, sed eius quandã gloriam,quæ eorum viribus respondet: sicut hic ipse Doctor sentit,& Dialogo primo explicat. Amplius,& ipsum rogo Theodoretum,quo sermonê Deus effecerit Angelos & empyreum Cælum,quod antecessisse sensilem orbem patres permulti existimant,& ipse potuisse fieri non negat? Nam & verbo Dei hæc prodierunt Ioan. 1. Vt igitur sermone externo & corporeo minimè hæc effecit, sed interno & mentis; ita & hoc ipso profectò reliqua oĩa formauit.nec.n.toties Deus dixit,fiat illa,vel illa creatura,quoties ĩ hoc libro reperitur &c. Vnum enim est Dei verbũ per quod facta sunt omnia. De interno igitur locus hic intelligẽdus est:& quotquot præterea cum hoc consentiunt,quo secum Deus ab æterno adiudicauit suæ condecere bonitati & gloriæ, Mundum certo initio temporis condere,& perficere, suæq; voluntatis decreto sanciuit:quod fortè Theodoretus existimauit,nunc fuisse à Deo Angelis manifestatum cùm id antea eos lateret, vt proinde Deum vsum fuisse voce dixerit, videlicet quali Angelos decebat, atque adeò incorporea.Vt ex illis verbi significationibus,quas D. Aug.(si Gabrieli assentimur) exposuit, hoc Dei *Dicere* fuerit actus iudicatiuus intellectus illius practici cum amore,atque adeò qui essentialiter dicatur:quamobrem Moses ait, *Et dixit Deus*, non uerò, *& dixit Pater*. Dicere Patris,gignere est, & est notionale: *Dicere Dei* (hoc est Trinitatis) commune omnibus personis est,& voluntatis approbationem includit;quæ & si idem re sit cum intellectu,ratione tamen,siue (vt loquuntur quidam) formaliter ab ea secernitur,& proinde hunc quoque in modum cogimur eorum actus distinguere.Est enim hoc verbum, *Fiat* modi imperatiui: atqui voluntas cumprimis est,quæ imperat: Et si enim Hebræi *Iehi*,indicatiui modi esse uelint, ac têporis futuri: docti tamen pro imperatiuo capi ab eis testantur. Qua propter editio Caldęa,quam sequitur Vatablus,habet, *Sit lux*. Sed nostra probatior existimatur à Septuaginta,& præclaris translatoribus permultis: & sanè grãdior est.Etenim *Fiat*, lucis nouitatem disertius exponit, quàm *Sit*, aut *Erit*: quoniam hæc solent ad permanentiam rerum non rarò etiam referri.Quare interdum uoces confirmantis habentur, ut cùm Isaac de filio

Refellitur opinio Theodoreti, si hoc tamẽ voluit, nam obscurus admodum est.

D. Basilius homil. 3. Quæ est necessitas sermonis potẽtibus ex ipso intellectu communicare inter se consilia.

Opinio Auctoris.

D. Ambrosius hoc loco sermo Dei, voluntas est, opus Dei natura est, D Basilius accommodatius, ac magis pium esse videtur diuinam quidem volũtatem primamq; appetitionẽ motum mentis, orationem esse Dei loquutionemq. putare, atque asserere, &c.

Nostra æditio probatior Caldęa editione hoc loco est.

ait, *Benedixiq́, ei, & erit benedictus*, Gen.27. & Dauid.Psal.103. *Sit gloria Domini in sæculum*. Sed & interdum verbum *Sit* permissiuè (vt loquũtur) & *Erit* prænunciatiuè præterea vsurpantur.

Et facta est lux. Explicato æterno decreto Opificis de creanda in tempore luce, consequenter quoque & decreti exequutionem nunc primùm factam enarrat, & ita deinceps in sequentibus per partes enarraturus est. Vt Hipotheticæ copulatiuæ huius minimè hic sit illepidus commẽtarius. Quoniam ab æterno dixerat Deus fiendam nunc primùm lucẽ, protinus hæc & citra vllam cunctationem nunc prodijt. Hoc verò significantius eorum versio aperit qui legunt, *Et fuit lux*. Etenim *Voluntati eius*, quàm beneplaciti vocant, *quis resistit?* Rom.9.& *Sermo eius omnipotens est*. Sap. 16. vt admirari nemo profectò debeat, si natura humillima veluti seruula, protinus Deo iubenti obtemperauit, Quanquam nec grandius quidquam nec augustius de Deo, vel scribi, vel etiam intelligi hac oratione potest. *Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux*: Vidit hoc Dionysius Longinus, Ethnicus Rethor, & inde Mosem iudicij acrimoniæ, & prudentiæ laudauit; qui Opificis Mundi dignitatem amplitudinem, & decorum tota hac sua narratione cum primis seruauit & Homerum (tanquam facta inter vtrunque comparatione) Docti omnes redarguunt, quòd suis Dijs nulla ratione eorum decori habita, cedes, adulteria, & scelera, imprudens inusserit. Amplius Mundus inuenustus erat, & cæcus, iubet Deus, vt videat, hoc est, vt fruatur luce, ac cæteris ornamentis, quid ni igitur natura confestim nõ obediret? Etenim quid aliud illa magis expetebat, & veluti ante omnia deprecabatur, cùm in tenebris esset, & cæca, quàm lucem? quod intelligens rerum Opifex, *Fiat* (inquit) *lux*, hoc est, naturę desiderio fiat satis, sicut ante nos Catherinus eruditè & eleganter exposuit.

Interprete Frã cis. Robertello.

Lux igitur res quædam certa est, & constans, & quæ esse reale habet. Omne enim quod efficiẽtem causam habet, ens reale est. Itaque & Solis iubar, ac ipsa quoque lux, quæ ei inest & quæ cum eo progreditur, & q̃d suscipitur, & in corpore perspicuo lumen; & radius, cùm aspectu directo fit, ac splendor cùm indirecto, & reflexo nuncupatur, causam efficientem cùm habeant, entia realia sunt. Quanquam naturæ ductu & sequela, lux à iubare, ita exeat, effluatq́; vt nulla intercidat actio, & cùm meliores Scholastici habere hanc in perspicuo esse intentionale dicunt, his, quæ nunc dicimus minimè refragantur, esse enim intentionale multiplex est.

vide Paulum Soncinatem. 7. Meth. q 9. De Ideis.

Iam verò obserua Deum antea nominasse lucem, & cætera fermè omnia quàm ea efficeret, & proinde intellige, & illum ea omnia antea cognouisse, & hæc anteaquam fierent quadantenus extitisse. Quod enim prorsus non est, nec nomen vllum habet: nominantur autem lux & cætera anteaquam creentur, modò quodam igitur extabant, vbi autem extare poterant, præterquam in Ideis, atque adeò idem prorsus esse cum Deo? Vt videant Iuuenes quomodo Moses subtiliter toto hoc capite docet rerum Ideas esse in Deo. Quod & exponitur Actorum 17. cùm dicitur: *In ipso uiuimus, mouemur & sumus*, idq́; verius quoque si D. Anselmo credimus, q̃ simus in nobis. Nec ineptè Cusanus lib.7. Excitationũ, tẽ hanc Pictoris exẽplo

D. Aug. 83. q. Ideæ sunt principales quædã formæ, vel rõnes rerũ stabiles, atq; incommutabiles, quia ipsæ formatę nõ sunt. ac per hoc æternæ, &c.

plo ita illustrat. Si quis, ait, Pictori iubeat, vt Socratem pingat, nonne hic confestim Socratem extare intelliget? Atqui pergat Pictor Socratem pingere vter rogo verior Socrates erit, exemplar an exemplatus? Exemplar profectò nisi insaniamus: id enim est absolutè Socrates, exemplatus verò nuncupatur Socrates depictus, aut etiam Imago, & figura Socratis. Sic propemodum cùm lux nostra hæc qua fruimur, & cætera quæq; omnia diuinarum Idearum exemplata, & imagines sint, sicuti D. Dionysius ait, & illud quoque oportet, vt ab eis longè lateque perfectione abeant, & cùm Deus simplicissimus, ac vnitissimus sit, necesse quoque est, vt ibi hęc omnia cum eo vnum sint, quanquam nostra ratione ab illo seiungantur.

Cicero in Orat. 6. Has verũ formas appellas Ideas ille nõn intelligẽdi solũ, sed ẽt dicendi grauissimus author & Magister, easq; gigni negat, & ait semper esse, ac ratione & intelligẽtia contineri, cætera nasci occidere, fluere labi, nec diutius eẽ vno & eodẽ statu. vide S. Tho. 1. q 15.

Cæterùm D. Aug. Rupertus Abbas, & alij quidam methonomicos dictũ putant, *Fiat lux*, & ad formationem Angelorum, atque adeò ad spirituale͂, & intelligibilem lucem referunt locum hunc. Quam quidem opinionem S. Tho. 1. q. 67. accuratissimè explicat, quod alioqui obscura permultis visa sit, sed cùm simus in Mundi huius sensilis, & quem incolimus ornatu, alienam esse existimo ab historico sensu intelligentiam istam, & reijciendam ad arcanum, & propheticum. Rursum D. Hiero. ad Gala. 4. & super Zachariam cap. 4. docet ne allegoriam quæramus in his quæ perspicua, & manifesta sunt hic verò locus splendidissimus est. Amplius secundo Post. Metaphorę, & Tropi à doctrina demonstratiua profligantur, & Themistius solis sermonibus proprijs, ac lucidis nos vti iubet, hoc est, qui rem maximè splendeant, & declarent. 1. de Anima 20. & Arist. Platonem, quòd verbis minus proprijs & apertis, plerunque sit vsus, aliquando accusat. 1. Cœli 105. & 106. & nos ita leuiter, hoc est, nullo negocio existimabimus, Dei verbis ad litteram captis, subesse Tropos & Methaphoras? Et confirmantur hæc, quoniam hic sensus narrationem Mosis vertit in Parabolam. Nam sicut D. Hieronymus ait, (& adducitur à Magistro d. 33. secundi.) Parabola aliud verbis sonat, aliud sensu continet.

Expositio D. Aug & Ruperti.

Repudiatur illa expositio.

Secunda ratio contra expositionem illam.

Confirmatio.

Hæc itaque cùm vidissent, Magister 2. d. 13. Hugo de Sacramentis, lib. 1. cap. 9. & Scholastici quidam non postremæ classis, maluerunt lucem hanc fuisse nubem quandam lucidam, quæ prioribus tribus Mũdi diebus, hoc est, ad creationem Solis, & syderum vsque (hæc enim quarta die facta fuisse narrantur) conuersione cælestium corporum ducta, vtrunque hemisphærium vicissim collustrauerit, diesq; & noctes effecerit, ac deinceps nimirũ condito Sole, vel Soli ita constanter adhæserit, vt ab eo, nec tãtillum seiungi, nec conspici, vel à linceo possit, vel denique ex qua Solis Iubar fuerit postea compactum, atque formatum. At verò opinionem hanc in præsentia nequaquam refellam, quod alioqui esset actum agere. Repudiauit n. eam loco iamiam citato S. Tho. validissimis argumentis, adeo vt videatur nunc à Doctis tanquã antiquata, et obsoleta prorsus contemni. Quamobrem, et miratus sum, Abulensem in eam fermè concessisse, suppressisseq; S. Tho. rationes: est. n. profectò iustum, vt in disputationibus, vel soluenda quæsita sint, uel vt cõcertatori alter assentiatur, queẽadmodum Theodoretus Dialo go 2. dixit. D. Grego. Nazianzenus in Oratione in nouum Dominicũ dicit, se arbitrari Opificem Deum lucem hanc ostendisse non per instrumentum

Opinio Magistri, & Scolastic Theol quæ fortè etiam D. Basilij fuit nã sub obscurus admodum est.

Et hæc quoque interpretatio repudiatur.

Opinio D Grego. Naziãz & eius reiectio.

aliquod aut Solem, sed incorporaliter & absque Solę: nec tamen exponit, quomodo incorporaliter, & quomodo per nullum instrumētum: sic enim videretur fuisse potius intelligibilis, quàm sensilis. Quamobrem D. Greg. Nyssenus probabilius putat eam fuisse elemētum ignis, qui Opificis imperio, ex illa confusa elementorum mixtione, veluti ex cōi rerum omnium massa, fuerit eductus: perinde, ac solet a nobis ignis è silice excuti: obrutus enim cùm esset, ac sub particulis illius materiæ latitaret, mox Deo iubēte prosilijt, & effulsit, ac vno eodemq; momento & se & corpora reliqua protulit in apertum, tenebrasq; disiecerit, ac eluerit: lux enim à luendo, hoc est, à purgando tenebras Latinis dici putatur. Et hæc quidem fermè est Patris huius Sanctissimi opinio.

Opinio D. Gregorij Nysseni.

LECTIO DECIMA.



PRÆLECTIONE præterita, locum vsq; adeò difficilē, & obscurum aggressi sumus disserere, vt D. Aug. Doctorum omnium quos vnquā Ecclesia Latina peperit, acutissimus, fermè desperauerit eius intelligentiam se posse consequi, lib. 2. de Ciuit. Dei. cap. 61. Sed & D. Bonauentura præstantissimus & religiosissimus Doctor, in 2. d. 13. admonuit studiosos, ne quidpiam constanter diffiniant; sed vt veluti cunctando, singula quæq; explorent; & quòd esse probabilius intellexerint, submissa disputatione proferant. Itaq; donet Dominus, qui nostrarū mentiū Sol (& quidē altissimus) est, & qui propterea nullas quātumuis exiguas sustinet vmbras, ne in luce versantes, ac de luce disputantes, aut cecutiamùs, aut hallucinemur.

Contra opin. D. Greg Nysseni.

Contra igitur D. Gregorij Nysseni opinionem illam argumenta nō desunt (ac vt mihi quidem videtur) satis neruosa. Si quidem Moses eam sibi vniuersæ naturæ institutionē, explicādam hoc loco accepisse creditur, quæ oculis subijcitur, & quæ perenniter permansura est. Atqui conspicimus illustrari Mundum fulgore Solis, non autem luce ignis: de hac igitur in pręsentia non loquitur. Præterea, Ignis in propria sphæra non lucet, (conspiceretur. n. saltem noctu) quinimmo ita obscurus est, vt Rabbi Moses existimauerit (vti me aliàs dixisse memini) Vatem sanctissimum nostrum de eo tūc verba fecisse, cùm tenebras super faciem abyssi extitisse dixit: & Auerr. cùm 4. Cœli commento 52. tum etiam alibi, scribit, hunc non lucere, nisi cùm alienam materiam depascit. Quamobrem hac quoq; ratione Cardanus lib. 2. de subtilitate, negat id esse elementū, quod indiget pabulo. Oportet igitur, si initio splendebat, vt extra propriam sphęram esset, ac depasceret materiam alienam: cùm autem nulla tunc ab elemētis & cælis, materia esset, hoc etiam vt cōsequatur oportet, vt depasceret corpora hæc, aut omnia, vel plura, aut eorum certè vnum aliquod: & cùm actuosissimum elementum sit, quippe quòd terram etiam ardet, vt in locis permultis Germaniæ videre est, ac in Scotia etiam lapides, & deniq; quòd apposito combustibili, cōburit in infinitum. 2. de Anima 41. ac oīum maximū (cingit. n. alia elemēta) acceperitq; tunc longas depascendi moras, videlicet ad creationem

Secundum arg.

tionem

tionem Solis, & ſyderum vſq;; profectò eius flamma depopulata fuiſſet ſaltem vnum aliquod elementum; hæc autem omnia præter opinionem, & quaſi paradoxa quædam videntur.

Quòd ſi dixerit quiſpiam, hoc elementum effulſiſſe quidem tunc, non tamen materiam, in qua erat, conſumpſiſſe: quemadmodum & Rubo, & tribus iuuenibus in fornace poſitis eueniſſe Scriptura docet: huic certæ probationis onus incumbet. Canonem.n.habemus, *Nolite omni ſpiritui credere*. 1.Ioan.4.& D. Aug. ferre eos nequaquam poteſt, qui ad Aſylum miraculorum in hoc genus rebus confugiunt. Amplius, totam terram ignis inſtar coronæ cingit, cùm ſit ſphæricus: inde, ſi totam ſplenduiſſet, nulli eius parti potuiſſet noctem inducere, aut efficere: etenim terra nullam effeciſſet vmbram, quæ noctem gigneret: atqui eueſtigio dicturus eſt Moſes, hanc lucem peperiſſe diem & noctem. Quòd ſi à quoquã reponatur, id elementũ non reſplenduiſſe totum, ſed eius duntaxat partẽ, quæram, an hoc fuerit natura, aut accidente, hoc eſt, Dei voluntate (nam nihil eſt hic tertiũ) ſi dabitur primum, ipſe quoq; reponã, elemẽtũ igitur id erat diſſimiliũ partiũ, & proinde non quiuis ignis eiuſdẽ ſpeciei cum alio igne eſſet: quòd nihilominus eſſe Ariſt. 1. Cœli 77. ex eius motu oſtẽdit: Si verò Deo iubẽte id exiſtimabitur contigiſſe, cãm rurſum & ꝓbationẽ exigo. Itaq; cur nõ potius fateamur, tũc fuiſſe factũ Solẽ, aut Solis lucem, vt Syrtes has euitemus, ac nauem veluti in portum appellamus? Etenim & D. Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus cap. 4. ſine figura, & ſimpliciter dictum intelligit de Solis luce, quam cernimus; cui S. Tho. eadem q 67. & recentiorum erudítiſſimi ferè omnes ſubſcribunt. Opinio Auctoris

Pro quorũ quidem ſnĩa confirmanda illud primũ facit, quòd Solis lux digniſſima ſola eſt, quę ſimpliciter & abſq; vllo additamẽto, lux fuerit nuncupata: deinde, quòd oĩa quæ in præſenti ab Auctore de dierũ, noctiumq; efficientia narratur, eidẽ cõpetere tantùmodo videtur. Amplius, & hòc inde conijcimus, quia cõis & vetuſtiſſima oĩum gentium conſenſio, primum à Sabbato diẽ, quem nos Dominicũ nuncupamus, quòd Dñs in eo triumphator à mortuis reſurrexerit, & natus in hũc Mundũ identidẽ ſit (licèt nocte media, vt ſe non indigere Solis & ſyderum beneficio, ac vt quantis tenebris noſtrum genus eſset vndiq; circũfuſum, hoc modo declararet) Soli tanquam præcellẽti, & qui vnà cum Mundo prodierit, iam dudũ dedicauit, ac nũcupauit. Et demũ poſitio hæc (quòd vbiq; magni ponderis eſt) patitur ſatis leuiora incõmoda, & pauciores difficultates, reliquis cõmẽtarijs, vt qui eos cũ hac probè cõtulerit, ſponte teſtabitur. Aduerſus quam tñ illud primũ obijci põt, Moſem diſertè aſſeuerare Solem quarta die fuiſse ab Opifice cõditũ, hic aũt in prima die ſumus. Deinde ſi lucis nomine hic intelligitur Solis iubar, quęritur ratio, cur non ſcripſerit Moſes Deũ iuſſiſse, vt fieret Sol, ſed ſcripſerit iuſſiſse, vt fieret lux? Rurſum quęritur, nũ vno eodemq; momẽto Sol cũ primo mobili prodierit, necne? nã vtrinq; ſunt opinãtes viri celeberrimi, & rõnes ꝓfectò graues, adeò ùt nõ ſatis appareat, utra pars aut uerior, aut munitior ſit. Rñdeo igit̃ priori obiectioni ex D. Diony. ſnĩa, Solẽ tãquã nobile Dei organũ permultas habere uirtutes, ad diuerſos

effectus

effectus gignẽdos, quos in opere quartę diei explicaturi vtcunque sumus, nec tamen prima hac die eas ab Opifice accepisse omnes, sed solam virtutem illuminandi; cæteras verò nonnisi quarta, & proinde eo quoque loco de eius creatione sermonem denuò fieri. Sed Ambrosius Catherinus ideò responsionem hanc repudiat quòd Propheta noster protinus subdat, *Et vidit Deus lucem quòd esset bona*, si Sol (inquit) non fuisse suis omnibus facultatibus prima die præditus, & absolutus non scriberetur visus Deo fuisse bonus, hoc est in se ipso perfectus, ergo ait Solem prima die suis omnibus facultatibus & numeris prodijsse, à creatore integrum nihilq; ei penitus defuisse ad producendos effectus, quos nunc quoque producit, licet eos omnes tunc minimè fortè proferret, quoniam alię concausę ad illos producendos vel productè, vel paratè nondum fuerant, & negat scripturam affirmare Solem quarta die fuisse factum, sed ait tunc narrare creationem Solis, quæ prima die facta fuerat, rememorando, & repetendo ea omnia quæ in illa die quarta inueniebantur facta tanquam anacephaleosi & Aug. Steuchus ita quoque opinatus antea est.

Replica Amb. Catherini.

Responsio hæc reprobari manifestè non potest nec ratio quam aduersus D. Dionysium profert, est aut insulsa, aut læuis, dicturi enim postea sumus, ideò opus secundę diei non pronunciari bonum, quod inabsolutum ad tertium vsq; remanserit: quemadmodum & recentiores interpretes fermè omnes etiam assentiuntur. Sed nihilominus præstat Dionysium Sanctissimum Patrem sequi, & Catherino inferius respondebimus.

Catherini responsio qualis.

Ad alteram igitur obiectionem, quidam respondent, lucis nomine venire hoc loco Solem. Triaq́, hæc à sacris & prophanis scriptoribus promiscuè vsurpari, *Solem, Lucem*, & *Diem* quod sese mutuo consequantur, tanquam causa & effectus, vtque radix & germen: Ad hæc Solem eodem momento cum omnibus cælis prodijsse, quippe qui sui orbis densior pars est, sed quæ simul ab Opifice facta fuerunt, non sunt à Propheta simul exposita, sed per partes, & gradatim sicuti & D. Aug. submonuit.

Ad 2. argum. *Sol, lux, & dies.* *Ad 3. argum.*

Quæ si vera sunt quomodo quæso, dictum est, fuisse à creatione cæli, & terræ tenebras super faciem abyssi? Etenim lux inseparabilis proprietas Solis est lucis verò perpetuum officium est tenebras discutere, & proferre diem, qui fieri igitur potuit, vt creato Sole qui rutilans esset ac fulgidus, cum eo tenebrę super vtrunque hemisphærium vnà manerent? Hæc certè inter se non cohærent, sed ex diametro pugnant. Proinde Aegidius in 2. d. 13. & Hugo lib. 1. de Sacramentis cap. 9. existimant non eodem momento creatum fuisse Solem, quo primum mobile, sed aliquanto postea, & putat Abulensis intercessisse spacium horarum duodecim quibus quidem Doctoribus series huius historiæ suffragari prima fronte videtur. Verùm ex hac opinione sequitur vt id temporis interuallum quod Solis creationem antecessit nec diei, nec noctis pars aliqua fuerit (à Sole enim dies & noctes efficiuntur) quod tamen videtur esse inopinabile. Præterea dies naturales non haberent, vel idem principium, vel eundem finem, relati ad motum primi mobilis, & ad conuersionem Solis, illud enim cieri incepit in momento, A, Solis verò rota, in momento, C: ergo inter, A, & C, dilapsum

Contra responsionē ad tertiū. *Opinio Ægidij & quorundā.* *Contra hos opinantes prima ratio.* *Secunda ratio.*

ſum eſt tempus.B.(intercidit enim inter momenta tempus medium.) Proinde cùm naturales dies integra conuerſione vtriuſq; corporis conficiantur ; protinus inde ſequitur, vt eorum initia diuerſa ſint, ac termini varij. Quæ omnia à Philoſophis abſurda, & repugnantia pulcherrimo rerum ordini cenſerentur. Vndiq; igitur ſunt anguſtiæ, & cùm in portum nos adnauigare paulò antea credebamus, inter Scyllam & Carybdim etiamnum magnopere fluctuamus.

Duobus proinde modis reſpondebimus, vt hæc vitemus incommoda, quantum coniectura & iudicio conſequi poſſumus; videlicet pro duplici horum Doctorum *opinione*; ac primùm quidem nos ſupponere in his obiectionibus illud eſſe verum, quod Doctores illi interrogati conſtanter negarent, nempe ſimul atq; creatum fuit primum cœlum, cum eo, cœli motum, ac tẽpus cõfeſtim incępiſſe, quod & ſi Plato communisq; opinio probet, ij tamen conſulti vt dixi inficiarentur: quippe qui graui ratione ducti arbitrantur cælum quidem, non quieuiſſe (ne priuationem faciant antiquiorem habitu) ſed immotum ideò perſtitiſſe, quia nondum aptatum fuerat ad motum: etenim ſic exiſtimant illud effeciſſe opificem, atq; effecit corpora omnia reliqua, rudia nimirum & impolita, atque adeò ad eorum motus & functiones tarda & inepta, & hoc euſq; quo ad tolleret impedimẽta & præſtãtiſſimum Solis iubar formaret, aut certè lucem illam quã prima die effecit, quamobrem illa cæli conſiſtentia & ſtatio, ſimplex potius fuit negatio quàm priuatio: At verò potuiſſe opificem facere ne cælum conuerteretur, extra controuerſiam Theologis eſt; et fuiſſe factum aliquando imperio Ioſue, Scriptura quoque teſtatur, & deniq; poſt Iudicium ſic factum iri, Catholici minimè dubitamus: Extitiſſe autem tunc ratio non inefficax hiſce Doctoribus ſuaſit, qui Angelos cum Cælo, vno eodemq; momento effectos fuiſſe volunt. Cùm enim viatores creati fuerint, (vt Catholica fides à Scripturis edocta firmiter tradit) & propoſuerit illis e veſtigio Deus quæ credere illos volebat aut etiam agere vel per ſe ipſum (quod videtur magnopere probabile: per ſeipſum enim et Adamo legem tulit) vel per publicum aliquem ſuum præconem et miniſtrum, nempe per ſuperiorem aliquem Angelum, vt exiſtimant quidam) in eorum creationis primo momento demereri certè et cadere a gratia non poterant in qua creati fuerunt, quod (vti S.Tho. 1.q.63. ſubtiliter acuteq; docet) eorum crimen, et caſum : nõ tã ipſis, q̃ Auctori eorum Deo imputandũ videretur, licet in momento illo primo mereri potuerint (cùm quicquid ad merendum neceſſarium eſt, illis adeſſet) ac natura integra eſſet, et rurſum quòd ſicut tunc nequaquam habere operationem poterant, quæ recta non eſſet, ita nec eã omittere ad quam tenebantur, omiſſio enim eius quod fiendum eſt, cõmiſſio quadantenus obliquæ operationis eſt, et deniquæ quia omiſſio fermè nolitio quædam eſt, quam volitio natura, ac generatione ſemper præcedit (quidquid abſolutè ſit de ſuſpenſione talis operationis.) Et quamuis Scotus. 2.d.5.2. et alij nonnulli doctrinã hanc non recipiant, eſſe tamen veriſſimam ego non dubito: et Scripturæ non ſemel acutioribus indicant, præſertim verò cùm ſerpentem noſtri generis hoſtem, non à principio et ſtatim ſu-

Gemina reſponſio.

Prima reſpõſio

Eſt enim quies priuatio motus

Ioſue. cap. 10.

Vide S.Tho. 3. 3.4.3.

Pro opinione S.Tho.

tim ſu-

tim super pectus,& ventrem suum ambulasse scribunt, sed aliquanto postea & adhęc.cùm narrant Adamum, & Euam,non statim peccasse,sed intercessisse nónihil temporis, inter eorum formationem & casum. Porrò autem consuetum Theologis est, ab illis progredi quæ circa homines fieri viderint,ad ea exploranda quæ de Angelis Scripturę siluerunt.Deniq; hác D.Thomæ doctrinam antea nobis tradidere D.Aug.lib.ij.de Ciui.Dei c.15. & Origenes super Ezechielem. Quamobrem constituendum omnino videtur,fuisse eis moram aliquam concessam veluti ad deliberandum de suscipienda, aut certè de repudianda lege illis prómulgata:(liberi enim erát arbitrij.) quæ quidem mora & si breuissimam veteres scholastici facere prima fronte videantur,quoniam duobus duntaxat instantibus,aut ad summum tribus eam integrāt (vnde & Abulensis ait,eā fuisse tēporis imperceptibilis) Theologis tamen quibusdā recentioribus longior fuisse creditur, idq; cum primis, quia in Apocalipsi legitur factum fuisse prælium inter Michaelem, & commilitones ex vna parte, ac Draconem Sathanam, & eius asseclas ex altera;quod prælium nil aliud fuisse putant, quàm sententiarum quandam varietatem,ac discrepantiam earundemq; mutuam collationem & discussionem.Neq; enim intelligunt illi suaptè natura omnia simul,sed vnum post aliud:quæ res (vt credibile esse dicuntur) longiusculam moram sibi videtur postulasse,quàm communiter priores illi Scholastici existimauerunt. Et hunc fermè in modum Ambrosius Catherinus in libello de re hac à se ædito excurrit. Verùm hic doctor non satis animaduertit Scholasticos censere intellectiones Angelorum mensurari tempore discreto. cuius momenta non sunt nostri temporis momentis necessariò correspondentia:& proinde non negasse illa momenta exæquasse certam quandam nostri temporis prolixitatem & moram; quæ licèt quanta fuerit,nos prorsus lateat: tamen fuisse admodum breuem rationi est admodum consentaneum,ob naturæ Angelicæ pręstantiam,ac intellectus & voluntatis eorum insignem quādam in suis functionibus celeritatem & efficaciam:quibus efficitur,ne longa excursione ad deliberandum indigeant, quemadmodum & D. Aug. lib.4. super Genesim scriptum reliquit. Enim verò & Scotus in 2. d.5.q.1. existimat,impuros & blasphemos Angelos nō vno dumtaxat modo peccasse,sed pluribus ac diuersæ speciei peccatis,ac non habuisse illos actus simul. Vsurpantur igitur momenta, aut (vt loquũtur) instantia à Scholasticis gratia huius absditissimi arcani explicandi,ac sublimitatis præstantięq; naturæ Angelorum manifestandæ;non quę temporis continui sint, se discreti, quod tanquam ex vnitatibus constare affirmant, atque adeò alius esse rationis à nostri temporis quod continuū est, natura & momentis.Sed eò reuertor vnde primùm digressus sum, ac existimasse illustres illos doctores dicebam,cœlos non confestim atq; creati fuerunt,cieri cœpisse, sed perstitisse tantisper immotos, quoad scilicet Angeli de recipiēda,aut de repudiāda lege Dei deliberarent; ac propterea quo ad boni & qui obtemperarent, stabilirentur,& mercedem illis propositam consequerentur; contumaces verò & perduelliones expellerentur,& punirentur; & ita fieret diuisio lucis à tenebris (his enim verbis hæc nobis

Contra Catherinum.

Pro altera horū Doctorum responsio.

bis Mosem retulisse volunt.) Neq; enim ratio patitur (vt aiunt) fuisse ante illorum deliberationem assignatos Angelos cœlis qui eos conuerterent, Etenim indicasset hoc modo Opifex illis, ac tanquam data arra securos fecisset præscire se ac nolle vt caderent à sua gratia, quod & si nullum videatur negocium præstantissimo patri D. August. facessere Magistro tamen ac fermè Theologis i 2.d.4. minus probabile esse videtur, vel certè si motores illi cecidissent oportuisset alios eis substitui, quod nescio quid humani ac indecori præ se ferre videtur. Hoc igitur interuallo in quo & impedimenta omnia sublata fuerunt, perstiterunt immoti cæli, & in eius vltimo momento, Sol, motus, ac tempus vnà prodierunt. Aegidius tamen in 2.d. 12.q.2.art.2. mauult Deum illo quoque interuallo conuertisse seipso cælos, ac stabilitis bonis Angelis hoc muneris euestigio eisdemandasse nimirum, vt deinceps, ac perenniter illos orbes cierent. Vt quemadmodum se ipso rerum species, & cumprimis animalia initio effecit, ac protinus iussit vt procreatione à suis eorum vel vniuocis vel æquiuocis efficientibus futuris temporibus procrearentur: sic se ipso voluerit initio conuertere cælum, & protinus sui loco Angelos substituerit motores; Et hæc quidem ab his viris eximijs fermè afferuntur aliquantò tamen luculentius à me exposita quæ tamen (vt verum fatear) cōiecturæ non nisi sunt, excursionesque humanę. At verò priores Doctores ita fortasse responderent, &(ni fallor) probabilius Solem quidem vnà cum luce prodijsse (hęc enim proprietas eius, ac passio est) sed nonnisi in actu signato, vt Scholæ loquuntur, non autem in actu exercito, erat siquidem præstantissimum sydus id, aptum splendere inferna corpora, sed cùm crassiora magnopere essent, corū vitio & incapacitate contigit vt non prorsus irradiarentur, & proinde factum est vt tenebrę essent super faciem abyssi, vt enim Rabbi Moses dicit, vsq; adeò perturbata, & crassa erat tunc elementorum congeries, vt vetaret, obsisteretq; ne Solis radij ad terram vsq; pertingerent: cuius rei imaginem haud raro in præsenti nobis refert densissimarum nubium inter Solem & terram interpositio: Aerem enim aliquando ita interdiu nebulæ obscurant ac nigrescunt, vt nox magis quàm dies esse videatur, & noctes obscurissimas similiter, atq; horridas sæpenumero faciant, si quidem sicut Boetius ait: *Pro prima opinione respōsio.*

Nubibus atris condita
Nullum fundere possunt
Sydera lumen.

Itaque cùm rectè appositèq; dicamur nos aliquando tenebras prodigiosas pati: quanto magis rogo dici hoc potuit quando in abysso ac voragine illa immensa vnà cum Igne, Aqua, & Terra, Aer, fermè obrutus maneret, ac latitaret? Receptiuum enim lucis perspicuum est, at verò hoc elementū obtusissimum tunc temporis erat, ergo & lucis incapax, sed pluribus exemplis in re comperta, & sensibus fermè passim exposita periclitari superuacaneum est. Expedit nihilominus illas densissimas tenebras in memoriam reuocare quas Aegyptus ob Pharaonis in Deum contumaciam passa aliquādiu est, quę & si Sole subtrahente radios, vt putat Damasc. & multis alijs

modis

modis ab eo potuerint effici: tamen valde probabile est, vt crassissimarum non nisi nubium,& opaca aeris condensatione,qua Solis lumen Aegyptijs veluti penitus sublatum fuerit,eas effecerit. Quòd & Paulo Burgensi etiā placuit & Scriptura tunc indicare mihi, videtur cū eas ait ita densas fuisse vt palpari ferme possent,quæ certè verba non obscurè indicant aerem insigniter,ac plusquam soleat fuisse tribus illis diebus concretum, quem ita praue affectū vocauit tenebras.quare nec ignis luce frui Aegyptij poterāt. Sed & Strabo lib.1.Geographiæ testatur Populos Cimerios perpetuā fermè obscuritatem sustinere ob densissimas,& concretissimas nubes,quæ ibi ob vaporum perpetuum halitum fiunt. Quapropter & Homeri carmina affert,quibus rem hanc se sic habere comprobat: Homerum autem Latinus Vates, ita nobis suis carminibus expressit:

Quò nunquam radijs,oriens,mediusúe,cadensúe,
Phœbus adire potest, nebulæ caligine mixtæ,
Exhalantur humò dubiæq; crepuscula lucis.

LECTIO VNDECIMA.



Num antea decreuerit Deus res fore, quàm iudicauerit eas esse debere.

T vidit Deus lucem, quòd esset bona. Non defuerunt Theologi qui subtiles profundiq; honoris ergo vocantur, qui leuissimis quibusdam rationibus adducti dixerunt, Dei volnutatem antea decreuisse res esse, quàm quòd eius intellectus iudicauerit eas fore, quibus hoc quoque potuit rem hanc persuadere,quòd hic Moses antea scripserit Opificē dicere quàm videre. Porrò autem dicere,pro iubere, & videre pro iudicare capiebant, est autem sine controuersia,voluntas quę iubet,& intellectus qui iudicat. Sed Gerson horum sententiam primo Tomo suorum operum, grauiter admodum accipit,& sanè meritò,cùm cæca sit vbique voluntas, quæ rationis iudicio non regitur:& rursum,quod voluntas sit appetitus intellectiuus,& proinde posterior suapte natura intellectu. Amplius,& appetitus naturæ, sequitur iudicium intelligentiæ non errantis,& qui sensitiuus dicitur,iudicium sensus,ergo & intellectiuus subsequitur iudicium intellectus.Postremò,creasset Deus Mundum potius natura,quàm electione, vbi enim electio est præsumitur rationis iudicium. Nec quod hic dicitur, *Vidit Deus*, vllo illis modo suffragatur.Verbum enim *Videre*,geminam habet significationem propriam videlicet,ac translatitiam, sicut Rabbi Moses lib.1.c.4. adnotauit,quarum prior omnibus nota est,ac trita, vt in eiusmodi asynthetis.Veni, Vidi,& Vici: Abij,laui,& vidi: Vidi,cognoui, damnaui, quòd Iulianus Cæsar de cuiusdam scriptis respondit,cui vt Nicephorus lib.10. cap.25.refert(D.Basilius,vt opinatur) acutè ita reposuit.Vidisti,non intellexisti,damnasti:aut certè simile quidpiam:Trāslatitia verò ad cognitionē omnem (hoc est,quæ vel sensuum sit,vel etiam intellectus) communi vsu extenditur,quòd sensus visus dignissimus certissimusq; omnium sensuum sit,ac nobis præ cæteris charus, vti Plato in Thimęo,& Arist.in proœmio

Prima expō. Meta.testantur. Quapropter qui Deum hominis effigiem in venustando

Mundo

Mundo sibi sumpsisse volunt, non detrectarent hoc verbum in significatione propria in præsenti capi alijs verò omnibus translatitium,& reconditum hic suppeditare sensum visum est,& pro eo positum fuisse, quod est Mente perspexit, considerauit, animaduertit. Est enim Hierogliphicis oculus symbolum mentis, quòd permultas necessitudines cum ea habeat: etenim, vt oculus in parte eminentiori nostri corporis situs est, & plures rerum differentias, cælestium videlicet,& terrestrium lustrat, & certius auribus percipit, ita mens animæ nostræ suprema facultas est, & intelligibilia omnia significatione,& argumentis expendit,& contemplatur. Rursum non desunt viri docti qui multis rationibus contendunt inesse oculo congenitum quoddam lumen sine quo perspicere minimè posset. Atqui & menti nostræ lumen principiorum inditum à natura est, quod & lumen intellectus nuncupant quo efficitur, vt rebus menti per sensus repræsentatis, confestim illa acquiescat, ac rectè interroganti, hoc est, ordine ducto à principijs ad cætera quæ ex principijs profluunt, rectè, & opportunè quoque respondeamus: à qua re adductus Plato existimauit nostrum intelligere esse reminisci. Ergo horum sententia, cùm Deus creasset Mundum, moxq; luce ornasset, *Vidit*, hoc est, considerauit factum, ac tanquam examinauit, suoq; aspectu & iudicio laudauit. Quæ omnia more nostro dicuntur: Solemus enim ex ipsis rebus iudicium petere. Quamobrem & architecti cùm domos extruxerint, eas probè considerant, num per omnia exemplaribus respondent.

Secunda expo.

Aristoteles in initio Metaph.

Horatius Segnius irritant animos demissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Cui, & D. August. subscribit, cap 8. de quantitate animæ, sed vide quo sese exponit lib. 1. retracta.

Porrò autem. *Et vidit Deus lucem*, anteaquam eam crearet, (intellectu enim,& idea illam effecit) & confestim quoque posteaquam creauit, vt hic scribitur, & vt D. Aug. scitè ait, vbi antea eam viderat, ibi quoque & postea factam vidit. Nec enim à rebus cognitionem capit, sed res ab eius notitia esse, ac perfectiones reliquas habent 12. Meta. 51. addito nihilominus eius velle, quod, vt significaret Moses vbiq; commemorat imperio Dei singula quæque prodijsse, quasi videlicet exponens non ea à sola contemplatiua cognitione Dei profluxisse, sed ab ea quæ practica est, hoc est, quæ à voluntate acceptata fuit, cui & Dauid subscribens *omnia* inquit, *quæcunque voluit fecit*,& Apoc. 4. *Quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Deus enim innumerabilia intelligit, quæ nunquam prodibunt, aut fient, Et hæc quidem tria Intellectus, Potentia, & velle inæqualis ambitus nobis pomilionibus esse videntur, ac manifesta inter se rōne secerni. Plus. n. ille intelligere videtur quàm possit efficere siquidem contradictoria simul intelligit, quæ tamen vt in eodem instanti vel temporis, vel naturæ simul sint efficere nequaquam potest, quàmuis minimè defuerint qui hoc posterius quidem concederent, sed prius palàm inficiarentur. Hoc verò est, nō repugnare, vt contradictoria in eodem temporis momento sint, sed naturæ, teste Gersone loco citato. Qui & fuisse eos Parisius damnatos, & reiectos scribit,& merito profectò. Etenim facessere negocium lectoribus frustra conati sunt, vtrunq; enim æquè cum ratione pugnat. Sed illis omissis dicamus contingere hoc, non Dei virtutis imbecillitate, sed rerum repugnantia, quemadmodum & cùm dicitur, ipsum facere

D. Ambros. hoc loco plus est, quod laudatur aspectu, quàm quòd sermone laudat. Quod fermè D. Basil. hom. 2. antea dixerat.

In breui illa admonitione, in primo Tomo.

cere

cere non posse lineam sine pundis nec separare accidens à suo subiecto in primo momēto, quo id efficit, & quod præteritū non potest facere nō præteritum, & hominem, aut animal absq; organis & membris, & id genus permulta, quæ reuera impossibilia sunt vel per se, vel per accidens. Rursumq; eius potentia ad plura se extendit quàm velle, Mundos enim innumerabiles, & species perfectiores longè plures, & in infinitum (vt mihi quidem cum S. Thoma dubium minimè est) efficere potest, quas tamen nunquam efficiet. Cur non? quoniam minimè vult. Consultò autem dixi; Quàm eius velle, non autem quàm eius voluntas, quia hoc nomen volūtas pressius captum facultatis nomen est, cuius duo sunt actus velle & nolle, quanquam velle promiscuè pro voluntate, & è contra voluntas pro velle sępenumero capiantur. Non igitur aut sola voluntas, aut sola eius notitia efficit absolutæ res, sed vtraque simul, quamobrem scientiam Dei qua ea cognoscit quæ nunquam existent, simplicis intelligentiæ Theologi nuncupant videlicet (vt ego sanè interpretor) quod coniunctum non habeat eius velle. At verò qua conspicit ea quæ sunt, edocti hîc à Mose vocant scientiam visionis, vt significent Deum non tantum quidditates vt loquūtur ac naturas, sed etiam existentias, ac non in vniuersum modo & generatim, sed etiam particulatim sigillatimq; intelligere, hanc nimirum & illam subsistentiam, hæc accidentia, has circunstantias, & deniq; singularia omnia, exactè quemadmodum visione à nobis fit: Quidquid enim existit singulare est Amplius cùm Anteà, & Posteà differentiæ temporis sint, hoc verò nonnisi caduca, & fluxilia mensurantur, liquet hæc dici de Deo more nostro, hoc est, methaphoricôs & per similitudinem. vt variatio, ac vicissitudo non in Deo, sed in rebus dumtaxat sit: cùm enim æternus ille sit, omnia & in Ideis, & in æternitate conspicit, in qua & præsentia ei sunt singula & ita expressa ad viuum, atque repręsentata vt probè agnoscat quæ vel præsentia, vel futura, aut præterita in tempore sunt, adeò vt cùm de Deo vidit, videbitque in sacris litteris legimus, mox subire in mentem debeat eiusmodi sermonibus tempus inuolui, atq; adeò nostri rationem haberi, qui excelsa Dei arcana vtcunq; balbutimus, de eo enim & cum eo more nostro (vti dicebam) & loquimur, & transigimus, quemadmodum ille quoque nobiscum agens, amanter sese, & captui, & intelligentiæ nostrę accommodat demittitq;. Non desunt autem expositores qui locum hunc interpretantes ita sese expediant. *Vidit*, hoc est, se vidisse manifestauit, & declarauit: vt enim Scripturæ Deum quædam nescire dicunt cùm non probat vnde illud *Nescio vos*, & cognoscere cùm probat vt *Nouit Dominus qui sunt eius*, ita etiam ignorare dicunt cùm rem non referat, *De die*, inquit, *illa neq; Filius hominis nouit* &c. vt per oppositum cùm exponit, ac manifestat dici valeat agnoscere, & videre. Et phrasis hæc infrequens non est in Scripturis, & consentit interpretationi huic locus Exodi 3. *Vidi afflictionem populi mei*.

Tertia expō. Matth. 25. 2. Thimot. 2. Matth. 24. Mar. 13.

Bonum, quod naturæ nuncupatur, & passiuè capitur, & actiuè, hoc est, res, quædam sunt quę bonitatem habent & alię, quæ præterea eam efficiunt. Et priore quidem modo quidquid ita est, vt ei conuenit, bonum est, quam-

quamobrem quod esse sibi conueniens inchoatum habet, bonum est inchoatum: & quod eiusmodi esse completum habet, bonum completum est, integrum videlicet & absolutum, quod, & perfectum (pressiùs) nuncupatur, cui nimirum nihil deest de his quæ ad illum spectant 5. Meta. 15. Quamobrem etiam totum nuncupatur. re enim idem hæc sunt, eoque modo ambo finiuntur, sicuti 1. Cœli. 4. & in Parmenide Platonis videre est. Bonum actiuè est, quod efficit aut impartitur entitatem rei conuenienté, quam cùm omnia suo modo expetant, ob id dictum est *Bonum est, quod omnia appetunt*: vt eadem sit ratio boni conuenientis, & expetibilis, & ab efficiente, & à forma atque à fine res bonitatem præcipuè habent. Nam de materia prima inter Philosophos non satis conuenit qua de re digrediendo in præsentia plura non agam. Porrò autem quoniam Deus est qui solus, & ea omnia à se habet quę vel esse, vel expeti possunt, & primum efficiens est, primaque forma, & vltimus finis à quo esse vnumquodque sibi conueniens præcipuè & maximè habet, & à quo cætera efficientia, formę, & fines vt bonitatem impertiantur vim obtinent: ideò & solus bonus cùm in Euangelio, tum verò à Themistio 1. Phys. 81. dicitur, & ab Auerr. 5. Meta. 15. solus perfectus. Itaq; dici potest tunc quidem lucem fuisse bonam actiuè, hoc est, cælis vniuersęque rerum naturæ magnopere conuenientem consentaneam, & expetibilem, quamobrem vbi ea non peruadit gigni fruges, & alia permulta non possunt quæ sunt animalibus necessaria, homini præsertim qui paulò post conditus fuit, cui hæc ipsa quoque iocundissima est siquidem, & Plutarchus in eo libello cui titulus est, Sic viuas vt nemo sentiat te vixisse, *vsque adeò iocunda* (inquit) *lux est, & amabilis, vt nihil eorum quæ natura voluptatem afferunt absque luce cupiat animus noster in tenebris* quod certè & illæ blandiloquæ voces, vaga præclara, rosea, pura & id genus quibus eam Poetæ ornant non obscurè manifestant. & Eccles. 2. scribitur. *Dulce est homini videre Solem*. Tobias verò cùm ei ab Angelo Raphaele bene precatum fuisset. *Quale*, inquit *mihi gaudium erit qui in tenebris sedeo, & lumen cœli videre non possum?* Ex ea etenim oritur vt, & sensus visus charior præcęteris nobis sit, vtque eo (sicut dicebamus) plures colorum, & rerum differentias capiamus. Et si nanq; Solis radij in terram deferantur ad perpendiculum, non omnes tamen recti regeruntur a rebus in terra positis ad visum, ob nimirum terræ rotunditaté. Rursum quamuis rebus quibusdam certus sit, ac determinatus color, qui nulla lucis actione valeat immutari, quod ex propria illis mixtione adsit, quamobrem, nec facere potest lux carbones albos, nec niué atram (nisi fortè Anaxagorę) & ad hæc quamuis, & perturbationes animi colores mutare in hominibus quoq; videátur (siquidem pauore pallescút, verecundia rubescunt, quod & euenire hanc quoq; ob causam Camaleonti credunt vt colores mutet) hæc tamen omnia solius lucis beneficio sese nobis insinuant, *Omne quod manifestat*, inquit, Paulus Ephes. 5. (sic enim cótextus exigit vt legamus) *lumen est*. & alius, *Abstulit nox atra colores*, Quamobrem existimauit Auempace eam largiri coloribus habitum & formam sicut scribit Auer. 2. de anima. 67. & infrà. Bona igitur nobis illa magnope-

Vide Themist. 3. Phy. supra tex. 64.

1. Ethic. 1.

Tobia. 5.

Vide Ciceroné 4. Academ.

re est. vnde & pro vita à Cicerone Tusc. 2. & ab illustribus Autoribus sæpe capitur. Et rursum operę pretium est fateri vt eadem quoque bona fuerit passiuè, vel saltem secundum inchoationem iuxta D. D. Dionysium, & Thomam qui Solem censent non fuisse penitus absolutum hac prima die, sed quarta dumtaxat.

Frãcisci Robortelli opinio. Vide autem Mosem non laudare lucem, sed exponere Dei iudicium de bonitate lucis, vt vel hinc quoque potuerit stabilire Frãciscus Robortellus vir clarissimus, historiographum lectori iudicium solutum de rebus quas narrat debere relinquere, & sua censura illum non anteuertere quomodo ipse multis argumentis, ac testimonijs contendebat: quamobrem, & Liuium redarguebat, & Plutarchum, ac alios complures, qui secus, videntur fecisse, sed controuersiam hanc Historicis relinquentes nobis satis nunc erit animaduertere lucem longè omnium præstantissimum præconem habuisse, quæ Deum habuit Encomiasten approbatorem, & laudatorem, adeò vt superuacaneum propterea sit in ea laudanda sumere operam & diligentiam.

Iam verò, & hoc etiam vide pronunciari toto capite Deum vidisse opera sua esse bona, quod non ea tantùm ratione factum fuisse existimo, vt intelligeremus illum denique effecisse singula integra, & absoluta, & ita præterea, vt ornamento essent Mundo, & decori, vtiliaque homini, & reliquis animalibus, sed in eam quoque gratiam, vt significaret ea omnia Dei bonitatem suapte natura, ac tanquam pro viribus exponere, & sectari, qua certè ratione lucem præcellere sensilibus (vno homine excepto) ego non dubito: maiorem enim cum Deo cognationem, & analogiam (secundùm proportionalitatem tamen) hæc ipsa habet quàm sensilia reliqua non modo rationibus à nobis assignatis, sed præterea quia eius natura huiusmodi est, vt non in numero sit non in mensura non in pondere, vt alia omnia quemadmodum D. Amb. lib. 1. Hexa. cap. 9. loquitur, ac postremò ob beneficentiam, quamobrem & eam frequentissimè de Deo videas affirmari Ioan. 1. *Erat lux uera*, quasi diceret lux vera Deus est, cuius hæc sensilis imago esse videtur, atque adeò luci Ideali hęc nostra comparata, vera dici nõ potest. Rursum Ioan. 8. *ego sum lux Mundi*, & 1. Ioann. *et tenebræ in eo nullæ sunt*, hoc est, nulla deformitas nulla maleficentia, denique nec possibilitas vlla est, vt non sit sicuti est: sic enim vti aliàs dixi, omnia artificiata cõparata subsistentibus exemplaribus permultum deficiunt. *Et diuisit lucem à tenebris* vbi non intelligas hæc initio inuicem fuisse permixta: id enim teste D. Paulo impossibile est, sed huiusmodi secretionem mox formationẽ lucis esse consequutam, quemadmodum D. Augustinus in opere imperfecto rectè adnotauit. Idque causa loco, & tempore: causa enim lucis Sol est causa verò tenebrarum terræ crassities, & opaca corpulentia, & si enim Plato in Thimęo terram vocauit diei, & noctis opificem, atq; custodem, alio tamen modo utrunque à terra efficitur, atque à Sole, nam hic effulgendo, & immittendo radios, atque adeò per se, illa verò eos regerendo, & reflectendo atque ob id per accidens, diem efficiunt, hoc est, in causa sunt vt perspicuum illustre fiat, quamobrem Sol præcipua diei efficiens causa

2. Cor. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras Christi ad Beliat.

causa est, terra verò concausa, & veluti, sine qua non. Nec desunt Philosophantes, qui & medium & supremum aeris interstitium, quouis lumine vacuũ esse contendant, quòd illo vsque non regerantur à Terra Solis radij, quæ etiam consentanea esse existimantur his quæ Paulus Ephes. 2. & 6. de Dęmonibus scribit. Appellat enim eos *potestates aeris huius*, & mox *Rectores tenebrarum harum* contra verò noctis, & obscuritatis terta primaria causa est. Nam cum in medio Mundi fixa, hoc est, immobilis maneat, vti secundo de Cælo tex. 102. Arist. & Ptolomeus lib. 6. Almag. probant (quamuis Heraclides Ponticus) referente Simplicio (& Pythagorici voluerint illam moueri, & cælum stare) Solque circa illam perenni motu cieatur, efficitur vt hæc sua opacitate vmbram emittat, & Solis radios non sinat oppositum Orizontem peruadere & noctem efficiat quare & præcipua obscuritatis, ac tenebrarum causa terra dicitur, Sol verò concausa, & per accidens, perinde, ac solet absentia Nautæ causa naufragij nauis esse 1. Phys. 68. & inde fit, vt loco etiam secernantur, quòd Sol in vno tenebræ verò in altero hemisphęrio sint. Voco autem tenebras nunc, aerem luce carentem, ac postremò etiam in tempore, quoniam sicut Theodoretus rectè perpendit sibi inuicem lux, & tenebrę certè quadam mensura, ac statis horis succedunt. Atque ita Moses manifestat Dei admirabilem sapientiam, qui ea magnitudine loco, distantia, atq; constitutione Solem terramque effecit, vt lux & tenebræ oportunè & perenniter sibi in Mundo succederent. *Appellauitq; lucem diem & tenebras noctem* vbi de luce sermonem habet non quidem vt in Sole est, sed vt in perspicuo, ac superunum & alterum hemisphęrium successiuè recipitur: hæc enim sola dies formaliter appellatur, vt non ignobilis ac pænitenda ratio pro illis emergat, qui existimant superius iussisse Deum vt Sol exareret lucem suam in hæc sublunaria, atque adeò non de iubaris constitutione, sed de aeris perfusione, & illustratione intelligendum præcipuè esse quod Deus dixerat, *Fiat lux*, quamobrem, & prę parasse vtcunque corpora diaphana antea volunt, vt capere hanc possent, Est enim lumen actus perspicui. 2. de Anima. 69. actus autem non inducitur in sua potentia, & materia nisi aptata, & præparata, quod (vt contendunt) factum fuit cum validus ille ventus qui Spiritus Domini dictus est, super aquarum voraginem desufflauit: fuerunt autem corpora hæc aptata vtcunque non autem penitus ad quartum diem vsque, vnde Rabbi Moses, & D. Basilius existimant nullam omnino splendidam, & serenam diem ante quartam fuisse, sed omnes obscuras & caliginosas, quanquam Augustino Steucho aliter visum sit, & quod magis refert etiam Magistro in 2. d. 3.

Romand.

Sic & Gellius lib 2. c. 29. loquitur, alia luce ortu auis in pastum profecta est, &c.

Cæterùm peruulgatum est discrimen dierum in *naturales*, & *artificiales* siue vt Beda loquitur in *proprie*, & *vulgariter* nuncupatos. Priores enim spacium quattuor & viginti horarum omnium Gentium consensione cõplectuntur, quoniam vna primi Mobilis conuersione fiunt, & propterea noctes quoque continent. Posteriores verò duodecim duntaxat horarum

ſunt,quanquam inæqualium,& ab ortu Solis ad occaſum vſq; conſiſtunt. Quare & Ariſt.diem ita finiſſe ferunt; Dies eſt latio Solis ſuper Orizōtem. Beda autem de temporum ratione.cap.3.Dies eſt aer Sole illuſtratus.ſic ſanè Aſtronomi quos hactenus viderim,& Theologi omnes tradunt,præſertim S.Tho.3.q.33.art.2.ad 3.& alibi.Vt non ſatis proinde aſſequar cur Lilius Greg. vir impensè Doctus, hos *Artificiales* appellauerit *Naturales*, curq; à cæteris in nuncupatione deſciſcat,tametſi cauſas videam cur quibuſdam *Ciuiles* dicti fuerint,& *Legitimi*,nempe quòd tunc Ciues in vnum coeant, contrahant, ſuaq; negocia ſecundum leges tranſigāt, & fortè quoque quòd ſpurij non ſint,quemadmodum priores quos naturales omnes vocamus, ſi quidem non ſola luce qua dies dicuntur,ſed tenebris,hoc eſt, nocte etiam cōſtant: ergo de die artificiali ſermo hoc loco eſt,quem Græci *Imeram* vocant cuius vocis Etymon Plato in Cratillo affert, Latini verò non ſatis inter ſe conſentiunt:Sunt enim qui idcirco dici *Diem* putant, quòd Dei opus ſit, in quibus eſt M.Varro nec ij profectò longè ab hac Moſis enarratione abeunt. Alij verò à Dio deflectunt, Dium autem ſub cælo lumen vocant: quia, & ſub Dio ſiue (vt alij loquuntur) ſub Diuo, aliquid eſſe dicimus, cùm in aperto atque ſub cælo eſt. Porrò autem quod hic dicitur, *Deum appellaſſe*, occupatio eſt: ea enim quæ poſtea illo docente vel Adamum, vel alium ex poſteris quenquam, facta eſt appellatio,nunc ei tanquam ipſe illam fecerit, à noſtro Hiſtorico vbique adſcribitur, & eſt ſermo de nomine & appellatione Hebræa : hanc enim linguã D.Hieronymus, & alij volunt à Deo edoctum fuiſſe Adamum, quam Dantes, & cum eo nonnulli exiſtimant nunc eſſe in integrum , ac penitus obſoletam , & quam nunc Hebræi loquuntur eſſe aſcititiam , & peregrinam, ac non vſque adeò vetuſtam. Et vt pulchrè ſubtiliterque Caietanus excurrit Moſes hic docet Deum eſſe Auctorem non ſolum rerum naturalium , ſed etiam earum quæ arte, & ingenio hominum parantur, & fiunt. Creditum enim iamdudum eſt, nominum impoſitionem , conſilio, & arte hominum nedum ad res ſecernendas, ſed ad earum quoque facultates, ac naturas indicandas prodijſſe. Ad hæc & docere illum ait, Deum cognoſcere habitus & priuationes, quòd dixerit Deum cognominaſſe lucem (quæ qualitas eſt & habitus) diem,& tenebram (quæ lucis priuatio eſt) noctem: etenim non cognominaſſet,niſi cognouiſſet.

Lilius Greg. Giraldus.

Porrò noctem M.Varro libro quinto de origine verborum inde dictam fuiſſe putauit, quod noceat, cui & Albertus Magnus in 2.diſt.13. ſuffragatur, ac Theologi noſtri paſſim;ad quam coniugationem, & inflexionem vel probandam , vel ſtabiliendam poſſet non intempeſtiuè afferri , quod hic à Moſe ſcribitur *Deum vidiſſe lucem*, ideſt diem, *quod eſſet bona*,& proinde per locum à priuatiuè oppoſitis repente inducere, vidiſſe tenebras, hoc eſt,noctem eſſe malam,dies autem bona eſt,quia vtilis eſt,iucunda,& viuifica,ergo nox mala eſt, quoniam nocet,hoc eſt, quoniam facit,vt bonis eiuſmodi careamus:Verùm mihi quorundam ſentẽtia magis probatur,vt nox à voce Græca νὺξ deriuationẽ ſuam duxerit. Nec.n.Deus noctẽ effecit, vt noceret, ſed vt prodeſſet, permultaq; commoda & beneficia mortalibus

Vide 4. Meta. 10. 7. Meth. 54. Nomẽ non imponitur rei quã homo ignorat.

Quō nam nox à nocẽdo dicta fuerit.

Opinio Auctoris.

mortalibus afferret: si enim Orbi vna perennis esset dies, quæ nunquam nocti locum concederet, Sol nequaquam vtilis, sed perniciosus viuentibus esset, sicut hoc loco D. Ioan. Chrysostomus, & Theodoretus rectè perpendunt, nec eius calor foueret, sed torreret, & in cineres, atque arenas res cunctas redigeret, quæ incommoda dierum, noctiumq; vicissitudine tollũtur. Quare non desunt qui etiam occidentem Solem venerantur, quãuis plures sint (& meritò quidem) qui orientem illum adorant, sicut & Põpeium dixisse Scyllæ dictatori Plutarchus in eius vita scribit, & sanè Dauid in Psal. 103. miras quasdam noctis vtilitates persequitur, & Poeta suffragatur, cùm ait:

Nox hominum genus, & duros miserata labores,
Retulerat somnos, & fessa silentia rebus,
Sic dono Diuûm gratissima serpit.

Est autem hæc non qualiscunq; terræ vmbra, sed quæ ex Solis subterraneo meatu efficitur. Et viri doctissimi qui à nocendo dictam voluere ad aspectus nostros præcipuè, & ad humana negocia quibus hæc obesse solet (vt arbitror) respexerunt, atque etiam quod in ea fures, latronesq; nocẽdi alijs commoditatem, ac veluti occasionem nanciscantur, vt hæc eius denominatio prorsus externa sit. *Explicatur opinio aliorum.*

Et factum est vesperè, & manè dies vnus. Vespere tempus occiduum, & diei nouissimum est, quod & serum nuncupatur, sic dictum quòd stella illa quam Vesperum cùm serotina est Hesperumq; cũ antegraditur Solem & Cice. 2. de natura Deorum, & Latini Poetæ appellarunt. Et præterea Luciferum, de qua & Plin. lib. 2. cap. 8. scripsit, & Iob cap. 2. & 38. & Hebręis Vesperus dicitur *Hereb* à verbo *Harab*, quod ligare, siue etiam obligare illis significat, vt proinde Nouitius quidam interpres existimarit ideò *Hereb*, hoc est, ligamentum fuisse cognominatum, quia ligat, & nectit diem cum nocte, nec. n. lux simul tota concidit, & extinguitur, sed remittitur sensim cõualescente videlicet obscuritate. Verùm quominus hęc absq; cunctatione recipiamus permulta faciunt. Et primùm quidẽ, quia noctis, & diei colligatio, siue nexus, qui manè fit, & nobis aurora dicitur posset itidẽ nuncupari *Hereb*: est enim ligamentum. Deinde, quia vesper, & manè, vel diei, vel noctis partes sunt, quanquam sub Iudice lis pendet, an diei, an verò noctis potius sint quare non desunt qui partem hanc idcirco Latinis crepusculum dictam velint, quòd incerta sit, & dubia, an ad noctem, vel ad diem pertineat; nam res incertas Latini creperas vocant. At verò ligamentum aliud quidpiam esse videtur ab his, quæ ligantur. Ad hæc tertio, Exodi duodecimo, iuxta Hebręam litteram iubentur mactare agnum inter duas vesperas, hoc est, (omnium cõnsensu) inter crepusculum, & noctem: nam & Plautus crepusculum vocauit primam vesperam, sicut Liuius primas tenebras, & Macrobius primam facem, quòd tunc primùm lumina, siue faces accendantur. Ergo ipsa quoque nox vespera, & *Hereb* appellatur. Est autem certum, noctem dici non posse ligamentum sui cum die. His igitur rationibus ductus

D. Basilius homi. 2. Hesperus stellarum pulcherrima ē, etc.

Hiero. ab Oleastro.

Dubitatur contra rationẽ assignatam ab illo Doctore.

ductus opinor, crepusculum noctis, atque noctem quoque ipsam Hebræis dici ligamentum, aut obligatio, quòd homines tantisper obliget feriari, si quidem vel inuitos quoque eos ad quietem, & ad operum atque laborũ cessationem (quibus interdiu incumbunt) adducit: ac videtur illis veluti manus ligare, ne ciuilia negocia transigant: quæ profectò omnia Dauid in Psal. 103. luculentissimè cecinit, *Ortus* (inquit) *est Sol, exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Facta est nox, in ipsa pertransibunt bestiæ syluæ.* Manè verò Latinis dicitur cùm lux videtur, & Varro innuit, sic fuisse dictum, quod tunc maneat dies; & ait priscos vocasse bonum *manum*, quòd eis lumen fausti ominis esset, & pro vita caperent: etenim & lucerna Aegyptijs vitæ symbolum erat; & docti homines lucem pro vita dicunt. Hebræis autem dicitur *Bocher*, à verbo *Bachar*, quod est quærere, & discernere. Itaque, quoniam à nobis inuicem res manè discernuntur, quærunturq́; non verò noctu, quando omnia cæca sunt, & videntur veluti latitare; ea propter *Bocher* scitè admodum dictum fuit.

Quibus verbis (ait Theodoretus) magnificentiam tanti Opificis admiratus? Quàm magnifica sunt, inquit, opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti, &c.

LECTIO DVODECIMA.



SCISCITANTVR expositores, cur Moses, cùm dies enumerat, quibus Deus Mundum perfecit, ac veluti expoliuit, vbique præmittit serum ipsi diluculo: *Et factum est* (inquit) *vespere, & manè* dies hic sigillatim & ille, cum tamen manè sic natura vesperum antecedat, sicut ortus Solis natura antecedit occasum. Abulensis igitur nõ abnuit dici rectè, & commodè posse, *vesperum* vocari nunc totam illam temporis moram, qua tãtisper cælum, & terra tenebris circunfusa constiterunt, anteaquam lux illa (quæcunque fuerit) efficeretur: quam planè moram tantam fuisse existimat, quanta Solis conuersio super Orizontẽ rectum ab eius ortu ad occasum, vsque in æquinoctio esse solet, hoc est, horarum duodecim. Amplius, & vocari *manè* posse diem artificialem duodecim similiter horarum, quam lux illa recens creata confecit, ac ex vtroque interuallo, primum naturalem diem constitisse. Qua ego interpretatione nihil vnquam audiui frigidius: siquidem & voces Manè, ac Vesperè in aliena significatione, à communi loquendi vsu & à consuetudine Scripturarum (præsertim huius capitis) pro solo arbitrio capit. Et rursum, sicut Abulensis moram illam, quæ intercessit inter creationem Mundi & formationem lucis, non nisi horarum duodecim facit; ita quoque maiorem, vel minorem facere alius quisque poterit. Tertiò, tenebræ illę alterius fortè rationis fuerunt, quàm vt possent vesperè appellari, hoc est, quàm vt possent cognationem vllam habuisse cum tenebris quæ Solis creationem sequutæ deinceps sunt. Quamobrem sunt qui admodum ægrè recipiunt, vt non eodem momento vtrunque corpus, primum videlicet mobile, & Sol simul cieri cęperint: ac Iunilius quidem & Ambrosius Catherinus dixerunt, Mosem rationem habuisse Hemisphęrij suæ gentis, cui idcirco extitisse antea serum uolunt, quàm affulserit diluculum, quod Solis iubar quando primum splendere Mundum cepit exortum

Quæstio cur p̃ponatur serum ipsi diluculo.

Opinio Abulensis.

Confutatio.

Etenim tenebræ quæ antecessit simplex fuit, & quæ subsequuta est priuatio.

Opinio Iunilij, & Catherini.

exortum illis confestim sit, qui in Hebræorum opposito Hemisphęrio degunt,& Antipodes uocātur,quos & si D. Aug.lib. 16.de Ciuit. Dei.cap.nono.& Lactantius lib. 3.Institu.cap. 24.ac denique Procopius Gazeus in huius capitis commentarijs inficiantur; annua tamen Hispanorum nauigatio,fecit nobis iampridem certissimos (& ob id opportuit eos antea habuisse manè deinde uesperum) quæ omnia inde Catherinus nobis cumprimis nititur suadere, quod Hebræi iussi postea sint dies festos,& eorum celebritates uesperi inchoare, Exodi. 12.& Deut. 16.Et rursum: quia positum Catholicæ Ecclesiæ in more uidemus diem Dominicum tunc primū officio colere quando Sol Sabbato occidit,ac cęteros omnes similiter dies festos: Quam opinionem uel illud ostendit esse minus ueram quoniam si Hemisphęrium nostrum pars anterior Mundi est,quemadmodum esse necesse est, si statuamus cum Aristo. in 2. Cœli dexteram eius partem esse Oriens fieri profectò non potest,ut Sol conuersione primi Orbis splendueriт antea Antipodes quàm Iudæos,aut prouincias illis conterminas. Animal.n.mouetur primùm anterius quàm ponè.Proinde colunt qui opposi tum Hemisphęrium inhabitant supernam quidem orbis partem, sed postica sunt,nos uerò infernam & sumus in antica: Sol igitur nobis,hoc est, nostro Hemisphęrio antea illuxit. Nec me tamen latet, Astronomos has Mundi positiones (pro sola sua auctoritate) secus assignare,& Poetas aliter. Sed nos cum Arist.sentimus,qui firma ratione nititur. Est tamen hoc non prætereundum Prophetas qui Mosem subsequuti sunt, cùm de Oriente, Occidenteq;,ac cæteris cœli plagis simpliciter loquuntur,respexisse cū primis ad Iudæam;vt proinde potuerint ij Doctores existimasse simile fecisse Mosem in præsenti. Sed erat considerandum hoc fecisse Prophetas, quod & ipsi sicut,& Iudæi reliqui eam aut colerent, aut certè coluissent. Quæ ratio cùm nullum nunc locum habeat(scripsit enim Moses volumina sua in deserto)probabilius esse uidetur,ut respexerit hic ad cælorū naturalē motum cùm de his rebus uerba facit, præsertim verò, quia rerum naturas sibi simpliciter explicandas hoc loco sumpsit, prout initio à Deo prodierunt. Confirmantur hęc,quia & inferius dicturus ille est,Dominum condidisse hortum in *Edem* ad Orientem,nimirum iuxta rectam Orbis naturam,non verò iuxta Iudæam. Confirmantur secundò: quia & Matthæus cap. 1.huc nonnisi respexit,quando dixit: *Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam,&c.* quod & Caietanus ibi adnotauit, & similiter Apostoli cùm orare nos ad Orientem iusserunt:quod Origenes Basilius, & alij permulti dicunt,& vetera templa ostendunt. Existimandum enim non est;eos voluisse,vt Hierosolymę ubiq; locorum & gentium Christiani rationem haberent. quinimmo Epiphanius Tomo 1.lib.1.hom.9. Barbatum quēdā hæreticum hoc voluisse scribit,nempe,vt faciem dum orarent ad Hierosolymam neglecto Oriente omnes conuerterent. Ergo ad hanc iuxta rectam Orbis rōnem tanquam ad plagam insigniorem,& quæ Dn̄m nostrum præsignaret (Oriēs.n.uocatum est nomen eius. Zach.6.) præcipuè respexerunt. Quamobrem & iusserunt adultis qui tingebātur, hanc ipsam spectare D. Dionysio teste in 2.capite Ecclesiasticę Hierarchię,cui & D. Amb.in lib.de

Reijcitur hæc opinio.

Responsio pro Iunilio.

Oppugnatio.

Mysterijs subscribit. Quinimò, & ab Ethnicis pferebãtur in ritibus & cære monijs, cæteris orbis partibus: etenim cũ Augur suo munere fungeretur, oculis Orientẽ versus regionẽ pfiniebat, dexteramq; manũ sup caput eius firmabat, q inaugurabatur, & leua gestabat lituũ curuũ, qualis Epi baculus fermè est; à qua Aquilonẽ, sicuti à dextera meridiẽ habebat. Rei huius meminit quoq; Volaterranus lib. 29. Itaq; coniector Mosem hic nullam habuisse in his conscribendis orbis plagis, & dierum partibus Iudeæ rõnem.

Ad rationes p Ianulio. Nec aliud Catherini rationes à nobis obtinere possunt, quam & Iudæis pariter & nobis hunc esse morem in celebrandis diebus festis, qui tamen alias ab causas primùm indici potuit: In eiusmodi enim ritibus interdũ quidem assignantur causæ litterales, aliàs verò, & vt existimo frequentius, mysticæ, quæ & probabiles magis sunt, & magis iocundè, quòd instituti ritus, ac cæremoniæ in cultu credantur, vt de occultis, atq; à sensibus remotis rebus, hoc est, de diuinis, tanquã typi, & signa quædã hoĩes admoneãt, Vt meritò profectò Epiphanius Hęres. 75. Socrates lib. 2. c. 35. Aug. de Hæresibus cap. 53. Aerium ab Ecclesia exploserint, cùm quidem ob alias causas, tum verò, ob hanc, quod Ecclesiæ veteres cæremonias temerè, ac impudẽter immutasset: cùm. n. partim quidẽ ab Apostolis partimque à doctissimis grauissimisq; Episcopis Apostolorum successoribus institutæ fuerint, credendũ profectò est eas multa doctrina magnisq; arcanis esse vbiq; refertas. Potuit igitur fieri, vt Hebręi primũ, & protinus Christiani iussi fuerint vesperi solennitates, & dies festos obsequijs inchoare, vt intelligerent, oportere nos dum hãc vitam viuimus, à fide, quæ obscura, & caliginosa est, hoc est, rerũ non apparentiũ. Heb. 2. nostrã cum Deo transactionẽ auspicari, ac in toto huius vitæ curriculo, tanquam in nocte obscura quadam, debere spe cõstanti, & flagranti desiderio splẽdidissimũ illud Solis iubar, quod nobis *mane* visionis Dei efficiet, hoc est, quòd Patriã fælicitatẽ nobis aperiet, & præstabit, festumq; diem, ac sempiternũ pariet, præstolari, nempe qñ videbimus eum, sicuti est. 1. Ioan. 3. & cognoscemus sicuti, & cogniti sumus. 1. Cor. 13. facie reuelata, scilicet & aperta. 2. Cor. 3. quæ claritas ita nostram fidem subsequutura est, quemadmodum manè, nunc temporis vesperi postremo succedit. Ac rursum est nobis Christianis alia quoque ratio (quam quoq; Catherinus vidit, & doctè exposuit) nimirum, vt inde intelligamus, ac veluti externo facto profiteamur nos qui antea peccatis tenebrosi eramus, nunc Christi Domini beneficio, & donis fuisse tanquã quibusdã splẽdoribus ita perfusos, & illustratos, vt alijs quoq; ipsi splendere possimus: sic. n. & Paulus ad Eph. 4. ait: *Eratis. n. aliqñ tenebræ, nunc aũt lux in Domino.*

Hęc & id genus alia cum in eiusmodi institutis Theologi afferũt suo functi sunt probè officio. Quãquã quod attinet ad Iudęos S. Tho. in 4. d. 41. & super Ioan. c. 13. rẽ ipsam ẽt litterali rõne in apertũ ponit. Videlicet eos à vespere dies suos, idcirco inchoare, quòd noua Luna, ante vesperum non conspiciatur: Illi. n. iuxta Lunæ apparitionẽ dies enumerant, & festos celebrant Eccl. 43. Et cùm sint admodum varij populorum mores in capiẽdis dierum initijs, atq; diuersi, crediderim posse nos ęgrè certas constantesque causas afferre, cur sibi quisque morem suum induxerit. Experiar verũtamẽ

nam

nam quamuis Stoflerinus in secunda parte sui Astrolabij propositione.6. & Lilius Greg.in lib.de Annis & Mensibus hac de re accuratè non multò antea scripserint: non grauabor tamen illa ego quoque (pressè quidem sed tamen methodo) proferre, quæ meditatus olim & nunc quoque sum, posteaquam locus quem interpretamur; id à me suo veluti iure postulat.

Itaque obseruandum principio est, diem naturalem (de quo in præsenti disserimus), analogiam quandam & necessitudinem cum Anno Solari habere, nam & dies conuersio quædam integra est primi corporis mobilis quemadmodum annus est integra Solis latio sub Zodiaco circulo, qui certè annus quattuor præcipuas partes ac easdem trimestres habet, Verem Estatem Autumnum,& Hyemem, quas capiunt omnes ab vtroque æquinoctio,& à gemino Solstitio,& earum causa, horam cælestis motus refluxionem tempus fuisse Latinis dictam nostri affirmant,à temperamento nimirum caloris,& frigoris quod mortalibus sua circuitione afferunt; Et vocari has partes Græcis horas Eustathius, in Iliade testis est qui, & ait Homerum eas appellare Deas ac geminam earum, cælum nobis aperire (Verem videlicet, & Aestatem) & duas claudere (Autumnum, & Hyemem) Aperiri autem cœlum eleganti methaphora ipse quoque Arist.lib.2.de Generat. dixit, nempe à bruma ad Solstitium, quòd illo vsque generationis rerum nobis tempus est, Solq; ad nos accedit suaq; terris impertitur beneficia & cornucopias effundit, claudi verò à Solstitio ad brumam, quando nobis marcescunt & intereunt omnia, recedente à nobis Sole, ac veluti ad se munificas manus contrahente. Itaque, quemadmodum anni, ita diei naturalis quattuor insigniores partes habentur quæ illas anni partes quadantenus repræsentant. Prima est *mane*, quæ analogiam habet cum vere, secunda *meridie*, quæ æstatem, *vespera* tertia est quę autumnũ, nox media quarta est. quæ ipsam postremo hyemem adumbrant. Desumuntur autem hæ diei partes à quattuor punctis cuiusq; Orizontis, præsertim autem recti, ac certũ quoq; est Lunã hyemis, & ęstatis varietates intra mẽsem incremẽto & decremẽto luminis efficere, sicut etiã 4.de Generatione Animalium cap.2. Arist.scribit, ac videas minora, aut imagines aut vestigia esse maiorũ.

Vt igit in capiẽdis anni, initijs populi nõ satis inter se cõsenserunt, quẽadmodũ neq; ĩ eorũ quãtitate, hoc est, lõgitudine,& breuitate, vti apud Plin. lib.7. videre est: nã alij lõgiores, alij breuiores fecerũt. Et Simplicius in cõment. lib.5.Phys. Aliacensisq; in sua cõcordia verbo sexto,& alij permulti referũt Atheniẽses principiũ anni duxisse à Solstitio ęstiuali, Asiaticos ab æquinoctio Autũnali, Romanos post Brumã. Arabes verò,& Damascenos ab Aequinoctio verno, Iosephus quoq; testatur Hebræis fuisse duo anni initia, videlicet primũ in Autumno (quod existimauerint mũdũ eo tpe fuisse creatum) alterum aũt ex præscripto legis in Vere: itã propemodũ in capiendis dierũ initijs mira in populis varietas,&. dudũ,& nostra quoq; tẽpestate extat. Etenim quidam à manè, alij à meridie nõnulli à vespere, ac denique permulti à media nocte, vel consuetudine, vel etiam legibus, dies eius modi inchoant, Babilonij (atque adeò Assirij quorum Babilon Metropolis, ac Regia est) ab exortu Solis, hoc est, à manè subducebant dies suos,

&

Opinio Magistri laudatur & rationibus, ac testimonijs probatur. & Magister Sententiarum in 2.d.13.supputationem hanc vocat naturalẽ, ductus his (vt arbitror) rationibus. Primũ quoniam lux præcurrit natura tenebris,& ortus lucis natura antecedit eius consistentiam quæ in meridie esse videtur, & multò magis antecedit occasum, qui in crepusculo est; Rursum quoniam labor natura præcedit quietem, solent autem homines manè ad opera,& labores egredi, vti Dauid quoque in Psal.103.adnotauit. Quod autem generatim ab omnibus fit,à natura proficisci videtur, vesperi autem cubitum vadunt,& somno ac quiete deperditas vigilia & laboribus vires restaurant. proinde Plato in 7.de Rep.ita loquitur. *Ordo temporis liberis hominibus ab ortu Solis perpetuus ad alterum Solis ortum est habendus.* & Quintilianus lib.nono Institutionum Oratoriarum cap. 4. huc fortè respexit,cũ de ordine in singulis verbis obseruando ait: *Est & alius naturalis ordo vt viros,& fœminas,diem ac noctem, ortum, & occasum dicas potius, quàm retrorsum.* Iam verò Arabes,& Astronomi à meridiano dierũ exordia sumũt,quem morem licèt Accursius lib.2.Digestorum titulo 12. qui de ferijs inscribitur, nimis absurdum vocet. Astronomi tamen nequaquam ratione carere ostendunt. nam Sol in meridiano positus splendidior ac rutilantior est, & veluti in sui regni arce ac solio, quamobrem & fortior est & actuosior. Marsilius quoque Ficinus in libro de Sole & lumine cap.10. Solem in meridie,hoc est,in medio cælo habitabilis Orizontis, creatum fuisse existimat, & hanc esse ipsissimam causam ait cur Moses antea vesperum quàm manè recensuit quoniam scilicet effecerit vesperum antea Sol, quàm diluculum. A vespera autem Iudæi (vti dicebamus) non ob eam dumtaxat causam dierum initia capiunt, quam ex D. Thoma audiuimus,sed & præterea quoniam vesperi egressi sunt ex Aegypto, & per Mosem in libertatem asserti. quamobrem & iussi sunt vesperi immolare perenniter phase,vt est videre Deut.16.& Itali omnes (ni fallor) hunc eorum morem iamdudum sequuntur, quanquam alia ducti ratione quam esset planè diuinare,siquis curiosius vellet scrutari Porrò autem prisci Romani, rerum domini à nocte media ad mediam sequẽtem nocte dies suos deducebant quemadmodum fidem facit Paulus Patauinus Iureconsultus celeberrimus eo titulo Digestorum quem citauimus, lege octaua:sed tamẽ cur id facerent causas vir tantus non prodidit. Eas igitur Plutarchus in Problematibus afferre conarus est,& hanc vnam esse arbitratur,quia ortus dici,& occasus principium difficillimè capi possint,& propterea adiudicauerint Romani satius esse, vt medium diem,vel dimidiam noctem statuerent dici principium, vtrunque enim certius dignoscitur, & cùm Sol meridie à nobis feratur,media verò nocte ad nos redeat,ipsa ratio videbatur pòscere, vt medium noctis statuendum potius esset diei principium, quàm vt hoc honoris diei dimidio daretur. At verò capere non possum, quomodo media dies & media nox certò & adamussim cognosci possint nisi cognitis antea & probe constitutis eorundem initijs siue mauultis extremis,quæ rursum non videntur admodum ægrè percipi posse cognito Orizonte: vnde Horologia noctis initio,hoc est,cùmprimum Sol sub nostrum Orizontem descenderit,omnes æquamus,& adaptamus. Cælius igitur

Opinio Arabũ defenditur ab Accursio.

Factum Iudæorum.

Romani.

Prima rõ Plutarchi pro more Romanorũ.

Dubitatur contra hanc Plutarchi rõnem.

tur Rhodiginus lectionum antiquarum lib.2.cap.1.aliam eiusdem rationem affert, suppresso tamen Plutarchi nomine, videlicet Romanos, hac diei assignatione voluisse, vt à media nocte homines præpararentur, ad publica manè obeunda negotia, ne, vel minus præparati & instructi ea adirent, vel certè inter obeundum instruerentur, & præpararentur, quorum vtrunque non rectè factum videbatur. Itaque voluerunt, vt Solis ortus esset principium agendi, & nox consilij & præparationis, quæ lex si ita intelligenda esset, sapientissima profectò fuisset. Sed (ni fallor) alia legislatori mens fuit; itaque subijciamus nunc Pauli verba, quibus voluisse aut etiam permisisse legislatorem potest intelligi, vt noctu quoq; publica & priuata negocia ciues transigerent. sic.n.legimus: *Quicquid in his viginti quattuor horis.i.duabus dimidiatis noctibus, & luce, mediatum est, perinde est, quasi quauis hora actum esset*, & quamuis Accursius contractus & sentētias ibi excipiat, quod alia iura (quæ & profert) fieri hęc in die velint, generatim tamen loquitur lex, quæ etiam (ut opinor) iuribus illis antiquior est, denique & conuenire lex hæc magnopere uidetur, cum his quæ Plato in septimo de Rep. dicit, uidelicet, *Turpe esse, & illiberale vt ciuium aliquis per totam noctem dormiat*, quamobrem uult ut Magistratus; & qui familiari administrationi præsunt nocte exurgant (non ante eius dimidiū, ut puto,) & illi quidem publica, hi uerò domestica aliqua negocia obeant quibus profectò uerbis & Paulum, & Platonem publica aliqua negocia à Ciuibus, & Magistratu, noctu etiam ut conficerent exegisse uidemus, atque adeò dimidium noctis esse quoque initium agendi, qui mos communi omnium cōsensione quod nouerim, repudiatus & antiquatus iamdudum fuit, uidelidelicet ob perturbationes quas Reipublicæ pariebat. Etenim noctis tempus oportunum magnopere esse uidetur patrandis flagitijs; nequam homines ac improbi, nocte præsertim, committunt furta, cedes, adulteria, incendia, & scelera grauiora. unde Dominus dixit, *Qui male agit odit lucem*, proinde interesse reipublicę censeo vt præparatio, atque institutio ad obeunda negocia domi fieri debeat, hoc est, in priuatis laribus non in foro, compitis & prætorio. Quamobrem & uigilias illas atque præparationes, quas diebus festiuis Maiores nostri viri religiosissimi, orationibus & Psalmodijs in templis ad sepulchra Martyrum præmittebant, quarum & D.Hier.contra Vigilantium meminit, iampridē Ecclesia & dessuetudine, & Bonifacius primus ædito decreto, retentis ieiunijs prudēter sustulit, & Eliberina Synodus cap.35.abrogauit: tanta enim erat Christianorum hominum frequentia noctu ad sacras ædes, vt nocte quadam Natalitiorum Domini uiginti millia eorum fuerint igne cremata referente Nicephoro lib.6.cap.25. Sed nec desunt grauissimi auctores, qui Heliogabalum & summos quosdam Reges, imprudentiæ, & inanis factus ideò accusent, quod præpostero temporis ordine, die feriarentur, & noctu cùm Rep. transigerent.

Alia Plutarchi ratio, quam Cælius etiam affert.

Dissentitur hęc ratio.

Opinio Auctoris.

Ergo & copiosè & patenter huc usq; ostendimus, ut sunt in rebus permultis diuersi hominum mores & planè contrarij, ita in constituendis & capiendis dierum initijs esse ritus uarios, & contrarijs rationibus constitutos, quorum omnium exactas rationes exigere sobrij ingenij non est, quanquam

De Ecclesiæ more.

quam quorundam causę in aperto profectò sunt. Ecclesia enim (ut ad nostra ueniamus) quæ in persoluendis horis canonicis à uespera dies auspicatur, in celebrando tamen Altaris tremendo sacrificio, à media nocte eorum initium capit: Primùm quidem vt ob reuerentiam, & excellentissimum obsequium quod Deo Domino nostro debemus sacramentum illud & sacrificium nonnisi ieiuni sumamus: de qua re scribit. D. Aug. Epistola 118. ad Ianuarium. Deinde quoniam dimidiata nocte creditur Solem Iustitiæ Dominum nostrum ortu suo Mundo affulsisse, sicut Vincentius in speculo naturali lib. 15. cap. 76. dicit. Et hactenus quidem digressi sumus, sed non omnino parergon.

Responsio Magistri ad præcipuam q̃onem. Nunc ad percunctationem dicimus Magistrum Sententiarum d. 13. 2. lib. respondere ideò Mosem prætermisse manè primi diei quòd re uera dies illa manè non habuerit cùm enim manè, & aurora idem esse videantur, & hæc Marco Varroni lib. 6. matutinus ille splendor sit quo aer ante eleuatum Solem albescit, qui, & diluculum quoque nuncupatur, non potuit primus dies artificialis habuisse auroram, atq; adeò neq; manè, cùm enim caruerit nocte quæ eum antecederet, est quoq; in aperto caruisse splendore matutino illo, ac roseo quem dies alij habent. Et planè responsio hæc probatissima esset nisi eius vocis manè significatum, plus nimium angustaret: etenim, & cùm recens ortus est Sol manè passim nunc quoque vocamus, licèt fortè vulgaris sit nuncupatio, quomodo fortassis dictum ab Euãgelista fuit, *Et valde manè veniunt ad monumentum orto iam Sole.* Nec enim insolens est sacris Auctoribus, receptis populo formulis loqui, ergo nõ semper ea vox idem cunctis significat quod aurora aut diluculum, sed interdum quoque includit nuperrimum ortum Solis. Et vide num hoc sibi interdum probati Auctores quidam velint in quibus obscurum, & clarum manè reperire est.

Dubitatur non nihil cõtra hãc respons.

Iam clarum manè fenestras, Intrat, & angustas ostendit lumine rimas.

Persius. Quanquam, & de aurora hæc dici possunt D. Hieronymus quoq; in Ezechielem cap. 46. manè exponit *quando orto Sole, lucis exordium est.* Si itaque vocem hanc latius capiamus, non video cur ille Orizon, quem primum Sol ascendens collustrauit, non habuerit die prima manè, tametsi aurora hoc est, splendore matutino Solis ortum antecedente caruerit. Sed & cùm Orizontes obliqui varij sint, & innumerabiles; idemq; cæli punctus qui vnius Orizõtis initium est sit alterius finis, & in alio medium cęli teneat efficitur, vt non defuerint Orizontes quibus quoq; aurora ad fuerit, & meridianum & vesperum. Sed Doctores Orizõntis recti nõ nisi rationem habere hoc loco videntur, quod existiment Solẽ sub primo puncto Arietis cępisse primùm cieri, quæ certè opinio magnis probationibus nititur.

Planus igitur horum verborum sensus est. *Et factum est vespere* tanquã terminus conuersionis Solis, super totum Orizontẽ rectum ab ortu ad occasum. *& mane* eodem peruadente & currente oppositum Hemispheriũ, & ad punctum regressso vnde creatus fuit, & cieri cepit *Dies* naturalis videlicet horarum viginti quattuor *vnus.* qui, & primus, nobilissimus sanè inter dies, & princeps, non ea tantùm ratione, quòd in eo, aut potius cum

eo

eo vniuersum conditum fuit, ipsaq; iocundissima lux prodijt, verum ẽt, & multo sanè magis, quod in eo Christus Dñs excitauit seipsum è morte ad vitam, ac Deũ se, & Dñm vitæ & mortis declarauit & proinde in quo quieuit ab opere Redẽptionis quod magnas perpesus ęrumnas tãtaq; charitate patrarat quare, & D. Marcus Euãgel.c.16. imitatus Mosem hoc loco est, neque enim vocauit primum, sed vnum, *Et valde manè (inquit) veniunt ad monumentum vna sabbatorum orto iam Sole.* Quamobrem & dies Dominicus sanctus, ac venerandus Christianis omnibus est in quo & præterea Spũm sanctũ in vnũ congregati sensiliter receperunt, ac non modò cõstantini Principis magni, constitutione, Codice de ferijs.l. omnes iudices, & Pij primi Pontificis decreto apud Eusebium, & Histo. Tripartitam lib. 1. cap. 9. nobis est sacrosanctum, verùm etiam Apostolorum, ac totius veteris Ecclesiæ ritu, & consuetudine, quod fermè indicatur Apoc. cap. 1. Vnde & cautum est vt in eo à foro à iudicijs, & laboribus, & cùm primis ab operibus mortuis, & lethalibus peccatis nimirum, quæ interficiunt animã homines diligentius abstineãt fērienturq; & Dei cõtemplationi & cultui pro viribus omnes dent operam.

Vnus ergo (vti Patres adnotarunt) Hebraica phrasi primus dicitur. Quamobrem Moses dicturus inferius est. *Et factum est vespere, & Manè Dies secundus. Dies Tertius*, vt inde nimirum intelligeremus *vnum* hic significare *primum*, Et cùm dies vnus dies integer sit, satis apparet Solem integrum circulum confecisse & proinde errasse Ficinum & quotquot existimant Solem in meridiano Orizontis recti fuisse creatum. Etenim, si lux in meridiano motum suum inchoasset, non vnus fuisset dies cùm diluculum, aut manè illa effecisset, sed dimidius, aut certè sexquimedius, hoc est, decem, & octo horarum, ergo *vnus*, hoc est, integer perfectus. Et vide eos manifeste à littera reijci, qui apud Abulensem putant, manè fuisse Mosi hoc loco diem artificialem, & vesperum fuisse noctem, quæ diem subsequuta euestigio est, ex quibus integra & naturalis constiterit dies, tanquam scilicet per Sinechdochem dixerit manè, & vespere; reijciũtur inquã quòd non præmiserit noster hic autor manè vesperi, sed postposuerit, hoc est, retrorsum loquutus sit. Hic autem commentarius contra præponit, & isteron facit proteron. Vide rursum, & eorum figmentum qui tempus quo nostra metimur (& proinde nostrum appellamus) sunt arbitrati secunda die cum firmamento prodijsse, ac nihilominus fingunt aliud quidpiam cum primo cœlo emersisse quod alterius à nostro generis fuerit, & naturæ quodq; & à Theologis appellari Aeuum existimant. Figmẽtum, inquã, hoc est, quia cùm dies, & nox vespera, & manè ante firmamentum fuisse leguntur (si modò firmamentum secunda die conditum fuit) quod ipsi volunt tẽpus quoq; nostrũ vt fuerit necesse est: hæc.n. (serum.s.ac diluculum) nostri tẽporis differentiæ, & partes sunt, quibus nos nostraq; (vti dicebã) metimur. Rursum D. Dionysius de Diuinis nominibus.c.4. tres esse Aeui ꝓprietates dixit, esse antiquũ, inuariabile, totumq; supra totũ metiri, quæ sñia, & si subobscura sit, hunc tñ sensum patenter habet, in Aeuo, nullam esse vicissitudinẽ, aut varietatẽ: quãobrem, & à magnis Authoribus vocatur

Confutantur nõnullorum quoddam placitum.

Num hoc nostrum tempus secunda die prodieris.

S.Tho. 1. d. 8. & alibi.

tur æternitas quædam participata, qua substantia Angelorum & cælestium Orbium quadam analogia (secundum videlicet prius, & posterius) mensurantur. At verò audimus nunc (hoc est, in prima die) vesperum concessisse locum ipsi diluculo, & proinde intelligimus vicissitudinem, & variationem, non igitur id æuum fuit: Velle aũt id fuisse tempus aliud, ab eo quod agnoscimus, est profectò multiplicare tempora, & res absq; causa.

Et obserua ad hæc quomodo Moses nobis ostendit tempus esse continuum cùm ait: *Factum est vespere & manè dies vnus*. Declarat enim ipsum manè terminum præcedentis & initium subsequentis dici esse, atque adeò temporis partes inuicem in vno termino copulari, atqui hæc est diffinitio continui. 5. Phys. 26. & 6. Phys. 1. De tempore igitur nostro sermo est, quod & si Arist. 4. Phys. 131. impossibile esse dixerit, vt absque anima sit, & putet D. Aug. lib. 2. Confessionum. cap. 26. 27 & 28. non nisi in anima esse, reuera tamen extra animam est, vt frustra iuuenis hic obijceret, nulla tunc erat anima quæ numeraret, nullum igitur tunc nostrum tempus erat: idem enim ge est cum primo mobilis motu, quanquam præterea Arist. animam pro quouis intellectu fortasse capit: hic enim solus numerare nouit, vt Plato in Epinomide ait. Erat autem, & tunc intellectus Angelicus, & proinde tempori sua quoque formalitas, & complementum vt loquitur Auerr. 4. Phys. non defuit. Quare penitus hoc ipsum erat, quod & filios, & res omnes vorare à Poetis ideo dicitur quòd quæcunque eo mensurantur sunt consequenter corruptioni obnoxia. Quod & eò vsque proculdubio durabit quoad cælum suarum conuersionum numerum explebit, quem ei Dei voluntas arcana præscripsit, vt quemadmodum vnà cum prima cæli conuersione incæpit, ita cum eius postrema desiturum sit, ac ita profectò vt aliquando sit minimè reuersurum, sicut Angelus in Apoc. cap. 10. suo iuramento affirmat, & D. Basilius fusius hoc loco persequitur. Et sanè Glossa illa inconcinna est, & prorsus voluntaria, quæ id Angeli iuramentum non ad temporis integram & omnimodam desitionem, sed ad solum meritorum demeritorumque finem sua auctoritate refert huncq; sensum facere arbitratur. *Non erit postea tempus merendi, vel demerendi*, commentitia, inquam, est glossa hæc, qm̃ confestim, atq; cælum conuerti desinet simpliciter nullum continuum tempus postmodum erit.

Huius Glossæ Ægidius quoque in suo Hexameron mentionem fecit.

Est autem & à D. Basilio cautè prudenterq; accipiendum, quod dicit Hom. 1. *Quæ à tempore initium sumpserunt ea necesse est, & in tempore consumare: si initium temporale habet, ne dubites de fine.* Sentẽtia profectò hæc commodam & piam intelligentiam exigit, quemadmodum & huius Patris ac Doctorum aliorum (præsertim verò Græcorum) permultæ sententiæ, ac profectò vt *à tempore* dixerit, quasi *post tempus*, quod & Latina oratio significat. Quòd si à tempore perinde quoque dixisse intelligamus, atque cum tempore anceps sanè magis, & magis impedita prima fronte hæc oratio est, Catholicis nanque extra controuersiam positum in præsenti est, Angelos futuros perennes, & nunquam finem habituros, ac existimãt plures, cũ tẽpore quoq; eos prodijsse (licèt ipse D. Basilius aliter sentiat) estque D. Dionysij doctrina de diuinis noibus. c. 4. vt cælos omittam, d bus

Expositio quorundam verborum D. Basilij.

senten e qui

sniæ in diuersum tendunt. Proinde esset restringenda snia illa (et ex eiusdẽ D. Basilij intentione) ad naturas rerũ, magis q̃ ad euentũ. Cùm.n. Platonis philosophia præclarè esset imbutus, nouerat Mũdi Fabrũ, in Thimæo dicere, *Omne quod vinctum est solui posse*, & inde tanquam per consequentiam inducere *Deos Deorum natura solubiles esse*, hoc est, qui possint desinere, & euanescere, & propterea ipse similiter ad rerũ naturas respiciens: nõ aũt ad id quod de rebus Deus decreuit, simpliciter dixit: *Si initium tẽporale habet non dubites de fine*: etenim & animas nostras intelligebat initiũ tẽporale habere, atq; adeò (vt loquitur) à tẽpore, nõ tñ esse finẽ habituras & Deos illos Platonis volũtate eorũ Opificis summi Dei perennitatẽ cõsequutos fuisse naturas igitur nõ Dei voluntatẽ expendit. Nec longè ab hac snia profectus est S. Phyloxenus, apud Barcephã parte tertia, cuius nõ me piget recensere verba, *Immortalitas*, inquit, *ad solum Deum spectat, & si vlla sit natura quæ nõ dissoluitur, nec vllo mortis fato perimitur, id ex gratia donatũ sibi ab illo habet*. Sed & sexta Synodus huc ẽt respexisse vr̃ actione ij. *cum nostras animas esse per naturam immortales negauit, hocq; illas Dei gratia esse sortitas dixit. Licèt quoq; à parentibus procrearentur*, & Damasce. quoque lib. 2. c. 3. dixit. Angelum esse substãtiã intellectualẽ per gratiã, & nõ per naturã immortalitatẽ suscipiẽtẽ, & si D. Tho. in 1. q. 50. verba hæc pro antiqua sua pietate in oẽs patres sit ita interpretatus, vt de perfecta immortalitate, q̃ immutabilitatẽ oẽm (nimirũ à gratia & beatitudine) includat, sermonẽ faciat. Verùm eodẽ lib. c. 6. vbi de cælo loqtur, sese Damascenus ita patẽter exponit, vt nullus glossę cõmodus maneat locus. At verò ipse S. Doctor, vtroq; modo insolubilẽ, ac necessariũ esse Angelum putat extrinsecè, videlicet, ab opificis Dei volũtate, & intrinsecè, ac formaliter, quod in eo nihil sit, quod potẽtiã habeat ad aliud esse (est.n. forma subsistẽs & formæ p se cõuenit esse) quãobrẽ à priscis Platonicis prorsus, ac toto cælo, vt aiunt, longius abit, quos tñ prę stantissimi Theologi quidã sequuti permultis argumẽtis eorũ opinionẽ stabilire in 2. Sent. conãtur. Sed hos omittamus & cõsulamus veteres S. Phyloxenus negat, *Id dici immortale natura posse, cuius vita in alterius est ptãte*. D. Bernar. hom. 6. super Cãtica *Demus* (inquit) *Deo soli sicut immortalitatẽ, ita & incorporeitatẽ*, D. Cyrillus lib. 8. Thesau. c. 2. ita loquitur, *Solus Deus propriè immortalis est, quia naturaliter id habet cætera p gratiã sicut creatura*, Sed & D. Ambr. in lib. de fide Orthodoxa. c. 1. *Arianos nulla alia rõne conari nomẽ cõsubstantialis tollere* (ait) *nisi vt filiũ Dei mutabilẽ & cõuertibilẽ, vtpote nõ de propria patris substãtia cõstitisse cõfingant*, q̃ certè sniam ex Greg. Naziãzeno ĩ tract. de fide ad verbũ fermè eo suppresso desumpsit: Et licèt possint hæc patrũ testimonia glossis vtcũq; eludi, mihi tñ quantũ eorũ lectione huc usq; sum cõsequutus, dubiũ minimè est si viuerent, & cõsulerẽtur, responsuros esse cõtrariã S. Th. sniam esse veriorẽ. An aũt, vel quia sic Scripturas docere existimauerint, vel quia Platonis opinionibus, & doctrina esset plus nimiũ instituti, pronunciare in præsenti non audeo. Et hactenus de primę diei opere disseruisse, satis erit: nam quæ de natura lucis Theologi in 2. copiosè disputant Physici potius quàm Theologici muneris est, ac instituti ratio minimè patitur, vt nunc ea perpendamus.

1. q. 50. art. 5.

LECTIO

LECTIO XIII.



T *dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. & fecit Deus firmamentum in medio aquarum, diuisitq; aquas, quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum. & factum est ita: vocauitque Deus firmamentum, cælum. & factum est vespere & manè dies secundus.*

Locum obscurissimum nunc illustrare aggredior, quòd & futurum mihi esse magnopere difficile intelligo: quia causæ illius obscuritatis plures profectò sunt, quam vt possint à me omnes in præsenti tolli. Etenim & res quæ dicuntur, ita sublimes sunt, vt vix capi queant. Et magna est hoc tempore ignoratio prisci illius idiotismi, quo cùm hæc scriberet Moses, Hebræi loquebantur (perijsse enim iampridem dicitur): Et denique varietas & discordia interpretum, vtriusque manus, hoc est, ne dum eorum qui voces Hebræas in nostram linguam vertendas sumpserunt; sed illorum quoque qui earum sensa explicare profitentur: tanta reuera est, vt videatur, syluam quandam tenebris densioribus circunfusam nobis effecisse, in qua nemo sit qui sæpe cecutire, ac à veritatis semita aberrare, & denique cadere non possit. Donet proinde Dominus, firmamentum nostrum, & refugium nostrum, Saluator noster, & liberator noster, ne de firmamento cæli, & de supercęlestibus aquis tractantes, viam suam amittamus & cadamus, vel saltem in limo illo errorum profundo, in quo nulla est substãtia, hoc est, nulla soliditas, nullum firmamentum, quod certè ille minimè nobis denegabit, si eius verbum, pedibus nostris lucernam, vbique adhibuerimus, & lumẽ semitis nostris, quomodo & semper adhibere proponimus, & nos facere decet.

Quæstio de firmamento.

Quærimus igitur quod nam est hoc firmamẽtum, quod effecisse hodie Deũ legimus, quomodoq; illud effecerit, cuiusq; sit substãtiæ & naturæ, ac postremò, quæ aquę ille sunt, quas super illud Opifex posuit? Quæstio, vt videtis, simplex non est, verumtamen illius partes sunt vsq; adeò inter se connexæ, & veluti complicatæ, vt uix vna absque reliquis possit commodè explicari: conabor tamen vnamquamq; seorsum accuratius (quod fieri poterit) exponere.

Opinio Theodoreti Seueriani Acacij Gennadij Iunilij.

Firmamentum, prisci patres sunt arbitrati vocari nunc supremam illam, aut massam, aut congeriem corporum, in qua sydera omnia (fixa nimirum & errantia) sita sunt: quam & ob id cælum sydereum nuncupant; nam & Moses scribit: *Et vocauit Deus firmamentum cælum*: & paulò postea. *posuit sydera in firmamento cæli*, hoc est, in firmamento quod cælum est, vt sit constructio intransitiua, vt proinde minimè sit dubitandum firmamentum esse illam massam: quamobrem aiunt geminum cælum fuisse hucusque nobis expositum, vnum quidem quod initio cum terra prodijt ante lucem, videlicet (quodcunq; illud fuerit) & hoc, quod effecit Opifex secunda die, (atque adeò posteaquam lux affulsit) & firmamentum vocauit: Gręcè *στερέωμα*, solidum scilicet, & quod tactui occurrat: minimeq; cedat.

Illud

Illud enim superius, ac primum, purius ac rarius est, & ex tenuiori materia compactum, sicut Acacius existimat. Ac de hoc secundo illi fermè dictum putant: *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt?* Iob 37. Et si enim *cælos* numero maiori vir sanctus dixerit; fieri tamen potest, vt enallage vsus sit; aut certè, vt seruauerit interpres Hebræorum dialectum, quæ non enunciat cælum, aut aquam, sed cælos & aquas, maiori duntaxat numero, sicut & Græcorum, Athenas & Delphos, non Athenam, & Delphum: aut denique, quod sicut hominũ natura dici vnus homo solet, ac sæpe & plures hoïes; ita quoq; cælorum natura, tũ vnũ cælum, tũ plures cæli, in sacra Scriptura noïetur, queadmodũ D. Athanasius in quæstionibus ad Antiochũ scitè dixit. Porrò aũt & Poetarũ omniũ vertex Homerus lib. 21. Iliadis cælum vocauit ęreũ, aut etiam solidum, Græcè στέρωμα. sicut & Seneca quoq; lib. 7. Naturalium quæstionum. cap. 1. & 13.

Volunt autem, Opificem effecisse, ac veluti compinxisse hoc Firmamentum ex aquis, indeq; spissitudinem, & firmitatem magnam contraxisse: sic enim & natura vsq; adeò in crystallo aquas compingit, ac spissat, vt lapidẽ illum solidum, & prædurum magna hominum admiratione gignat. Sed præstat Seueriani verba audire: ita enim Francisco Zephiro Cathenæ interprete loquitur, *Hæc aqua triginta (verbi causa) cubitis terram superabat: Dixit Deus, Fiat Firmamentum in medio aquarum, nec mora, compacta est in medijs aquis congelatio quædam chrystallina: id ipsum cælum est, quod dimidium aquarum secum suspendens, reliquum infra reliquit.* Hæc ille, cui Theodoretus patenter consentit. Etenim ait primum cælum ex nulla prima Matrice, secundum verò ex aqua factum fuisse. & Gulielmus Antisiodorensis in prima parte sui libri de vniuerso ei subscribit, ac sequuntur ex recentioribus opinionem hanc Hieronymus ab Oleastro, hoc loco; & Franciscus Forrerius in Esaiam cap. 40. Ad quam stabiliẽdam verba D. Petri proferũt, in 2. cap. 3. quæ hæc sunt: *Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant prius terra, de aqua & per aquam consistentes Dei verbo*: quæ certè clariora esse videntur, quàm vt possint glossis obscurari. *Firmamentum constare ex aqua.*

Potest etiam pro his adferri argumentum ab ethymologia nominis Hebræi. Etenim (si Rabbi Iosepho Kimhi, Diuoq; Hieronymo ad Occeanũ, & Augustino Steucho credimus) *Sciamaim*, perinde illis valet, atq; nobis, illic aquæ. Ex aquis igitur constat Firmamentum. Porrò aũt quantum ad aquas illas supercælestes pertinet, mira quadam consensione (vno, aut altero exceptis) existimant, eas esse elementares, ac propriè dictas, hoc est, nostris prorsus congeneas: quoniam dixerit Deus, *Fiat Firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*. Fuit igitur illa diuisio vnius omogenei corporis partitio, & in geminam partem disiunctio: ambæ igitur partes vnius naturæ sunt: hæc autem quæ pars subcælestis est, vera & elementaris aqua est: ergo & illa supercælestis vera est, & elementaris aqua.

Quoniam verò impossibile esse videtur, vt fluida natura super apside globosæ figuræ consistat, quemadmodum D. Greg. Nyssenus in suo Hexameron loquitur: difluit enim semper in pronas sphæræ partes: ob id Seuerianus, Acaciusq; in Cathena, negarunt cælum esse rotundum, & sphæricum,

cum, citantq; locum Esaiæ 40. iuxta Septuaginta, hunc in modum, *Qui statuit quasi cameram cælum, & elltendit quasi tabernaculum ad habitandum*. Rursum, & hoc inde quoque probant: quia sic Scripturæ interdum de cælo loquuntur, tanquam quod summum, & extrema habeat: quæ profectò figuræ sphericæ corporiq; globoso non conueniunt: quam quoque opinionem Auctores his clariores, & primæ classis sequuti sunt, Lactantius lib. 3. cap. 44. D. Ioan. Chrysostomus ad Heb. hom. 14. & 27. quibus & Procopius in Genesim, & alij ex priscis nonnulli subscripserunt.

Quale beneficium aquæ supercælestes mũdo exhibeant.

At verò, quia ratio postulat, vt supercælestes illæ aquæ sint Mundo, aliquo vsui, aliquoq; hominibus beneficio, quod tamen non perspicimus, quinimmo videntur esse prorsus superuacaneæ, Theodoretus, eas exhibere Mundo magnum hoc & necessarium iuuamentum affirmat, siquidem eas mitigare ait, ac veluti retundere flagrantem syderum æstum, quæ esse ignea existimat (à prædominio videlicet) quæ & Platonis in Thimęo sententia fuit & Anaxagoræ Platone antiquioris: Hic enim dixisse fertur, teste D. August. lib. 15. de Ciuit. cap. 41. Solem esse ignitum lapidem quendam, & cælos astraq; omnia vocari æthera ab ardore: licèt Plato in Cratylo, & Arist. 1. Cęli 22. hanc illis contigisse cognominationem arbitrantur, quòd celerrima conuersione tanquam currere perenniter videantur. Ne igitur Firmamentum nimio syderum æstu fatisceret, putauit Theodoretus aquas fuisse supra illud positas, quibus humecteretur, & veluti à cõtrarijs protegeretur.

Aliorum de ea re opinio.

Verùm nonnullis videtur probabilius, vt aquæ illæ hoc potius beneficium orbi impendant, ratione sphęræ ignis, quæ pone Firmamentum est, ac tanquam in eo conclusa; & hoc ad iudicij diem vsque. Tanta enim est amplissimæ sphæræ ignis vis, tantusq; ardor (inquiunt) quòd nisi retunderetur, ac impediretur ab illis viuacissimis aquarum supercælestiũ qualitatibus, omnia prorsus corpora sibi obiecta depasceret, & consumeret, atque adeò breuì tempore sensilis hic mundus totus periret, ac in cineres redigeretur: quod nihilominus factum iri extremo eius tempore D. Petrus in secunda sua Canonica. cap. 3. luculenter docet: & factum fuisse quibusdam in locis non semel, Plato in Thimæo ex sacerdotis Aegyptij sententia scribit, vbi & Phetontis fabulam quodammodo veram fuisse ait, & hæc postmodum verba subdit: *Fit enim longo temporis interuallo, cælestis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vastitas necessariò sequitur: tunc ij qui arida incolunt loca, magis pereunt, quàm mari fluuijsq; vicini.* Cùm igitur ad diem vsque iudicij decreuerit rerum Opifex, vt mundus incolumis subsistat, etiam hoc illi antidotum parauit aduersus ignis ardorem & vim: Quod & coniectari à minoris mundi temperamento licet: in quo ob eius meliorem cõstitutionem, natura in eo cor calidissimum fecit; ac, ne caliditas illa ei officeret, aut noceret, in sublimi quoque totius corporis parte cerebrum posuit, quod frigidissimum est, & illum cordis calorem, aut retundit, aut mitigat. Enimuerò nisi hoc esset, corpus vtique nostrum agitaretur perpetuò, & breui admodum temporis spacio conficeretur.

Tertia opinio de ea re.

Iam uerò alijs magis placet eas aquas fuisse super cælos propterea sitas, vt eis diluuij tẽpore totam terram Deus obrueret: quod cap. 7. dixerit Moses,

ses, apertas fuisse tunc temporis cataractas, aut etiam fenestras cæli, & inde tantum aquarum descendisse, vt altissimum quemq; montem, quindecim cubitis desuper operirent. & opinionem hanc Abulensis, solemni cuidam Doctori adscribit, Gen.7. & Hieronymus ab Oleastro, quantum conijcio, eam probat. Conijcio, dixi: quia ita perplexus & lubricus aliquando est, vt definire certò non possim, quid sibi denique velit.

Postremò sunt apud Durandum in 2.d.14.q.1. nonnulli qui de proposita re hunc fermè in modum philosophantur: oportere scilicet omnē qualitatem elementarem in cælestem aliquam virtutem, tanquam in causam redigi. Vt enim sublunaria omnia sunt natura cælis posteriora, hoc est, minus perfecta; ita etiam necessariò ab illis & pendent & conseruantur, sicut & Arist. 1. Methe. & S. Thomas. 3. contra Gen. 69. & alibi, ac cæteri fermè Doctores docent. Porrò autem frigiditas non est simplex caloris priuatio, (quod Cardanus vult) sed positiua quædam qualitas, quæ calorem retundit, impeditq;, ne vim suam totam exerat. Quare ipsa quoque naturæ instrumentum est, licèt minus nobile, minusq; ab ea intentum calore: quam obrem & terrę inest, & aquę: vnde alia est frigiditas aquæ, & alia terrę. Verùm, si singulis quibusq; elementis, vnam dumtaxat ex quatuor primis elementaribus qualitatibus assignare placuerit, quomodo esse assignandam Alexandro visum est. 1. Methe. cap. 4. & q. naturalium. lib. 1. ac Ioanni quoque Grammatico in 2. de Generatione, ac (ni falsus intelligentia sim) etiam D. Basilio summo Philosopho, & Theologo incomparabili, hom. 4. frigiditas certè in summo conuenit aquæ, & proinde, hæc potior habenda est, & in primo loco ponenda. Hanc igitur cælo acceptam ferre cogimur, tanquam cumprimis conseruanti, & quadantenus efficienti: hoc est, cogimur eam assignare cælesti alicui qualitati, quæ similis aquæ qualitati sit; aut etiam (quod illis authoribus visum est) congeneæ. Errant enim qui vel in conuersionem cæli, vel in lumen syderum eam redigunt: vtrunque enim calorem efficit. 2. Cæli 42. & 4. de partibus, quod si ita est, quid vetat quæso, sentire, pendere hanc & conseruari à supercælestibus illis aquis, & in eam gratiam illas ibi fuisse positas? Nec ab his longe profectus est Iosephus, qui lib. 1 de antiquitatibus cap. 1. eas ibi fuisse locatas dicit, ad vtilitatem imbrium, ac terræ irrigationem. Quod si quis obijciat, hæc repugnare cælorum naturæ, quæ expers qualitatum elementorum est, atque adeò quæ locum supra illa omnia sibi vendicat; & rursum repugnare naturæ aquæ, quæ cùm grauis sit, habet perennem propensionem ad medium; vnde non impedita, eò semper delabitur, & proinde violenter super cælos consisteret; ac denique tertiò, quia fluida natura super curuum consistere nequit: est autem cælum sphęricæ figuræ, quidquid prisci illi senserint: Responderent ad primum, negando, cælos (vt alterius sunt naturæ ab elementis) vendicare sibi locum super omnia grauia, & leuia: sed hoc tantùm exigere eorum naturam diceret, vt circa medium ciceantur: & proinde eis accidere, infra, vel supra se, grauia & leuia habere; sicut & accidit grauibus & leuibus esse sub cælo, aut etiam desuper, cùm hoc tantum eis per se, & secundnm

Quarta & vltima opinio.

Vide Simplicium in 4. Cæli. & Auer. 4. Metheororū, &c.

cundum naturam conueniat, vt vel ad medium, vel etiam à medio, moueantur; vti primo Cæli videre est. quanquam quatenus partes constituentes hunc sensilem Mundum sunt, etiam per se cælis fortè conuenit, esse supra grauia & leuia, sicut his quoque esse sub cœlis. Ad secundum respondent, considerandam esse corporum ad sua loca naturalia vicinitatem, aut etiam distantiam: ac, quemadmodum vicinitas & approximatio, auget eorum inclinationem ad loca, ita distantiam dicunt imminuere illam & extenuare: vnde fit vt motus naturalis magis velox perspiciatur in fine quàm in principio. Cùm igitur supercælestes illæ aquæ immensa quadam intercapedine dissitæ à medio mundi sint, fieri potest, vt nullam quoque ad illud, inclinationem nullumq́, pondus habeant. Quod quoque exemplis à motibus quibusdam rerum petitis conantur firmare: Et primùm à motu olei quod in aere, & in aqua positum, contrario modo mouetur: in aere enim in terram tanquam graue defluit, & in aquà tanquam leue emergit, ac sursum nititur. Amplius, & sphæræ lusoriæ, bombicesq́;, & glummæ, positæ in aere decidunt; & submersæ in aqua, se se attollunt, & supernatant. Quid igitur prohibet hoc ipsum (aut certè simile quidpiam) contingere aquæ elementari: nempe vt subtus cęlos posita, natura decurrat ad terram desuper verò, natura ibi ac propensione quadam persistat? Tertium verò recentioribus nullum negocium affert: siquidem & aquas illas esse concretas tanquam durissimas glacies putant, & omniquaque cælos ambire: & planè aquæ, quæ in aere visuntur (nubes videlicet) concretę etiam sunt, vt à visibilibus ad inuisibilia intelligenda commodam nobis uiam & complanatam Opifex fecerit. Et hæc quidem pro opinione illa (quam fuisse tunc temporis veluti communem veterum monumenta in apertum ponunt) ego vt potui accuratius, & splendidius hucusque disserui. Quæ age, perpendamus, quæso, aliquantò exactius, ac pro scholæ moræ singula quęque ambigua ponamus in trutinam.

Examinantur Patrum sententiæ.

Et primùm quidem ab eis incipiam q totam illam massam cœlestiũ corporum, in qua stellæ & luminaria Opifex posuit, nuncupari in sanctis litteris, ac esse Firmamentũ existimant, & rectè splendidiores.n.sunt Scripturæ, quas afferunt, q̃ vt possint vlla figmentorum caligine obscurari: quod tamen quidã conantur. Verùm sentimus non hanc solam, aut massam, aut congeriem corporum, hac nomenclatura insigniri, sed simul quoq; ignis, & aeris sphæras: quod ratione primùm, ac mox Scripturis ostendo. Et ratio quidem admodum luminosa hæc est: quia si cœlestes illi globi Firmamentum soli essent, non diuiderent iter aquas, & aquas quomodo nunc Opifex iubet; sed inter aquas & ignem: nam ab eorum parte superna, quæ & conuexa dicitur, sustinent aquas; ab inferna autem quæ & concaua, ambiunt ignẽ, & tangunt: non igitur Firmamentum tantummodo ex illis corporibus constat; sed prætetea quoq; ex igne & aere: qui quidem illud corpus est, quod Oceanum ambit & terram, & proinde efficit, vt totum hoc immensum interstitium, quod Firmamentum est, diuidat aquas ab aquis. Porrò autem & aerem vocari in sanctis litteris cælum tritum est, Psalmo octauo. & prophani testantur, Plato in Phedone, Varro.

Non soli cœlestes globi, sed aer quoque in Firmamẽto continetur.

lib. 5.

lib. 5. de Latina lingua, ac Plinius lib. 2. Rursum, & vocari Firmamentum Scripturarũ testimonia apertissima sunt: vbi enim nostra legit ęditio paulò inferius, *Et volatile sub Firmamento cæli*. recentiores Hebraicè legi testantur, *Et volatile volet in Firmamento cæli.* aut etiam sicut contendit Aug. Steuchus *Et volatile volet super Firmamento cæli*. Porrò autem aues non volant (opinor) in sedibus syderum, sed in aere, hic igitur quoque firmamentum nuncupatur. Amplius, ij noui interpretes vbi Esdræ 4. vetus habet ęditio, *Et secũda die creasti spiritum Firmamenti*, meliorẽ hãc esse lectionem volunt, *Et die secundo creasti aeris auram & imperasti ei, vt diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret.* includitur igitur hoc quoque loco aer in Firmamento, atque adeò (ne discontinuum faciamus Firmamentum) etiam ignis.

Illa verò ratio, quam à voce Græca duxerunt στερέωμα, hoc est, solidum, vt probarent solas stellarum sedes esse hoc Firmamentum, minus profectò valida est: etenim Aug. Steuchus ex aduerso profert, vocem Hebræam *Racbia*, quam significare ait, rem quandam raram profluentem, & extensam, tantum abest vt significet solidum corpus aliquod. quamobrem & septuaginta illos venerandos Interpretes, imperitiæ, & ignorationis Hebraicæ vocis accusat: verùm dicturi nos inferius sumus de re hac sententiam nostram, quæ (vt arbitror) erit hac Steuchi doctrina multo probabilior.

Num verò massa illa in qua sydera sita sunt, fuerit tanquam crystallum quoddam ex aqua compacta, aut congelata, anceps admodum: & impeditum problema est. Primùm, quia cùm eam massam velint esse solidam, ac præduram, oportet vt etiam ex terra compacta fuerit, & proinde non ex sola aqua: nihil enim absque terra solidum esse potest, vt Plato in Thimæo ait. Rursum, & crystallum ex elementis omnibus constat, quamquam à prædominio aquæum dicatur. Tertiò, non consentit hæc opinio Platoni, quem illi in hoc genus rebus sequi fermè solent, nam hic voluit, cælos ex perfectissimis purissimisque elementorum omnium particulis constare, quas Ioannes Grammaticus, & alij quidã summitates (quo earum indicent tenuitatem) appellant; non verò ex sola aqua, sed nec satis compertum hucusque est, D. Petrum de cælis propriè captis, verba eo loco facere, etenim & aeris interstitia, cæli aliquando vocantur: cur non igitur potius de his quàm de sublimioribus cælis eius illa verba interpretabimur? Ergo Ambrosius Catherinus in cõmentarijs illius Epistolæ huius rei causam hanc affert: quoniam quidem aer vocatur in Scripturis cælum, numero minori, non verò maiori cæli cui nos ex aduerso proferimus Rabanum teste D. Thoma. 1. q. 68. 4. D. Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 24. Bedam de natura rerum, cap. 25. qui aereas regiones cælos quoque vocari pluraliter perhibent. Quintò quæro, cur verba illa D. Petri, ad Firmamentũ restringũt: non enim ille dixit, *Latet enim eos hoc volentes, quod cælum erat prius terra*, vt de vno aliquo determinato cælo se loqui significaret: sed *quod cæli erant prius terra, de aqua & per aquam consistentes Dei verbo*: poterit ergo alius meliori ratione affirmare primum cælum quod ij cum terra ante lucẽ effectum fuisse volunt, ex aqua similiter atque secundum constare.

Num Firmamentũ quo' ad cælos ex aqua compactũ fuit.

Confirmantur hæc: quia D. Petrus de illis loquitur cælis, qui erãt prius terra: ij autem nõ sunt Firmamentũ, quod (vt volunt) nequaquam cũ terra factum fuit, sicut illud primum, sed postea.

Sed, vt priores rationes firmiores fermè sunt, quàm vt facilè concuti possint, ita ad hanc (ni fallor) commodè responderent, latum esse inter vtrũq; cælum discrimen: etenim primum cælum fuit creatum (hoc est, de nihilo factum) ac ita constitutum, vt sempiternum deinceps esset: sicut in recognitionibus D. Clementis lib. 2. dicitur. At verò secundum, quod est Firmamentum, non fuit de nihilo, sed de aqua formatum, & complicandum esse tanquam librum, reseruariq; dissoluendum in die iudicij, sicut D. Petrus in sua secunda canonica. cap. 3. docet: & videtur esse Psalmi 101. & Apoc. cap. 6. sententia. Proinde non videntur verba hæc D. Petri posse vlla ratione extendi ad primum cælum. Rursum dicerent, aliam terram fuisse illã, quam de nihilo cum primo cælo Opifex effecit; atque aliam esse, quæ posterior est Firmamento: nam priorem fuisse ad vnum fermè omnes existimarunt materiam illam ex qua elementa & mixta Opifex deinceps effecit. secundam verò nostram hanc terram, quæ pedibus animalium calcatur & teritur: & proinde nihil esse in sua eorum positione, quod merito reprehendi possit. Verùm esto hæc ita se habeant, vsq; adeò tamen hæc opinio D. Basilio displicuit, vt vulgarem illam vocauerit, & quæ puerilis sit, & simplicioris ingenij. Rursum, ille Petri canonicus locus, ita obscurus ac difficilis est, vt nihil certi ex eo statui posse videatur. Quod miror, nõ animaduertisse Hieronymum ab Oleastro, & Franciscum Forerium, nisi fortè eorum per illustribus ingenijs visus luculentus sit, & facilis. sed liceat admirari saltem, cur obiectionibus & argumentis, quæ fieri aduersus illos à Doctissimis uiris poterant, suis responsionibus non occurrerint; sed abditas illas reliquerint in suis eorum cerebris. Enimuero Latini codices, non legunt, *consistentes*, sed, *consistens*: & proinde Franciscus Titelmanus, atq; alij quidam, id participium non ad cælos, sed ad terram suis interpretationibus referunt: vt sensus huius pericope hic denique sit. *Terra fuit verbo Dei firmata, & stabilita super aquas, & per eas firma, ac stabilis perseuerans*. Quòd si prior illa lectio & priscorum Patrum testimonio, & alijs præterea rationibus eis probatior visa est, & nostros omnes codices velint esse deprauatos, ac legendum esse, *consistentes* (maiori numero) quod & Caietano visum est, & Rupertus Abbas in explicatione operis quintæ diei, vbi dicitur, *Volatile super terram*, testatur aliam editionem habuisse; exponere profectò debuerant, quomodo & Græci & Latini omnes ad vnum codices passim ita corrupti fuerint. Hoc certè cùm fieri potuisse, D. Aug. in libris Hebræorum negat, meliore nos ratione negare possumus contigisse in nostris, hoc est, in omnibus Ecclesiæ libris. Amplius, hoc prætérea sciscitor, cur magis de cælis propriè dictis, quàm de aeris regionibus loqui, D. Petrũ existimant; cùm sciant viros grauissimos, ac celeberrimos, ad illa interstitia aeris, hæc verba retulisse? Et si enim aer corpus vnum duntaxat est, & proinde in Psalmo 8. cælum dicitur; quia tamen partes & interstitia plura habet, potuit ẽt cæli numero plurali nuncupari. Fateor tamen me nõ satis

Examinatur D. Petri locus superius citatus.

capere,

capere, quo aeris partes commodè dici possint ex aqua consistere: nisi fortè quia ex aquæ vaporibus & halitibus maximè instaurãtur, ac veluti reficiuntur. Sed similiter oĩa elementa ex contrarijs, cum quibus symbolam qualitatem habent, facilè restaurantur & reficiuntur. Caietani verò vterq; commentarius durior est, & parum litteræ huius capitis consentit: quem legat ibi qui volet præterquam quod non videntur illa D. Petri verba cogere, vt & terra quoq; ex aqua, & per aquã consistat, sicut ibi Caietanus existimat. Sed dabitur fortè alibi locus magis oportunus de his disserendi. Nũc quantum ad hanc priscam opinionẽ pertinet, cum in Lateranensi Oecumenica Synodo sub Innocentio III. definitum fuerit (sicut aliàs latè exposui) cælestem & mundanam creaturam vno temporis initio, ac momento fuisse simul creatas; consequenter quoque fuisse definitum existimo, firmamentum non fuisse formatum de aqua post lucem, & post primi cæli creationem: & proinde totam hanc opinionem tanquam minus probabilem, euestigio euanescere.

Iam verò argumentum quo probatur Firmamentum constare ex aqua, quia illa vox *Sciamaim* tantundem Hebræis valet, atq; nobis Latinis illich aquæ parum tutum est: etenim & aer, & ipsum quoq; primum cælum ex aqua constarent: quod tñ negant, siquidẽ vtrunq; corpus *Sciamaim* etiam nuncupatur. Et ad hæc, non consentiunt oẽs hanc esse eius vocis germanã interpretationem: quinimmo & Lusitanus, vt in superioribus prælectionibus dicebamus, à verbo Samam, & aliter quoq; deriuat: & Pierius Valerianus in suis Hieroglyphicis, & qui Phrases consarcinauit, illam ipsam vocem *Sciamaim* significare volunt cælos ex aqua & aere simul cõstare. Quare illa ethymologia ostendit potius cęlos esse ex elementis omnibus mixtos: de qua opinione dicam in opere quartæ diei. latius, non igitur satis, aut necessarium, aut tutum id argumentum est. *De argumẽto à voce Sciamaim*

Sed ad perpendendas causas modò progredior, cur opificem posuisse aquas super firmamentum existimarunt. Etenim de illorum sententia qui negant cælos esse globosos & figuræ circuli, dabitur in explicatione operis quartæ diei locus disserendi accommodatissimus. Et profectò si stellæ partes orbium densiores sunt, ac cęli, alterius prorsus naturæ ab elementis, atq; adeò frigoris, & caloris, humiditatis, & siccitatis incapaces, quomodo & Peripatetici, & recentes Theologi mira consensione affirmant: illa causa certè falsa est, quam Theodoretus, & Prisci quidam assignant eas videlicet aquas fuisse à Creatore ibi positas, vt sydérum calorem & æstum mitigẽt: sic & Manilius cęlestes imagines quas fingit inchoatas paucis stellis magis quàm absolutas ideo dicit, ne pluribus ibi ignibus accensis Mundus flagraret. Ac non defuerunt præterea viri celebres alij qui sydera ex ęquoris & aquarum vaporibus ali dixerunt, in quibus Plinius fuisse videtur, libro secundo. cap. 7. & cap. 70. Sed & similiter vana & à veritate remotior opinio illa etiam erit, quæ eas aquas obtundere sphęræ ignis ardorem & vim existimat, ne depascere sibi vicina corpora in integrum possit: vana, inquam, & falsa, quia cæli in materia & qualitatibus cum igne non communicant: & proinde licèt intermedij inter aquas illas & ignem sint, recipere *Examinanẽ cãę adductæ à patribus cur Opifex aquas sup cælos locauerit & rejiciuntur.* *De Manilio, vide Picũ lib 1, cõtra Astrono.*

L 4 tamen

tamen ac transmittere huiusmodi aquæ qualitates ad ignem non possunt. Amplius,& reciperent quoque ac transmitterent qualitates ignis ad aquã; & ita hic & inde,hoc est,subtus cœlos & supra, essent alteratio,corruptio, & generatio:quæ certè supra cœlum esse non possunt.

Nec refert sphæram ignis tantulam esse, vt fermè puncti instar sit, si fuerit comparata latissimo illi,& quasi immenso aquarum circulo,ac longa intercapedine à se distanti; & proinde existimari posse illam,quidem esse idoneam & capacem recipiendi aquarum actionem, non verò, vt repercutiat, & in illas reagat.Non refert, inquam: quoniam hoc à natura omnia contraria habent, vt cùm vnum in aliud agit, vicissim ab eo alterum patiatur. Nisi enim hoc esset, vnum non fortificaretur per aliud, primo Metheor.cap.4.Postremò & inde redargui hæc opinio potest:quoniam aer & aqua non desinunt ignem iugiter obtundere, quantum seruando Mundo satis est:quare & illa omnia æquipotentia dicuntur: & ordinauit natura vt fieret compensatio, 1.Physi.81.3.Phys.42. Vnde & Boetius huc respiciens cecinit:

Tu numeris elementa ligas, quo frigora flammis,
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut mersas deducat pondere terras. &c.

Porrò aut exemplum cerebri minoris Mundi,quod afferunt,vt suadeãt, similiter quidpiam in maiori esse, non admodum eorum opinionem iuuat. Enimuerò natura ob multas sanè causas, aut cerebrum, aut cerebro quidpiam simile, & cùm eo proportionem habens, in animalibus sanguinem habentibus,in capite posuit, propter visum videlicet, propter auditum,propter olfactum,propter somnum;ac postremò, vt æstum cordis, ita quoque mitiget & veluti refocillet.Quamobrem,& Hippocrates, in libro de hominis structura, voluit, cerebrum esse præterea cuiusdam pituitæ sedem: & licèt Galenus libro 2.naturalium facultatum,cap.vltimo, videatur pituitam in venis locare; ita tamen à viris doctis conciliantur, vt de vera pituita Galenus loquutus sit, Hippocrates verò de humore quodam quem mucorem, ac alijs etiam nominibus vocant, pituitæ similem. Itaque non negamus, cordis calorem à cerebri frigiditate mitigari: sed nostra hæc est sententia, vt sicut inde non potest probabilis indicatio capi, eas aquas fuisse super cælos positas,vt maiori Mundo visus,auditus,olfactus,& somnus insint:ita neque vt ignis calorem obtundant,imminuátq; hoc enim non minus cum ratione pugnat,atque illa omnia, quanquam si verum amamus inuenusta admodum est,& inepta, translatio cùm minoris Mundi cor,ad sphęram,ignis in maiori aptamus. Est enim cor sedes & fons vitę, primumq; membrum quod viuit, & vltimum quod moritur. Cor maioris Mundi primum mobile est, non verò sphæra ignis, sicut & Rabbi Moses,apud S.Tho.2.d.2.q.2.scitè dixit.

D. Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei.

Sed quid dicam ego nunc auditores, aut quid tacebo de causa illa quam solemnis ille doctor & Hieronymus ab Oleastro assignant? multa mihi profectò ad illam confutandam in mentem veniunt, quæ si adduxero omnia & vobis ero molestus, & instituto meo deero, qui breuitati

Beda quoq; huius opinionis verba facit in lib. De natura rerum.

quantum

quantum possum incumbo, & rursum contrahere in angustias res pulcherrimas difficile mihi admodum, & molestum esse solet. Quid igitur faciam? præferam vos certè mihi in præsenti, & redigam quantum potero in angustias meas copias, vnumq; aut alterum argumentum pressè, in hac fictitiam causam obijciam. Et primùm quidem, cùm viri docti causas sciscitantur, cur posuerit Opifex aquas super cælos, eas causas inuestigant, & scire cupiunt, quæ sint beneficio, & vtilitati vtriusq; mundi, maioris.s.ac minoris: & has Prisci oés, (vt audistis) afferre conati sunt, hi verò doctores, eam proferunt in præsenti, quæ exitio vtriq; fermè mũdo fuerit: etenim dicũt, Opificẽ posuisse super cælos aquas, vt eis obrueret animãtes terrestres oẽs. Secundò quæritur num tota illa supercælestis aqua, deorsum delapsa tẽpore diluuij est, an eius pars dũtaxat aliqua? Si dixerint descẽdisse totã, nullæ igitur aquæ deinceps super cælos manserunt, qũo igitur tres iuuenes qui aliquot annorũ chiliades, subsequuti diluuiũ sunt, dicere rectè potuerunt, *Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt, Domino?* dicere certè debuerant, *Et aquæ omnes quæ super cælos erant, aut etiam fuerunt.* Sed non deciderunt oẽs nec cælum exhaustum penitus aquis mansit Esto. Quid igitur illæ super cælos, aut quorsum sitè nunc ibi manent? non igitur vt obruerent, & interficerent homines positi tanti aquarũ gurgites ibi fuerunt. Tertiò, quæ rogo, fuerunt cataractæ illæ cęli, & fenestræ, & in qua eius parte sitæ, quãdo nec scindi, id nec disrumpi, aut etiã perforari, (vt Oleaster loquitur) absq; sui corruptione cælum potuit? Neq;.n.ubiq; ad potentiã Dei in hoc genus rebus confugiendũ est, uti D.quoq; Aug.admonet. Legimus sanè quosdã vidisse cęlos apertos, Ezech. 1. Matth. 3. Acto. 6. Apoc. 4. sed fermè cõis intelligentia est, fuisse illas visiones intraneas, in eorũ videlicet, qui videbant, aut intellectu, aut fantasia impressas, licèt Caietano in Actis, visio Stephani, fuerit corporalis, cùm tñ Matth. 3. aliter scripserit. Sed D.Hiero. apertos fuisse Ezechieli cælos cap. 1 ait, *Non diuisione firmamenti, sed fide credẽtis, eò quòd ei cælestia sint reserata mysteria.* At verò hic secludimus tropos, & de ea apertione cælorũ loquimur ex qua, dimanare profluereq; deorsum aquæ possent. Proinde cogit nos ratio, sentire fenestras cæli vocari aeris & nubium, largiores quosdam meatus, è quibus, imbres maximi, ac tanquam riuuli latiores in terrã præcipites decurrerent, sicut & fontes abyssi qui tũc erupisse scribuntur, ipsas intelligimus terræ scissuras solito maiores, è suis latebris aquas ubilibet scaturiẽtis, quibus uelutì grauida, tota intrinsecus madet, vt aliàs dicturus sum: Quæ sanè oĩa, nec elementorũ naturali consuetaq; dispositione, nec aspectibus syderum contingerunt, licet hoc existimet Conciliator differentia. 9. & qui eum sequuntur (qui Martem tunc gubernasse Mundum dicunt & planetas sese in piscibus, tunc temporis coniunxisse) sed imperio & uirtute Dei, & supra syderũ & elementorum naturales dispositiones, & uires, quemadmodum quoq; Theodoreto Abulẽsi, & clarissimis alijs permultis Doctoribus placuit, & Caietanus qui à Cõciliatore stare Gen. 7. videtur, meliorẽ certè suscepisset causam (vt sentio) si in hac sñiam quã nos laudamus cõcessisset, aut deniq; si nostrorũ rationibus (quæ cõtemnendæ profectò non sunt) melioribus ipse occurrisset. & enim non modò

De cæli apertione.

Contra Conciliatorem & Caietanum &c.

quadraginta

quadraginta dierum & noctium curriculo, attrahi sursum tantum aquarum virtute syderum, & maris, terræque halitibus non potuisset: sed nec fortè quadraginta quoque annorum spacio. Rursum, nulla ratio fert, vt ille syderum aspectus eaque in Piscibus coniunctio, in posterum futura nunquam sit: & tamen clementissimus Dominus pollicitus nobis disertè est, nunquam futuram esse tantam aquarum inundationem, vt terram totam deglutituræ sint. ex aere igitur qui cœlum sępe dicitur, decurrerunt aquæ illę ingentes, Deo autore, deorsum; non verò ex cœlis propriè dictis: quod illi doctores existimant.

At verò age videamus, & an causa illa subsistat, quam alij quidam postremò loco assignant; videlicet necessarias ideò fuisse mundo supercælestes aquas, ut frigiditatem sartam seruarent, ac tectam, in his frigidis elementis quæ sub cœlo posita conspiciuntur. Nonnullis enim visa est satis probabilis, cùm tamen quemadmodum Durando, ita & mihi fictitia prorsus & vana, sicut & reliquæ omnes, videatur quas hucusque repudiaui. Etenim non est necesse, vt qualitates quæ in elementis & in rebus ex elementis compositis inueniuntur, similiter insint corporibus cælestibus, hoc est, formaliter: sed satis est, vt secundum virtutem, aut etiam secundum eminentiam insint: quibus certè modis omnia inferna insunt supernis, & ab eis seruantur & pendent: & licèt motu & lumine frigiditatem aut efficere, aut seruare cęli & sydera per se non possint, quemadmodum efficiunt calorem; fortè possunt eam per accidens efficere: quod scimus voluisse Auerroem in secundo Cæli, videlicet in illis rebus, & locis quæ eorum viuifici motus minus participes sunt. Huius porrò indicatio inde sumitur: quia sub polo vsque adeò asperum frigus est, vt de quodam Poeta dixerit:

Insuetum per iter gelidos enauit ad arctos.

Et certum est, mare congelari, & in glaciem compingi.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem.
Oceanum &c.

Et quanquam sequi ex hac doctrina videatur, terram esse aqua frigidiorem, nō deest tamen sectatoribus Auerrois responsio commoda. Verū esto motu & lumine sydera hanc non efficiant, quid tum? an propterea negandum simpliciter est, eam nullatenus efficere? An desunt syderibus organa alia, quibus qualitatem hanc (& alia innumerabilia) hîc deorsum efficiant? habent illa innumerabiles proprietates & vires quibus deorsum influunt & efficiunt: & si enim motum tantummodo & lumen eis tanquam instrumenta Peripatetici quidam, ac Theologi non postremi nominis assignent, & cæteros omnes afflatus superuacaneos esse existiment; mihi tamen multo probatior cōis opinio videtur quæ syderum speciales afflatus intelligit & concedit & solidioribus rationibus niti non dubito. Etenim & S. Thomas, Theologorum, & Philosophorum apex, in secūdo Cæli. & alibi, ei subscribit: & sum fortè causas adducturus aliàs, cumulatissimè, cur ita existimo. Nec magnopere refert Aristotelem hæc duo duntaxat exposuisse: fieri enim potest, vt hæc ideò præ cæteris exposuerit, quod certiora sint ac in confesso omnibus posita, cùm afflatus syderum absconditi in maiestate naturæ

Virtutes elemẽtorum quō sunt in cælis.

Non reprobat Author influentias.

turæ sint (vt Plinij verbis alicubi loquar.) Et rursum, quia suas eorum facultates sydera sine motu, & lumine in hæc inferiora non possunt exerere. Immota enim (vt arbitror) nihil immitterent,& absque lumine,aut pauca profectò,aut potius similiter nihil. Res enim hæc nõdum satis expedita est,sicut & sunt hinc inde rationes,num lumen efficere aliud quidquã possit,quàm discutere tenebras,& illustrare perspicuum. Videtur enim Durando, hoc solùm eius esse officium:& scitum est,naturam non deputare vnã rem multis officijs, sicut & Arist.in Politicis dicit. Proinde,non est luminis naturæ calefacere, aut frigus efficere, sed vtrunque ei accidit, nimirum quatenus diuersorum syderum diuersas & contrarias habentium facultates, organum est: quare lumen Saturni frigus efficit,proinde frigidus senexque & cæcus à Poetis fingitur; ac fortè etiam non solũ propter eximiã illam vim quam habet frigus efficiendi, sed etiam propter à nobis distantiam maximam,vnde sicut ille dixit:

Frigida Saturni sese quò stella receptat.

Ita & Thomas Motus aliquando cecinit:

Saturnus procul est, iamque olim cæcus; vt aiunt;
Nec prope discernens à puero lapidem.

Consentiunt autem omnes,Martis,& Solis radios calefacere: de Lunæ radijs & fulgore,lis sub iudice est: quod licèt inter astra frigida Astromoni eam reponant, quia tamen experimur noctes plenilunij cæteris calidiores; placet quibusdam Physicis, vt potius inter calida locum obtineat. Accedit,& indicatio alia satis conspicua.Nam perspicimus Cancros, ostreasq; & conchas, plena Luna,fieri pinguiores,& latius extendere aqualiculum: quod ideò fieri credunt, quia cęlesti illo fulgore,& continentis aeris ab illa luce tepefacti,calore fouentur,& iuuantur ad concoquendum:quanquã alijs placet,magis hoc eis contingere,quia tunc oblata illis obsonia melius videant, & proinde largius sumant.Itaque non placet his, ut lumine simpliciter cæli,& sydera feruent & efficiant calorem,& frigus,tanqnam videlicet eodem ex ore spirent calidum & frigidum : sed hoc per aliud lumini contingere arbitrantur, nimirum quia ab illis syderibus vibratur; quorũ facultates & vires diuersæ sunt,& alia ab his (vt dixi) innumerabilia efficere possunt.Cum enim lumen sit eorum afflatibus coniunctum,ei tanquam notiori fermè omnia adscribuntur: non igitur oportet,vt vel cæli sint compacti ex aquis,vel ut elementares aquæ fuerint super cælos positæ, ut seruent in elementis frigiditatem.

Nec opinionem hanc aut confirmant, aut iuuant,olei sphęrularum, & bombicum diuersi ac fermè contrarij motus,quos illi doctores adducũt: dissimilis nanque in aqua ratiò est, atq; sit in hoc genus rebus.Cùm enim oleum, (vt de hoc primùm dicam) corpus mixtum sit, & multũ humidi aerei habeat,inde in aqua infusum sese attollit,& frigore potins crassescit quàm congelascit,secundo de Generatione animalium.cap.2. Nec Taurus Philosophus apud Gellium lib.17.cap.8.causam aliam affert, siquis verba eius accuratius expenderit:Etenim ait oleum congelascere,quia leue est, & solent leuia faciliora esse ad coeundum:ex quibus non multo negotio, intelligitur

Cur quędam in aere posita descendunt, & in aqua, ascendũt.

quadraginta dierum & noctium curriculo, attrahi sursum tantum aquarum virtute syderum, & maris, terræque halitibus non potuisset: sed nec fortè quadraginta quoque annorum spacio. Rursum, nulla ratio fert, vt ille syderum aspectus eaque in Piscibus coniunctio, in posterum futura nunquam sit: & tamen clementissimus Dominus pollicitus nobis disertè est, nunquam futuram esse tantam aquarum inundationem, vt terram totam deglutituræ sint. ex aere igitur qui cœlum sępe dicitur, decurrerunt aquæ illę ingentes, Deo autore, deorsum; non verò ex cœlis propriè dictis: quod illi doctores existimant.

At verò age videamus, & an causa illa subsistat, quam alij quidam postremò loco assignant; videlicet necessarias ideò fuisse mundo supercælestes aquas, ut frigiditatem sartam seruarent, ac tectam, in his frigidis elementis quæ sub cœlo posita conspiciuntur. Nonnullis enim visa est satis probabilis, cùm tamen quemadmodum Durando, ita & mihi fictitia prorsus & vana, sicut & reliquæ omnes, videatur quas hucusque repudiaui. Etenim non est necesse, vt qualitates quæ in elementis & in rebus ex elementis compositis inueniuntur, similiter insint corporibus cælestibus, hoc est, formaliter: sed satis est, vt secundum virtutem, aut etiam secundum eminentiam insint: quibus certè modis omnia inferna insunt supernis, & ab eis seruantur & pendent: & licęt motu & lumine frigiditatem aut efficere, aut seruare cęli & sydera per se non possint, quemadmodum efficiunt calorem; fortè possunt eam per accidens efficere: quod scimus voluisse Auerroem in secundo Cæli, videlicet in illis rebus, & locis quæ eorum viuifici motus minus participes sunt. Huius porrò indicatio inde sumitur: quia sub polo vsque adeò asperum frigus est, vt de quodam Poeta dixerit:

Virtutes elemẽtorum quõ sunt in cælis.

Insuetum per iter gelidos enauit ad arctos.

Et certum est, mare congelari, & in glaciem compingi.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem.
Oceanum &c.

Et quanquam sequi ex hac doctrina videatur, terram esse aqua frigidiorem, nõ deest tamen sectatoribus Auerrois responsio commoda. Verũ esto motu & lumine sydera hanc non efficiant, quid tum? an propterea negandum simpliciter est, eam nullatenus efficere? An desunt syderibus organa alia, quibus qualitatem hanc (& alia innumerabilia) hîc deorsum efficiant? habent illa innumerabiles proprietates & vires quibus deorsum influunt & efficiunt: & si enim motum tantummodo & lumen eis tanquam instrumenta Peripatetici quidam, ac Theologi non postremi nominis assignent, & cæteros omnes afflatus superuacaneos esse existiment; mihi tamen multo probatior cõis opinio videtur quæ syderum speciales afflatus intelligit & concedit & solidioribus rationibus niti non dubito. Etenim & S. Thomas, Theologorum, & Philosophorum apex, in secũdo Cæli. & alibi, ei subscribit: & sum fortè causas adducturus aliâs, cumulatissimè, cur ita existimo. Nec magnopere refert Aristotelem hæc duo duntaxat exposuisse: fieri enim potest, vt hæc ideò præ cæteris exposuerit, quod certiora sint ac in confesso omnibus posita, cùm afflatus syderum absconditi in maiestate na-

Non reprobat Author influentias.

turæ sint (vt Plinij verbis alicubi loquar.) Et rursum, quia suas eorum facultates sydera sine motu, & lumine in hæc inferiora non possunt exercere. Immota enim (vt arbitror) nihil immitterent, & absque lumine, aut pauca profectò, aut potius similiter nihil. Res enim hæc nõdum satis expedita est, sicut & sunt hinc inde rationes, num lumen efficere aliud quidquã possit, quàm discutere tenebras, & illustrare perspicuum. Videtur enim Durando, hoc solum eius esse officium: & scitum est, naturam non deputare vnã rem multis officijs, sicut & Arist. in Politicis dicit. Proinde, non est luminis naturæ calefacere, aut frigus efficere, sed vtrunque ei accidit, nimirum quatenus diuersorum sydetum diuersas & contrarias habentium facultates, organum est: quare lumen Saturni frigus efficit, proinde frigidus senexque & cæcus à Poetis fingitur; ac fortè etiam non solũ propter eximiã illam vim quam habet frigus efficiendi, sed etiam propter à nobis distantiam maximam, vnde sicut ille dixit:

Frigida Saturni sese quò stella receptat.

Ita & Thomas Morus aliquando cecinit:

Saturnus procul est, iamque olim cacus, vt aiunt;
Nec prope discernens à puero lapidem.

Consentiunt autem omnes, Martis, & Solis radios calefacere: de Lunæ radijs & fulgore, lis sub iudice est: quod licèt inter astra frigida Astromoni eam reponant, quia tamen experimur noctes plenilunij cæteris calidiores; placet quibusdam Physicis, vt potius inter calida locum obtineat. Accedit, & indicatio alia satis conspicua. Nam perspicimus Cancros, ostreasq; & conchas, plena Luna, fieri pinguiores, & latius extendere aqualiculum: quod ideò fieri credunt, quia cęlesti illo fulgore, & continentis aeris ab illa luce tepefacti, calore fouentur, & iuuantur ad concoquendum: quanquã alijs placet, magis hoc eis contingere, quia tunc oblata illis obsonia melius videant, & proinde largius sumant. Itaque non placet his, ut lumine simpliciter cæli, & sydera seruent & efficiant calorem, & frigus, tanqnam vide licet eodem ex ore spirent calidum & frigidum: sed hoc per aliud lumini contingere arbitrantur, nimirum quia ab illis syderibus vibratur; quorũ facultates & vires diuersæ sunt, & alia ab his (vt dixi) innumerabilia efficere possunt. Cum enim lumen sit eorum afflatibus coniunctum, ei tanquam notiori fermè omnia adscribuntur: non igitur oportet, vt vel cæli sint compacti ex aquis, vel ut elementares aquæ fuerint super cælos positæ, ut seruent in elementis frigiditatem.

Nec opinionem hanc aut confirmant, aut iuuant, olei sphęrularum, & bombicum diuersi ac fermè contrarij motus, quos illi doctores adducũt: dissimilis nanque in aqua ratio est, atq; sit in hoc genus rebus. Cùm enim oleum, (vt de hoc primùm dicam) corpus mixtum sit, & multũ humidi aerei habeat, inde in aqua infusum sese attollit, & frigore potius crassescit quàm congelascit, secundo de Generatione animalium. cap. 2. Nec Taurus Philosophus apud Gellium lib. 17. cap. 8. causam aliam affert, siquis verba eius accuratius expenderit: Etenim ait oleum congelascere, quia leue est, & solent leuia faciliora esse ad coeundum: ex quibus non multo negotio, intelligitur

Cur quędam in aere posita descendunt, & in aqua, ascendũt.

telligitur voluisse, illud natura esset aereũ: hæc enim causa est cur leue, aut etiam leuatius, (vt ipse dixit) natura sit: verùm licèt à prædominio sit aereum, habet tamen nonnihil sicci terrestris, vnde fit vt positum in aere diffluat, aqua autem corpus simplex est, vnusq; ei ad medium motus natura conuenit; & proinde vbi vis posita (modò non impediatur) eo decurrit: quare dispar ratio in ea ab oleo est.

Iamuerò sphærulæ bõbicesq; & glumæ, graues natura sunt; sed non ita tamen, vt eorum grauitas aquæ grauitatem superet: quinimmo exigua admodum est: quare in aere positæ descendunt; qui leuior est, & in aqua cum difficultate merguntur, ac natura supernatant, quia hæc ipsis grauior est. Rursum est, & alia ratio: quia id genus res scindere commodè aquam non possunt, quòd eorum figuræ vel angulos non habent, sicut sphęrulæ lusoriæ, vel habent minus acutos, & proinde in aere qui scisilis facilè est, descendunt, & in aqua (corpore nimirum crassiore) sese attollunt: oportet enim vt mobile dominetur medio, vnde & in his quoque dissimilem rationem perspicimus.

Num vicinitas ad locũ naturalem augeat mobili vires, &c.

Postremò, quòd vicinitatem corporibus sua eorum loca petentibus vires & pondus augere arbitrantur, & distantiam labefactare ac tollere, consentaneum opinioni illorum est, qui loco naturali occultam quandam à cęlo & syderum dispositione proprietati inesse arbitrantur, quæ ita corpora sibi cognata seruet cum adsunt & amant cùm distant quomodo magnes, ferrum electrum paleam, & id genus quædam ad se attrahere videntur. Sed opinionem hanc suo loco in præsenti relinquentes quod & de ea diximus alibi sententiam nostram, & non admodum ab Alberto magno dissentit, prioribus quinque capitibus libri de Natura locorum, sequemur hoc loco alios. Nam hoc tanquam non rectè dictum ita repudiare solent. Cum enim pondera & rerum inclinationes oriantur ex formis, tandiu illę consistunt, & illibatæ manent, quamdiu formæ intemeratę & integræ manserint, siue res propinquæ suis naturalibus locis fuerint, siue etiã procul & longe positę. Quamobrem non ideò corpora quæ naturali motu feruntur, cum propiora fuerint naturalibus, & consentaneis locis, ocyus ad illa mouentur, quia propensio, aut pondus eis interius augeantur, sed quia minorem medij reluctantiam experiuntur. Cùm enim medium mobili semper obsistat, & veluti reluctetur efficitur, vt quantò crassius, & fortius fuerit, tantò maiorem vim mobili inferat, & quantò tenuius, & imbecillius tãtò id minores patiatur angustias, & hæc assignatur ab Auerroe sola causa cur motus in vacuo fieret in momento quamquam fallitur reuera, quia & incompossibilitas (vt loquũtur) & reluctantia vtriusque termini à quo, & ad quem ei quoque spectanda erat. Reluctantia igitur medij causa est (omnium consensione) cur motus naturalis velocior in fine est, q̃ in principio, quod Arist. 2. Cæli 35. & alibi dicit vt proinde ratione, horum assertum reijci facilè possit.

Cur motus violentus tardior est in fine.

Iam verò cur motus violentus in fine magis lentus est, atque in principio fuerit, causa notissima est; nempe, quia virtus agentis mobili impressa imbecillior effecta est quàm in initio esset: quod in naturali non contingit, vbi

git, vbi illa eadem forma, & vis, quæ causa motus in principio est, in fine quoque motus illęsa manet. Non igitur illa exempla horum opinionem iuuant: ergo si super cœlestes aquę congeneæ nostris infernis sunt, eandemque formam, & incorruptam habent; omnino sequitur, vt parem cum his nostris inclinationem ad medium Mundi habeant.

LECTIO XIIII.



VOD Spiritus sanctus Eccle. 12. dixit, *Verba sapientum quasi stimuli*; ego quidem crebrò, sed in hac præsertim proposita nobis controuersia, experior esse verissimum. Dum enim Doctorum hominum de ea commentarios euoluo, & eorum tã varias ac differentes sentẽtias audio; fit, vt tanq̃ quibusdam stimulis, ad meditandum, & ad disserẽdum magis, ac magis exciter; & præterea efficitur, ne quod mihi videtur probabilius, audeam antea pronunciare quàm aliorum omnium sententias diligenter examinauero. enim verò & sic mihi reuereri quoque Maiores videor, qui eorum rationem habeam; & confidentius certiusque posse vos sententias, quæ in diuersum tendunt, inter se comparare, & ad nostram (quando magis arriserit) acclamare. Proinde & hos quoque doctissimos Viros nunc audire libeat, qui nullas esse aquas propriè dictas super veros cælos existimãt, sed secundum quandam translationem, & per similitudinem, quòd videlicet res ibi quędam sit, quæ aquæ proprietates habet. & consueuerit Scriptura sępenumero nomina rebus secundum metaphoram imponere, easq; appellare eisdem vocibus, quibus res propriè dictas appellat. Est autem extra cõtrouersiam, aquã capi aliquando propriè, & aliquãdo translatitiè: sicut & adnotauit Rabbi Moses lib. 1. cap. 29. Non consentiunt tamen ij, quæ nam illa translatitia sit. Origenes enim Angelos nuncupari aquas voluit: quoniam in Psal. 148. aquæ iubentur laudare nomen Domini: Non datur autem præceptum (inquit) rebus quæ mente & ratione carent: supercælestes igitur aquæ Angeli sunt. Subscripserũt Origeni D. Aug. lib. 13. Cõfes. & D. Greg. Nyssenus, ni fallor (nã obscurus in suo Hexameron crebrò est) quãquam eius ratione non nituntur, quam quoq; manifesto argumento D. Basilius ita retundit: quoniam cætera omnia quæ in eo Psalmo iubẽtur laudare nomen Domini, in sensu similiter translatitio capiẽda essent, Dracones, videlicet, Abyssi, Ignis, Grãdo, Glacies, Vẽti, Procellæ, Montes, Colles, & reliqua: quod vtiq; esse nõ potest. Et profectò nõ animaduertit Origenes non tam hęc, quàm nos harum rerum contemplatione excitari & iuberi, Potentiam, Sapientiam, & Bonitatem Dei, præconijs & laudibus celebrare, vt proinde sit in verbis Dauidis prosopopeia, & vis oratoria amęnissima: quẽadmodum & in 114. Psalmo cũ ita mare, alloquitur, & Iordanẽ, *Quid est tibi mare quòd fugisti? & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* & alibi crebrò. Rursum neque hoc animaduertit, eundem Dauidem, Angelos primos omnium creaturarum, de nomine ac disertè ad laudandum nomẽ Domini accersisse, vt sit proinde illũ, tanquã battalogũ tacitè reprehẽdere,

Opinio quæ aquas per trãslationem super cælos esse dicit.

Origenis opinio

Cõtra Origen.

dere, si eosdem denuò ad id prorsus officij sub nomine aquarum euocasset. Amplius, & reprehendere illum esset inuenustæ orationis, & qui contra sanctarum Scripturarum morem loquutus esset: solent enim Scripturę verba clariora postponere obscuris, quo his veluti lucem tribuant. At verò Origenes vult, vt Dauid primùm Angelos, nomine perspicuo, & postea illos ipsos, aquas supercælestes vocauerit, obscuro scilicet nomine: ergo minus solida hæc opinio est, vnde & D. Aug. lib. 2. retractationum, vbi libros Confessionum examinat, eam etiam recantat.

Secũda opinio. Ferunt ad hęc fuisse ex priscis nonnullos qui Spiritum sanctum vocari supercælestem aquam existimauerint: & adscribitur D. Ambrosio, in libro de Spiritu sancto: Etenim perspiciebat notas illas & vulgares aquæ proprietates abluere sordes, sitim extinguere, refrigerare, ac vitam veluti rebus per multis tribuere, eminentissimo quodam modo ei conuenire, ac solere cùm in veteri, tum in nouo testamento aquam propterea nuncupari Ezech. 36. & Ioan. 4. *Confutatio.* Sed & si possit hęc nomēclatura Spiritui sancto & rectè & cómodè aliquando aptari, hoc certè loco nullo modo rectè aptari potest, vbi ille ipse est qui præcipit, *Fiat Firmamētum in medio aquarum.* sed & nec aptari illis verbis Dauidis potest, *Et aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.* quomodo enim ipse excitaretur Deus ad suum laudandum nomen? parum igitur litteræ hæc translatio cohęret.

Tertia opinio. Ambrosius Catherinus cùm sit arbitratus ex vna eademque materia, omnia corpora superna, & inferna constare, ac omnes creaturas posse commodè aquas per metaphoram nuncupari, (sunt enim omnes natura sua fluxiles, caducæ, & insipidæ) existimat aquas supercælestes vocari nunc illas creaturas quæ super cælum stellatum, hoc est, super firmamentum *Reiectio.* positę sunt, & quo prohibemur ne eas perspicere vllo vnquam tempore possimus; infernas verò esse alia omnes creaturas. Sed & hæc quoque Allegoria intempestiua huic loco est, in quo sensum historicum quærimus, præterquam quod capit sibi tanquam exploratum & certum, quod à magnis Doctoribus tanquam ambiguum & explosum iamdudum est; videlicet vnam esse & eandem materiam omnium corporum.

Alijs postremò placet, vt potius vnum aliquod cælum aqua hic cogno-*Quarta opinio.* minatum fuerit, ob raritatem nimirum, & perspicuitatem, quas in suis omnibus partibus habet; quas tamen stellatum non habet, in quo astra densa ita sunt, vt repercutiant Solis radios: ergo ob necessitudinem, & cognationem, quod id cælum cum aquæ proprietatibus habet, secundum quandā metaphoram, aquam dictum fuisse putant: quamobrem & crystallinum (persistentes in metaphora) passim vocant. Quam opinionem ita probant; quoniam sicut cælum Beatorum igneum nuncupatur ob lucem qua cum igne conuenit; ita quoque illud cælum, & aquam & crystallinum dici cómodè potuit: quia diaphaneitate aquæ simile est. Rursum, quoniam verè & elementares aquæ supra cælos reuera non sunt, & nihilominus constat ex scripturis, aquas desuper illos esse: illę igitur aquæ metaphoricæ sunt, & videtur hęc certior esse & cōmodior metaphora reliquis. Assumptum aūt & S. Th. & Durandus. 2. d. 14. ita probant: quia si aquæ elementa res essent

inter

inter duos cælestes globos, possent quoque eorundem motu calefieri,& rarefieri, vltra quam etiam earum formæ conueniret, atque adeò possent corrumpi,& inde aer, aut ignis fieri: quæ nihilominus magna consensione Philosophi negant.

Sed hæc opinio, quæ superponi cęlis & syderibus elementares & proprias aquas generatim negat, vsque adeò cum verbo Dei mihi pugnare videtur, vt non satis admirari desinam, quomodo obrepserit in tantorũ Doctorum mentem. Quamobrem cum præfatione, &, quã debeo his magnis Doctoribus, reuerentia contra illos sic argumentor. Et primùm, quia Moses historiam texit: ergo capit voces in populari ac trita earum significatione. Secundò, quia hæc opinio in eodem contextu & pericope, eandem vocem capi gemino modo existimat, & propriè videlicet, ac translatitiè: quod nec ratio fert, nec vsus auctorum probat. Quare, quod D. Bonauentura, & alij nonnulli dicunt, vocem *Aqua*, capi à Mose, primùm pro materia prima, vbi scilicet dicit, *Et spiritus Domini ferebatur super aquas*. deinde pro elementari & naturali, ac tertio pro cęlo chrystallino: In his verbis quæ interpretamur, ego non dubito posse videri grauissimo historico & Prophetæ eminentissimo indignum. Tertiò, quia nunc videtur Firmamentum diuidere aquas: ergo qualis est infernarum aquarum natura, talis est & earum quæ Firmamento superponuntur. est enim aqua corpus omogeneum (neque enim hæc fuit diuisio inter habitum & priuationem qualis fuit diuisio lucis, à tenebris, quam necessario intelligimus non fuisse diuisionem propriè dictam) sed vnus & eiusdem positiui, & consistentis corporis, ut uera eius in geminam partem partitio fuerit. Confirmatur hæc ratio: quia ex illis sex generibus diuisionum, quæ afferuntur à Boetio in libro de Diuisionibus, hæc esse alia non potuit, nisi totius in partes, & quã, Amonius in prædicabil. finiens dixit, *Est integræ rei incisio*. Quartò, D. Epiphanius, ac D. Hieronymus in epistola aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, in qua errores Origenis enumerant, hunc quoque septimo loco recensent. *Quòd dixerit aquas quæ super cælos sunt, esse sanctas supernasq́, virtutes, & quæ deorsum, supra scilicet & infra terram, contrarias & demoniacas virtutes*. Hic igitur quæro, cur ij Doctores interpretationem Origenis hanc, erroneam esse uoluerũt? Non utique quia parabola, aut allegoria inuenusta esset, & inepta: ergo quia ueritatem historiæ aufert, & aquas (ut ibi D. Hieronymus loquitur) allegorizat. Atqui cùm dicis cælum uocari aquam, quia rarum & perspicuum est, & id genus aquæ proprietates refert; allegorizas aquam, & historiæ ueritatem aufers, & uertis in parabolam: ergo hæc ipsa quoque intelligentia his Patribus esset eadem ratione, erronea. Confirmantur hæc: quoniam si licet supernas aquas intelligere secundum aut metaphoram aut allegoriam, cur non etiam infernas & paradisi arbores, & flumina, & alia permulta, quę non minus cum sensu & cum ratione pugnare uidentur, si secundum litteram capiantur, quàm ut sint uerę aquæ super cælos; & nihilominus etiam ob illas & id genus alias expositiones Origenes à ueteribus tanta contentione damnatus fermè uisitur. Quid igitur, rogo, pronunciarent de his autoribus qui ad metapho-

ras.

Confutatio.

ras,aut etiam ad parabolas tamen facilè confugiunt?Quintò,cùm & aer sit multò rarior aqua,ac magis perspicuus;quæro,cur malint illud cælum dici aqueum , quam aereum? multò enim maiorem cum aere cognationem id cælum habet,quàm cum aqua.Sextò,chorus omnium Græcorum,& Latinorum patrum , aduersus horum expositionem stat;qui eas veras ac naturales aquas esse existimarunt.Septimò, & communis populi Christiani persuasio:qui cum lectionem Genesis,& Psalmos in Ecclesia legi & cantari audit,mox ita intelligit.Octauò, cælum crystallinum vnum dũtaxat est, aquæ supercælestes plures esse videntur Et quanquam Caietanus sentit vocari ab Hebræis vbique aquas quod careant huius vocis singulari, licèt re uera supercælestis vna duntaxat sit; ego tamen eas potius sentio esse plures : quoniam frustra tres Iuuenes apposuissent eis signum vniuersale distributiuum,*omnes:* sic enim inquiunt,*Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt, Domino.*

Ad rõnes quæ pro quarta opinione afferuntur.

Porrò autem & prima ratio inualida admodum est, qua stabilire suam hanc opinionem illi Doctores conantur.Moses enim nusquam aliquod cælum vocauit empyreum , sed suprêmo omnium & quiescenti corpori hoc cognomentum longo pòst tempore à Patribus tributum est: quod (vt opinor)existimarent lucem esse proprietatem ignis , cùm tamen sit qualitas primi corporis alterantis.2.de anima & volebant id cælum lucidum esse, & fulgidum. Rursum,non negamus potuisse similiter vnum cælũ aqueũ, aut aereum etiã in Scripturis vocari ob similes proprietates: sed negamus hoc , ipsos fecisse , rationibus adductis. Ad secundam rationem negamus assumptum.Ad probationem dici fortasse posset aquas illas esse supra primum mobile. nam cùm dicit Dauid, *Laudate eum cæli cælorum , & aquæ quæ super cælos sunt* ; nimirum illos quos cælos cælorum nuncupauerat, hoc est,eminentissimos,fortè hac periphrasi indicauit; eas etiam supra primum mobile locari:quod si esset,immunes vtique forent,& solutè à periculo caloris,raritatis , & corruptionis. Et hæc opinio consentanea eorum sententiæ magnopere est,quibus placet,vt aquæ fuerint super cælos positæ ad mitigandum cæli empyrei ardorem: quam causam Cabalistæ non repudiant, & allegoria iustitiæ Dei,(quam cælestis ille ignis significat) & pietatis , ac misericordiæ , (quam aquæ illæ adumbrant) sic plausibilem faciunt,vt vellint Opificem hoc emblemate significasse , suam semper iustitiam se misericordia mollire,ac temperare.Verùm,quia minus probabilis hæc opinio mihi videtur,tum quia(si ita esset)non contingerent illæ aquę Firmamentum , nisi cælum octauum quod est stellarum fixarum illud ipsum esset quod primum mobile est, sicut Eudoxus Callipus Platoque , & Arist.voluerunt:sed nos cõmunem Astronomorum sententiam hoc loco sequimur . & tamen Dominus hodie iubet,vt Firmamentum diuidat inter aquas,atque adeò vt ab eis vtrinque tangatur: tum verò,quia probabilissimum est,vt quidquid ad sensilem Mundum spectat,sub primo mobili cõprehensum & inclusum ab Opifice fuerit.Ideò cum Dionysio Carthusiano existimo,eas aquas ita fuisse à Deo ibi dispositas ac consolidatas, vt alterari aut disgregari tamdiu non possint, quo ad Mundo vsui futuræ sunt.sed

rem

rem hanc paulò postea splendidius disseremus: non placet proinde illa opinio.

Ergo Augustinus Steuchus Episcopus Chisamensis,& recentiores eruditissimi complures,sequuti Rabbi Abrahamum, Aben Esra,dixerunt,Firmamentum, hoc loco nuncupari, non quidem ipsam cælorum massam, aut congeriem,in qua stellæ sitæ sunt,quomodo vocatur paulò inferius cũ dicitur, *Et posuit eas* (stellas videlicet) *In firmamento cæli*: sed solum aeris elementum, atq; illud vel totum, vel eius etiam solum infernum interstitium, (vt gemina sit Synecdoche:) & aquas quæ super hoc Firmamentum commigrarunt,fuisse nubes, imbres, & aqueas impressiones reliquas,quæ in sublimi etiam num gignuntur, Sole aqueos halitus in aerem attrahente,& frigore aeris eos condensante:sic enim sensu perspicimus firmamentum diuidere inter aquas & aquas,atq; adeò quasdã ei superponi,& quasdam deorsum manere,vnigeneas omnes & eiusdem prorsus naturæ. Rursum,cùm aer cælum & in prophanis auctoribus & in Scriptura sacra dicatur,Varro lib.5.de lingua Latina, Plinius lib.2.& Psal.8.& ad hæc, etiã cæli maiori numero propter eius interstitia, rectè dictum est, aquas elemẽtares esse super cælum,aut etiam super cælos: pertingunt enim aliquando vsquam ad supremum aeris interstitium. Amplius,cùm cælos propriè dictos obnubilent,& nobis qui terram subtus illos halitus habitamus, prohibent ne cælos inspiciamus:& cùm capitibus nostris semper immineant, rectè quoque esse in sublimi,ac tegere & operire cælum dicũtur, Psal.147. *Qui operit cælum nubibus,& parat terræ pluuiam*. Præterea, cùm quicquid rem aliquam tegit & abdit, superponi ei videatur,vnde efficitur,vt nubes, & id genus,etiam super cælos propriè dictos quadantenus positæ esse dicantur, non quidem ab eorum superficie conuexa, (quomodo veteres intellexerunt) sed à concaua tantùm, qua cum nos cælum respiciat, & nos vicissim illud perspiciamus; meritò quoque illa cæli facies nuncupatur. Matth.16.Quãquam & de aere ille locus intelligi commodè potest,à cuius accidentibus perinde solent homines de serenitate & tempestate coniectari,quomodo Physionomi consueuerunt de affectibus,& perturbationibus hominum à notis & lineis frontis & oris diuinare.

Opinio quæ aerem facit firmamentum.

Hoc igitur illud opus est, quod hac secunda die Deus effecit. Grande profectò & admirabile: primùm quidem ob aeris naturam: est enim hoc elementum corpus rarum, fusum, ac tenue. Secundò ob aquæ proprietatem: nam fluida est,& grauis, & nihilominus constringitur, & congelatur,& à raro ac tenui corpore tamdiu sustinetur, ne decidat, quoad sensim veluti maturuerit, & comminuatur in guttas,aut frustulas. Tertiò ob eximia, quæ inde mortalibus obueniunt,beneficia. Etenim fontes, amnes, & lacus inde reficiuntur, cisternæ,& putei inde implentur.Plantæ vitã seruant,animalia sitim sedant,& cùm æstate nimio calore languent, ac veluti defluunt,instaurantur repente cũ pluit ac vires eis tanquã postliminio redeunt: irrigatur deniq; terra,ac fęcũda efficitur,vt largas fruges oportuno deinceps tpe mortalibus proferat.Vt proinde facilè ex his cãm videas, cur Ecclesia frequẽter illũ canit versiculum,*Benedictus es Domine in firmamẽto* *cæli.*

Impressionis in sublimi grande opus Dei.

M

cœli, & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula. In pro Per scripturarum more capiens. Hoc verò tanquam à contrario nobis expressit Dauid, pientissimis illis verbis Psalmi 142. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* vt non sit difficilè intelligere, quàm multas ærumnas, & calamitates Hebræi passi sint, quando tribus annis & sex qui, Helia iubente nunquam in Iudçâ pluit. & rursum, quàm grauis illa Mosis comminatio transgressoribus legis fuerit, *Cœlum quod supra te est, erit aneum, & terra ferrea.* Deut. 26.

Celebratur à Prophetis, & Sapientiss. hominibus hoc Dei opus.

Has igitur ob causas, & Prophetæ, grande hoc opus Dei sæpenumero nobis proponunt; & illustres homines magnopere sunt admirati. Hieremiæ 10. *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.* Amos 9. *Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen illi.* Iob 37. *Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Qui præcipit niui, vt descendat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.* Plinius, *Quid esse admirabilius potest aquis in cœlo stantibus?* D.Gregorius Nazianzenus libro 3. de Theologia, *Qui aquas ligat in nubibus eo temperamento, vt partim quidem supra nubes sistat tanto miraculo fluxæ naturæ verbo cohercitæ, &c.* vbi & incomparabili eloquentia & copia, alia multa ad hanc rem pertinentia scribit.

Solutio ad nōnulla, quę huic opinioni obijciuntur.

Quoniam verò duo præcipuè sunt, quæ huic commentario facescere negotium possunt, alterum quidem verbum Opificis: *Fiat*, quod non videtur aptari aeri posse, qui vnà cum cæteris elementis, & corporibus, quæ Mundum constituunt, prodijsse primo temporis momento, aliàs diximus, siquidem (vti D.Basilius ait) commemoratis extremis, cælo & terra, etiam intermedia his corpora Moses comprehendit. & reliquum vox illa, *Firmamentum*: quoniam non satis apparet, quomodo, aut cur hæc nomenclatura data aeri in præsenti fuerit, qui fluxilis, fusus, ac tenuis est. Ea propter sunt qui dicunt, verbum *Fiat*, non esse referendum ad substantiam, & consistentiam aeris: antea enim creatus cum cæteris corporibus prodierat, vti dictum est, licèt Esdræ 4. dicatur, *Spiritum firmamenti secunda die creasti*: aut enim commodè interpretanda hæc verba sunt, aut certè tanquam veteris ægroti somnia, parum curanda. Proinde sentiendum existimant, vt ad nouum modum, nouamque qualitatem, quam Opifex aeri indiderit, referendum denique sit: sic enim & facere alicubi diem, est, diem ibi manere. Iacobi 2. facere iudicium, & iustitiam, est rectè iudicare, hoc est, vnicuique quod suum fuerit, tribuere: facere misericordiam misereri; facere sermonem, alloqui; facere vitulum, coquere, Gen. 18. & sacrificare, Exodi 10. Itaque certissimum est, hoc verbum crebrò ad aliud quidpiam quam ad substantiam ex auctorum Sanctorum intentione respicere. Porrò autem existimat Steuchus imperitiam septuaginta Interpretum effecisse, vt vox Hebræa fuerit Firmamentum reddita, aut solidum: illa enim est *Rachia*, quæ rem, inquit, raram perfluentem & extensam qualis aer est significat. Quanquam etiam commoda ratio subest, cur hoc elemētum recté dicatur ac tempestiuè firmamentum, quoniam tantam vim consequutum (inquit)

à Deo

à Deo est, vt licèt magnopere obnoxium commotioni,& agitationi sit, nulla tamen vetustate, nullaq; temporis iniuria sit resolubile, sed perenniter consistat.

Et hæc quidem ex multorum monumentis quantum potui pressiùs & luculentiùs ego ideo exposui, ne quid præterirem, quod ad hanc firmandā opinionem cæteris sanè superius à me commemoratis longè probabiliorem faceret. Et quoniam vsque adeò hæc sententia ijs placet, vt aut stolidos, aut contentiosos eos existiment, qui ab ea desciuerint, cùm & Scripturæ sanctæ,& ratio humana, ac denique sensus (quem in hoc genus rebus dimittere insania Aristoteli est) suffragium (etiam mira quadam consensione) tribuant. Sed & D. Aug. lib. 2. super Genesim eam non improbasse videtur: & S. Thomas in Summa: vbi quod à patribus de sex dierum operibus controuertitur, vt erat religiosissimus,& humillimus, aut nihil fermè sua censura definit, sed vtrinque Academicorum,& scepticorum in morem argumentis respondet, aut certæ opiniones conciliat: huic parem cum cæteris locum concessit. 1. q. 68. art. 1.

Opinio Authoris.

Sed licèt hæc opinio speciosa mihi admodum esse videatur, & partim etiam vera,& quæ si nulla essent alia sanctarum Scripturarum loca præter hunc quem examinamus, non facilè posset repudiari: nihilominus sentio aliud quidpiam nobis in præsenti Spiritum sanctum præterea exposuisse, quàm hoc solum quod de aere dictum est, atque esse id lōgè admirabilius,& cuius voluerit, vt fidem nobis faceret hoc aeris admirabile, quod expositum est,& tam crebrò perspicimus. Vnde nemo est, qui non ita syllogizari, ac excurrere facilè possit, si aquas natura graues & fluxiles, aer corpus rarum & permeabile imperio Dei fortiter sustinet, ne temerè decidant, aut labantur: cur cæli, eius imperio, sustinere aquas tamdiu non poterunt quoad illi visum fuerit, licèt quoque alterius illi naturæ ab elementis fuerint, & aquæ illæ graues vnigeneæq; cum nostris? Hoc hoc illud est, quod superat cogitationem omnem, omnemq́ue sua magnitudine excellit intelligentiam: vt scilicet posuerit Opifex, super veros & altissimos cælos, nostrates aquas, quod ei tam facilè profectò fuit, atque cætera omnia quæ facillima videntur. & hoc quoque Mosem nobis nūc exponere arbitror, simul cum eo quod de aere hucusque dictum est; vt hunc vtrique sensum hæc eius verba habeant: Fiat solida & vigorosa tota corporum molles à primo mobili ad Oceanum,& terram vsque; & sanè ita, vt aquas vtrinque tangat à conuexa scilicet,& à concaua sui parte, hoc est, supernis ambiatur, & infernas ipsa similiter ambiat, nec interim fatiscat. Amplius, fiat,& hæc quoq; eius infima portio ita solida, quæ aer est, vt tanquam interstitium, & paries quidam supra sui partem aliquam, aquas, pro oportunitate locorum, & viuentium ferat, ac deorsum maria complectatur, ac nunquam tamen defluat. Vtrunque enim miraculum arbitror nobis Spiritum sanctum in præsenti exposuisse, de quorum tamen alterutro, antedicti doctores cogitasse, non nisi videntur.

Sic D. Ioann. Chrysostomus, & Patres fermè, loquatur.

Et profectò quantum ad primum pertinet, erit hoc vnum (in re, ni fal-

M 2 lor,

lor, perſpicua, & à pluribus conceſſa) ſatis efficax argumentum: quia communis ſententia eſt, Moſem hoc loco omnium rerum geneſim narrare, quæ præcipuè in Vniuerſo habentur, ac ſenſibus ſunt palàm expoſitæ. Sunt autem impreſſiones, quæ in ſublimi fiunt cumprimis admirabiles & ſenſibus obuiæ: non igitur in hac œcumenica geneſi illas prætermiſit. Atqui nullum de his alibi verbum fecit: de illis igitur nunc etiam loquitur, cùm ait, *Et fecit Deus Firmamentum in medio aquarum*. Sed quia (vt arbitror) hoc mihi pij omnes facilè dabunt, ad aliud quoq; probandum, quod eſt multò difficilius propero.

Explicatur D. Auguſt. locus.

Et quia non deerunt eruditi, qui me verbis Diui Auguſtini tritis & peruulgatis, libro ſecundo ſuper Geneſim ſint aggreſſuri; quoniam totus in re hac à potentia & voluntate Dei pendeo, ac nullam mihi ſubeſſe rationem naturalem idoneam fateor, cur hoc ſummus rerum Opifex fecerit: ea propter illis mihi reſpondendum antea eſt, & poſtmodum rem ipſam probare aggrediar. Sunt autem hæc fermè D. Auguſtini verba, *In operibus ſex dierum, quibus natura inſtituta eſt, non quæritur quid Deus facere poſſit ſua virtute; ſed quid rerum patiatur natura, & quid eis conueniat*. dicam, inquam, antea ad hæc: quoniam (vt ſentio) huius Doctoris verba locum in præſenti non habent, ſicut ne alibi vſpiam, vbi Scriptura ſancta, diſertè feciſſe Deum aliquid ſcribit, quod communis rerum natura non fert, nonque ei conuenire generatim videtur: ſicut cùm Iordanem retrorſum fluere fecit, vndas Arabici ſinus ſiſtit, Solem firmauit, ac etiam retrorſum regredi iuſſit. In his vtique non quid rerum natura ferat; ſpectandum eſt, ſed quid potuerit Opifex facere, & voluerit. Nam & idem Diuus Auguſtinus alibi dixit, *In rebus mirabilibus tota ratio facti, eſt potentia facientis*. Fateor profectò parùm in doctrina ſancta promouiſſe eos, qui rationibus paſſim relictis, aut etiam contemptis ad potentiam Dei tanquam ad certum, & tutum aſyllum, vbique ſeſe in Theologia recipiunt, & nihil aliud inueſtigandum præterea eſſe arbitrantur. In his Gulielmus Ocham princeps Terminiſtarum creberrimus eſt, teſte Ioanne Capreolo, ſecundo, diſtinct. ſecunda. quæſtione ſecunda. contra quartam concluſionem ad nonum Gregorij. Nec Auguſtinus ſolus. ſed alij quoque Patres hoc genus Theologiæ ſpreuerunt: etenim & D. Gregorius Nazianzenus in priore ad Calidonium, ita loquitur: *Si ab his rationibus deturbati eò confugiant, & dicant Deum poſſe etiam ſine mente hominem ſeruare; poteſt vtique etiam ſine carne, vel ſola voluntate, ſicut & alia omnia quæ effecit corporaliter: tolle ergo vnà cum mente carnem quoque, ut omni ex parte perfecta ſit tua amentia*. At verò vbi Scriptura hoc, aut illo modo Deum effeciſſe aliquid manifeſtat, qui repugnare particulari rei naturæ videtur, (quanquam nihil reuera agit Deus, quod eſſe contra naturam dici rectè poſſit) quid aliud, cedo, Theologus facere poteſt, quam ad potentiam, & voluntatem Dei totus confugere? Quam crebrò veteres pariter, ac recentes Doctores hoc factitaſſe lector accuratus perſpiciet. Sed expedit

Vide Theodoretum in primo Dialogo.

D. Am-

D. Ambrosium hoc loco ita scribentem audire, *Non ergo secundum elementorum naturas, non secundum Philosophiæ traditiones, & inanem seductionem verisimilia colligentes, sed secundùm Christum, qui omnia quæ voluit fecit*. Hem audis vbi sese in re hac S. Ambrosius recipit? ac similia profectò quædam D. etiam Basilius, & prisci patres docent. Nec illis simul & mihi quisquam reponat, nos hic rerum naturas explorare non miracula, aut, vt loquitur D. Augustinus, admirabilia. Respondebo enim etiã ex eorum sententia, totam hanc rerum genesim esse miraculum, & omniũ admirabilium maximũ, & multa in ea disertè narrari, & intelligi, quæ particularibus rerum naturis nedum non videntur consentanea, sed aliena & contraria; sicut quòd aquas discooperire terram Opifex, ac ab ea degluben da abstinere iusserit; & ignem in sua sphera cum cælo perenniter conuerti, & aerem sustinere aquas, ac id genus plura. Sed inquies, causam esse notam in his omnibus & perspectam: at verò cur supra cælos locauerit aquas, causam esse abditam: quæ omnia & ego non modo fateor, sed doceo & contendo: vt hoc tantum inter insigne, hoc admirabile, & illa vulgata mirabilia reuera intersit, licet hoc non minus quàm reliqua omnia in vtilitatem hominum, & vniuersi ornamentum esse non dubitem. Nec enim quidpiam ociosum, aut superuacaneum tantus Opifex egit: qui si dedisset astris vim progressiuam, organa quoq; eis tribuisset, quibus progrederentur. Verùm non sunt nobis rerum causæ omnes perspectę, ac notę, quæ & fortè ab Angelis probè intelliguntur (vt non obijciat Auerroista dari intelligibile quod non intelligatur. 2. Meta. Com. 2.) Nam causæ quæ hucusque allatę sunt, cur super cælos aquam Deus posuerit, leues admodum (me iudice) sunt, nec subsistunt, nec grauem aliquam coniecturam faciunt. Quare rectè profectò & scitè Magister in 2. d. 14. dixit, *Quales autem & ad quid conditæ illæ aquæ sint, ipse nouit qui condidit*. Et si enim exposuit hoc nobis disertè Scriptura (modo serio, ac diligenter perpendatur) esse ibi veras aquas (vt ego sanè puto) non tamen explicat quales, hoc est, num fluxiles vel concretæ tenues vel crassę, nec in quem vsum, aut finem ibi positę fuerint. Proinde liceat videre quam fuerit emunctæ naris. Hieronymus Magius libro 2. de Mũdi exustione, & die Iudicij, cap. 5. qui se admirari ait, cur Magister hæc dixerit; quem non fuisse indoctum pronunciat, vt eius ętas ferebat, (sic nostræ tempestatis erudituli de veteribus grauissimis & doctissimis Theologis honoris causa fermè loquuntur.) subditq; posse plausibiles rationes illius collocationis afferri, quas ex Iosepho, & Ioanne Pico in Hetaplo mutuat: & nos quantũ satis visum est, superius eas adduximus, & vna cùm cæteris repudiauimus. Et non dubito meliora ingenia quæ eas oẽs inter se comparauerint, pronunciatura has quæ ab hoc doctore afferunt, cæteris esse minoris ponderis, ac momenti: qui & postea conatur argumẽtis à naturis rerum petitis euincere, eas non posse proprias & elementares esse. Quæ profectò argumenta cum ad potentiam Dei res comparantur, mirum est, quomodo inania sint, putida & contemptibilia: vt proinde admirari non desinam, cur Franciscus Forrerius in Esaiam cap. 40. hunc auctorem doctè confutasse hanc opinionem dixerit: nisi fortè

respexerit ad illos opinãtes Forrerius, qui à rerum naturis particularibus, ac notis nobis & perspectis, eam propugnare frustra voluerũt, quos & nos superiori lectione repudiauimus.

Consilium Auctoris in hoc problemate.

Expedit igitur, humanas tenebras & nostram ignorantiam candidè accusare, quàm ad hanc sententiam persuadendam inanes proferre rationes: sic enim & intelligunt omnes, sola nos Dei dicentis auctoritate niti, & viri doctissimi, qui Philosophi nuncupantur esse quidem nos credentes intelligunt cùm hęc asseueramus, non autem ridiculos, aut qui Christianam fidem Ethnicorum ludibrio exponamus: quod certè S.Thomas nos facere grauiter, & prudenter in hoc genusproblematis consulit. 1.46.2. Nam & Spiritus sanctus ait Ecclesi.3. plurima supra sensum nostrum fuisse nobis reuelata. Et fatentur viri doctrina eminentissimi, ingenijq; incomparabilis, nostræ religionis præcipua dogmata comprehendi non posse. Ac nemo vestrum est, qui non intelligat multa esse in natura, quorum causæ proprietatesq; abditæ prorsus & occultę sint. Stellæ certo quodam, ac diffinito numero sunt: at quis vnquam hominum numerum illum est assequutus? rursum, beneficæ omnes hominibus sunt, & aliquo vsui (alioqui quomodo eas propter hominem, vt reliqua entia omnia Opifex effecisset?) at quis (cedo) stellarum proprietates & functiones probè vnquam intellexit? Sed quid? quod Eccl.8. ita Sapiens loquitur, *Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub Sole.* Hæc in eam gratiam latius quàm soleo persequor, vt inde tanquam à certissimis rationibus demõstrem, caligare & falli eos magnopere, qui ita ratiocinantur. Non apparet in quem vsum aquæ elementares super cælos positæ fuerint. Amplius, & rerum naturæ hoc non patiuntur: figmentum igitur hæc positio est. Rectè quidem hæc omnia dicerentur, & consequentia, (vt ille ait) plausibilis esset, nisi verbum Dei obstaret, præsertim iuxta veteres sanctos fermè interpretatũ, qui aquas (vt cogor sępe repetere) vnius cognationis & naturæ cum nostris locari, ac existere super cælos in his verbis intellexerunt: *Et fecit Deus Firmamentum in medio aquarum, & diuisit aquas ab aquis.* Sed in ea sumus Christiani calamitate hoc tempore, vt ex nostris plures (si tamen ex nostris dici merentur) à primo iuuentutis flore assuescant sanctam antiquitatem, non reformidare, tanquam videlicet ad eos pertineant, quod oratori Quintilianus lib.1.cap.2.15. ita consulit, *Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Rep. viuendum est, assuescat à puero non reformidare homines.* Sed iam ad eum Scripturæ locum me conuerto, qui in hanc me traxit sententiam, & doctissimis quoque viris visus est potentissimus, quem & proinde accuratius aliquanto examinabo.

Pręcipuũ fundamentũ opinionis Auctoris.

Hic verò est, Psal.148. qui ita loquitur: *Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.* Inuitat Dauid, & accurato quodam studio excitat omnes creaturas ad persoluendas creatori gratiarum actiones, & in cœlestes quas vocat in excelsis, ac in subcœlestes quas de cœlis appellat, methodo pulcherrima distribuit. Nec enim eadem aut æqualia dona creator illis omnibus tribuit, sed maiora cœlestibus, minora infernis. Porrò autem

tres

tres Iuuenes in fornace positi hæc nobis ita tanquam compedio exposuerunt, *Benedicite omnia opera Domini Domino*: nimirum quæ & subtus cælos, & in excelsis sunt. *Laudate eum omnes Angeli eius*, à creaturis quæ in excelsis sunt, exequi quod proposuerat auspicatur; & primùm equidem Angelos tanquam nobilissimos & certissimos, in laudem Creatoris accersit: *Et omnes virtutes eius*, siue vt Pagninus, & Fęlix legunt, *Omnes exercitus eius*. Sunt enim cælestes illi ac beati Spiritus innumeræ multitudinis, ac Deo tanquam instructissimæ acies perpetuò militant *Laudate eum Sol & Luna*: hæc enim sunt luminaria magna & præcipua, ac veluti stellarum principes: *Laudate eum omnes stellæ, & lumen*: seu luminosæ, & epithetum est stellis accommodatissimum, ab eo scilicet desumptum, quod est hominibus notius, & quo à partibus orbium reliquis potissimùm distinguuntur: quæ cùm rariores stellis sint, regerere radios à Sole illis emissos non possunt, atque ideò non splendent. *Laudate eum cæli cælorum*: hoc loquutionis genere Hebræi tanquam periphrasi quadam exponunt rerum de quibus verba faciunt, magnitudinem & præstantiam. sic Cantica cantic. præstantissima, & locum prophanis separatissimũ, abditissimũq; Sancta sãctorũ nuncupabant: vt proinde nemo non intelligat, quæ corpora *Cæli cælorum*, in præsenti Propheta dixerit, nimirum præstantissima, & quæ corporibus sui generis reliquis supereminent, atque adeò loco etiã ampliore sita. In his enim tanquam insignioribus, & quibus cętera quæque fermè ambiuntur, cælos alios omnes, & sublimia omnia corpora & complectitur, & alloquitur: hæc verò quæ alia, rogo, esse possunt, nisi quę stellarum, & errantium syderum globis sunt superposita, si qua tamen superponuntur? quæ quot numero sint, nondum etiam à doctissimis Astronomis est aut definitum, aut comprehensum. Ergo cum tres Iuuenes simpliciter dicunt, *Benedicite cæli Domino*, vel oratio emphatica est, vt sensus sit, *Benedicite illi cæli*, videlicet amplissimi, & eminentissimi, quos cælos cælorum dixit Dauid; vel certè ad omnes cælos absque discrimine sermonem extendunt. *Et aquæ omnes quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini*. Quis hîc non videt super quos cælos sitas fuisse aquas ab Opifice Propheta explicat? contextus certè, ac ipsa verborum series nos cogit intelligere, vt super illos positas fuisse dixerit, quos iamiam cælos cælorum, hoc est, reliquis celsiores sublimioresque vocauerat. Non igitur super solum aerem sitæ aquæ sunt, ut Aben Esra & reliqui existimant: sed super altissimos quoq; cęlos. & est profectò hic Dauidis versiculus illustre quoddam commentarium verborum Dei, quæ perpendimus, *Fiat Firmamentum in medio aquarum*: vt proinde mihi uideatur esse contentiosi, & proterui ingenij, aut certè minus ad diuinos sensus capescendos idonei, affirmare aerem hic *Cæli cælorum*, nomine apud Propheram uenire, præterquàm quòd meminisse oportet Dauidem nunc in excelsis esse, hoc est, in parte superna. at uerò aer in inferna situs est, & quam de cælis in epigraphe vocauit. Porrò autem quod subdit, *Quia ipse dixit, & facta sunt. ipse mandauit & creata sunt*, subintellige non naturę necessitate, aut indigentia, sed electione & suę impertiendę bonitatis causa: & hoc quidem supernis,

cælestes, euincitur falsa: sicut & permultis illis rationibus quas superius congessimus, & planè disposuimus, & quibus eorum quoque explosa à nobis sententia rectè fuit: qui aut secundum parabolam, vel allegoriam, aut secundum metaphoram potius, supra veros & sublimiores cælos aquas collocarunt.

Sed illud minimè præteribo nunc, quod me tractaturum superius pollicitus sum. Hoc verò est, frustra ac immeritò Augustinum Steuchum in sua cosmopeia, venerandos septuaginta Interpretes reprehendere, qui Hebræam vocem *Rachia*, siue *Raquiaa*, vt legit Hieronymus ab Oleastro, aut postremo *Rachijaa*, quomodo scribit Glossa (nisi sint exemplaria corrupta) stereoma verterunt, quæ firmamentum veteri nostro interpreti est, recentioribus verò solidum. Vt verò hoc demonstrem, illud mihi antea capio, quod communi consensione probari & laudari video, eam vocem Hebræam extensionem quandam significare. Et quoniam multis modis extendi res solent statuendum mihi primùm esse videtur, quæ, qualisque hæc extensio fuerit, etenim absque rei huius intelligentia tota hæc perscrutatio cæca esset, & labores nostri cassi. *Defenduntur Septuaginta ab accusationibus Steuchi.*

Ergo quattuor modis extendi res solent, sicut Caietanus dudum rectè obseruauit: videlicet rarefactione, quod aquæ contingit cùm calore ebullit, & intumescit: incremento, quomodo plantæ & animalia sensim corpulentiora fiunt, contusione, sicut metalla, quæ opera, & malleis artificum latè extenduntur, ac postremo explicatione, siue expansione, quomodo aulea tentoria, & vestes præsertim verò cùm complicatæ aliquandiu manserint, & aeri explicantur, expanduntur que vt euentilentur. Quæritur itaque nunc, qualis hæc extensio fuerit? Et Hieronymo quidem ab Oleastro visum est, vocem Hebræam illam in præsenti significare extensionem ad modum laminæ malleis deductæ, atque adeò tanquam contusione, quæ certè res si esset, nemo nec Septuaginta reprehendere iure posset, qui stereoma dixerunt; nec nostros, qui solidum, & firmamentum Latinè verterunt. Sunt enim metalla solida, & multis rebus etiam firmiora. Accedit & Iobi 37. apposita ad hanc rem metaphora, hoc est, his quæ fert Lusitanus magnopere consentiens: ait enim cælos fuisse quasi ære fusos solidissimos. Verùm enimuero non fiunt hæc mihi verisimilia, vt proferam quod sentio. Primùm quidem, quia Dauid Psal. 103. indicat eam fuisse expansionem. nam ait, *Extendens cælum sicut pellem*, aut etiam quomodo legunt Pagninus, & Fęlix, *Sicut cortinam*. Porrò autem pelles, & cortinæ extenduntur explicatione, & expansione, non contusione. Rursum, nullum perspicuum dum perspicuum manet, ductile est, ac præterea nullum ductile, est perspicuum. Vitrum enim cùm liquescit & ducitur, desinit esse perspicuum, porrò autem corpora quæ firmamenti nomine venire existimantur, cęli videlicet & aer, perspicua sunt: non est igitur apta similitudo, quæ extensa ea fuisse ait ad modum laminæ malleis deductę. Amplius causa, quàobrem metalla *Hiero. ab Oleastro opinio.* *Reijcitur illa opinio.*

contusione

contusione deducuntur, humidum vnctuosum est: nam qua humidum est, ictibus & percutienti cædit; qua verò vnctuosum prohibet, ne discontinuitas, aut ét intercisio facilè obrepat, quemadmodum Magnus Albertus lib. 3. de mineralibus cap. 3. scribit: at verò nec humiditas, nec vnctuositas cælis reuera adsunt: translatio illa igitur apta non est. Postremò Iob, fusionis tropo vsus est, non autem contusionis.

Opinio Caietani.

Caietano proinde magis placet, vt fuerit extensio quadantenus expansioni similis; quod nimirum Dauidis oraculum quod citauimus dicere hoc disertè videatur. Et quoniam quod extenditur, est; omnino sequitur, vt extensio hæc non fuerit alicuius substantiæ amplificatio, sed potius quantitatis expansio. Et si enim fuerint prima Mundi corpora simul ac sub proprijs formis ab Opifice initio condita, videbantur tamen esse tanquam interminata (vt ait) ac proinde oportuit, vt certa eis, ac determinata quantitas ab eo assignaretur: quod hodie illum effecisse Moses hoc loco explicat. Vult igitur hic Doctor Deum assignasse corporibus illis certam quandam quantitatem, cùm dixit, *Fiat extensio*.

Et hæc queq; Caietani opinio quadantenus nō placet.

Verùm aut ego præstantissimi huius Doctoris mentem satis non assequor, aut certè hæc inuicem non cohærent. Primùm: quia determinatam formam, determinata quædam quantitas, ac cætera accidentia omnia, quę ab ea emanant, euestigio consequuntur: quomodo ergo prima illa corpora suis specificis formis ꝑdita & absoluta erant, aut, vti loquitur, videbantur interminata? Quis hoc capiat? Secundò, si interminata aut erant, aut etiam apparebant; certè infinitatem quandam præ se ferebant: solent enim quæ tanquam interminata concipiuntur, existimari ac dici infinita. Si igitur Dei imperio corpora illa adepta sunt hodie terminum, non rectè dictum videretur ea fuisse nunc extensa, aut etiam explicata & expansa; quin potius dicendũ erat, fuisse illa cōtracta complicata & angustata. quorsũ igitur diceret Opifex nũc, *Fiat extensio*, Neq; igitur huic Doctori assentiri possum.

Opinio Auctoris.

Proferã ego proinde qđ meditatus sum, & (ni fallor) probabilius. Hoc verò est, hanc extensionem non fuisse secundùm contusionem, aut expansionem, quomodo his Doctoribus visum est; sed potius secundum incrementum non substantiæ, (quæ nec magis recipit, nec minus, & in indiuisibili sita est.) non quantitatis, & molis, (prodierunt etenim prima illa corpora omnia terminata, sicuti aliàs exposuimus, & in suis singula locis, ac sitibus collocata:) sed secundùm qualitatem, & virtutem, non ita quidem vt nullas qualitates & vires corpora quæ Firmamentum dicuntur, antea haberent: sed quòd prioribus, quas cum formis initiò receperant, hanc quoque hodie ab Opifice nacta sint; vt tantæ essent soliditatis videlicet, ac roboris, vt aquis non cederent superpositis, ac citra vllum incommodum eorum particularis naturæ eas (graues quamuis) nedum sustinerēt, ac veluti gestarent, sed ēt tanquã traditum illis depositum tandiu conseruarent, quoad illas Opifex ab eis repeteret. Extensio enim nomen verbale est, quemadmodum & calefactio, & angustatio: & solent uerbalia nomina non modò adeptionem formæ, sed eius quoque auctionem, & veluti progressum significare: sic profectò aqua calefieri dicitur, & cùm ex frigida efficitur calida, &

cùm

cùm ex calida calidior & feruentior. Nec magnorum Auctorum suffragijs destituta nostra hæc opinio est: siquidem D. Ambrosius cùm vocem *Firmamentum* perpendisset, hæc denique meditatus, addidit, *Vel quod diuina virtute firmatum sit*, indicans videlicet, sic fortè fuisse nuncupatum, quod Dei virtute & liberalitate, firmitatẽ ac robur acceperit. & huc D. Greg. lib. 27. Moralium fermè inclinat, vbi ad confirmationem ac stabilimentum Angelorum locum hunc suaui quadam accõmodatione refert. Rursum D. Dionysius Areopagita & S. Thomas dicturi paulò inferius sunt, creatorem soli præstantissimo syderi non dedisse simul vires illas omnes & facultates, quas nunc habet; sed initiò quidem nonnullas, & quarta postmodum die cæteras, quod dictu perinde est, ac sensim & gradatim: sic enim & libertatem suam palam aperuit, & intelligimus ab eo formas habere, vt hoc vel illo qualitatum genere prædita sint. & D. Ioannes Chrysostomus simile quidpiam euenisse aquis existimat, cũ dicitur superius, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* quid igitur vetat, vt hoc ipsum contigisse hodie corporibus illis existimemus, quæ Firmamẽtũ dicũtur? Et vide ex his quomodo Septuaginta apposité admodum vocem *Rachia*, verterint Græcè στερέωμα, & noster venerãdus interpres Latinè, *Firmamentum*: Extẽsio enim hæc accessione virium, hoc est, soliditatis, firmitatis, & roboris; cumprimis fuit (vt non sim reclamaturus, siquis expensionem quoque cùm Cietano hanc appellauerit.) hæc enim omnia eò protinus recidunt. Vnde quod Psal. 17. legimus *Dominus firmamentum meum*, sunt qui vertũt, *Dominus robur meum*: Alij, *Dominus rupes*, aut etiam *petra mea*. coeunt igitur in vnum facilè hæc omnia, vt proinde liceat inferre Deum ita solidum fecisse hodie aerem, hoc est, valentem, ac tanta virtute auctum & locupletatum, vt aqueas impressiones sustinere nullo negocio possit, ac ita validos illos nobilissimos cælos effecisse & sua bonitate diuites vt elementares aquas citra iniuriam, quo ad vellet, superferrent: quomodo nimirum durissima rupes, aut petra solet sibi imminentes aquas perferre, aut etiam excipere. Quare & D. Basilius, ita hoc loco ait, *Scriptura sacra hoc nomine Firmamenti, in ijs rebus vtitur, quæ robore viribusq; exuperant*. & Rupertus Abbas leui admodum ratione hæc inficiatur: sed & Sebastianus Castalio audiendus non est, cùm hanc pericopem ita Latinè loquentem fecit, *Et iussit Deus, vt existeret liquidum*: de aere enim solo dictum fuisse existimauit, quanquam & liquidum cum substantiuè capitur, aquam quoque in probatis auctoribus significat. Sed nec D. Gregorius Nyssenus rem assequutus, mea tenuitate arbitra est, qui stereoma vocari dixit, non simpliciter, sed incorporearum rerum comparatione, arbitratus videlicet extensum cum solido haud multum conuenire: Cælos igitur supernos, & aerem qui cælum infernum est, rectè ac per metonimiam, Firmamentum nostri vocarunt. Vt proinde & Steuchus immeritò reprehẽderit Septuaginta. & nos mutare vocem in Ecclesia iampridem receptam, & vulgatã minimè debeamus. Rursum, & hoc eruditos non latet solere septuaginta Interpretes haud raró Hebræas voces magis apertis & rem de qua dicuntur, significantius exponentibus vocabulis tanquam paraphrastes aperire, & illustrare: in quo etiam munere specimen diuinitatis

nitatis quoddam permultis exhibuisse visi sunt. Amplius & interesse plurimum, vnde & à quo nomen aliquod captum initiò fuit, & illud ad quod significandum communi veluti consensione & longo vsu accomodatum deinceps est: & hæc quidem in hac salebrosa, & difficillima materia probabiliora mihi videntur.

Nam quod ille Hieronymus Magius opinatur (cum præfatione tamen) Mosem ex vulgi sententiã, aquas dixisse super Firmamentum euectas fuisse, caue diligentissimè ne ullo vnquam tempore tibi in animum subeat: etenim falsum esset, quod ait, *Et dixit Deus, fiat Firmamẽtum in medio aquarum*, & quæ sequuntur, si hoc reuera non fuit. Rursum, non tam plebis institutor & doctor esset, quàm à plebe ipse institutus, & doctus: ac postremò concutit hac sententia & planè diruit hanc historiam totam, & spirat Ethnicismum.

LECTIO XV.



ET *dixit Deus, Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, ad locum vnum, & appareat arida.* Et si summus rerum Opifex vno momento cælos & elemẽta, quibus hic sensilis Orbis præcipuè integratur, effecerit; non eodem tamen momento ornauit & expoliuit, sed sensim atq; gradatim; vt mirum proinde non sit, si natura, & huius emula ars, sua opificia initiò rudia faciunt, & postea Vrsarum in morem lambendo paulatim efformant. quamobrem & D. Aug. lib. 12. Confess. cap. 3. dicit, informe semper origine formatum præcedere. Vnde & Plato, qui vilissimos hominum imitatores existimat, & Horatius qui eos seruum pecus appellat, naturæ, artisq; exemplis, facilè reprehendi possunt, quæ Deum quo ad illis licet, & possunt referre, imitarique conantur; aut certè adumbrare. Rectè igitur, ac tutò artifices eos homines quos insignes & præcellentes in re illa quam consequi cupiunt, communis consensus habet, imitari prosequi & (si valeant) exprimere ad viuum satagunt, ac laude potius quàm inuidia & accusatione digni sunt, licèt eorum gloriam non attingunt, qui rerum artiumque ac disciplinarum inuentores habentur. Trita sunt Hesiodi carmina, quæ Aristoteles 1. Ethicorum. cap. 4. citat:

Contra Platonem & Horatium.

Optimus ille, potest qui ex se cognoscere cuncta.
Ille bonus, monitis qui aliorum obtemperat: at qui, &c.

Itaque cùm prima die formatione lucis superna, infernaq; corpora simul Deus ornasset, secunda media corpora inter primum mobile & Oceanum veluti roborauit, vt idonea essent retinendis aquis; ac deniq; tertia, (in qua sumus) geminum elementum, aquam videlicet & terram, ornaturus, suum antea assignat locũ aquis, iubetq; *Vt congregentur quæ sub cælo sint ad locum vnũ.* Quæ sanè verba minimè perpendã, nisi antea exposuero cur Moses cùm vbique post consummationẽ singulorum Dei operum, diei primi nimirum tertij, quarti & sexti dixerit, ea Deum vidisse bona esse, hoc

Cur secundæ diei opus non fuit ab Opifice bonitatis laudatum.

se, hoc nihilominus in opere secundæ diei dicere omiserit? Quæro igitur cur hac honoris prærogatiua solā diem secundā carere Opifex voluit. Nec enim silentium hoc scriptoris incuriæ, aut oscitantiæ potest adscribi. D. Hierony.in Aggeum cap.1.& lib.1.contra Iouinianum,ac denique in Apologia constanter existimauit numerum dualem in sanctis Scripturis frequenter ac manifeste improbari, quod ab vnitate diuidat, ac primus recedat:etenim & animalia immunda cuiusque speciei non nisi bina ingredi in Arcam iubentur, & munda septena. Gen.7.Et proinde mirum non esse,ait,si non fuit hoc loco numerus hic laudatus. Sed quanquam me non fugit Maiores nostros omni laude dignissimos,arbitratos fuisse numeros in sacris litteris grauidos esse, aut certè refertos multis arcanis ; & in eis eruendis magnopere crebro laborasse;vnde factum id in vniuersum reprehēdere, summæ esset temeritatis & ignorantię non dubito tamen importasse illos aliquando ex Pythagoræ,& Platonis scholis in sacrarum litterarum commentarijs placita quædam , quemadmodum & nos ex Peripateticorum Lycio, fortassis plus iusto plura & frequentius quàm par est: in quibus tamen solutum manere debet vnicuiq; legenti iudicium, quod & iampridem admonuit S.Thomas.1.d.14.art.2.cum in id genus rebus, hoc est,quas de Philosophiæ penu veteres promunt, tanti eorum auctoritatem faciendam esse dixit, quanti illorum Philosophorum placita, quos sequuntur. quæ grauissimi Doctoris censura , de eo quoque nos patenter admonet, quod agere multò magis cum nouitijs Doctoribus debeamus qui ingenio , eruditione ac vitæ sanctitate priscis profectò, aut æquandi, aut etiam comparandi generatim non sunt.Porrò autem cum Plato in Epinomide tanti numerum fecerit,vt artes fermè omnes,eo sublato, existimauerit e uestigio euanescere ; ac præterea cum Pythagorici geminam rerum omnium classem fecissent. 3. Phys.Com. 13. inque earum altera & bonū & numerum imparem statuissent, & in reliqua malum ac numerum parem ; inde nonnullis impar numerus absolutè in precio vbique fuit, & dualis seorsum immundus euasit:cùm tamen hic primus numerus sit , & proinde hac ratione cæteris venerabilior . & Lucæ 10. iubentur Discipuli ire bini, & Ecclesi.cap.4. dicitur, *Veh soli,qui si ceciderit, non habebit sublevantem se,si fuerint duo; sese mutuo fouebunt:*& Charitas, *quæ est vinculum perfectionis*.Col.3.decernit? duobus pceptis absolui, dilectionis Dei videlicet & proximi,Matth.22. Sed & præterea,si numerus hic immundus est,quòd ab vnitate recedit,vt fermè assignatur in causa(quapropter & Pythagoras apud Diogenem Laertium inde existimabat illum tanquam materiam effici,aut etiam tanquam mulierem, sicut Macrobius lib.1. in somnum Scipionis loquitur) erunt immundi magis ternarius, quaternarius,& reliqui postremo omnes, qui ab ea longius progrediuntur. Nec ad rem facit quod ab vnitate diuidat, cæterisque prior ab ea recedit ; etenim, nec tam longè quoque abit : & S.Thomas in Epistolam ad Hebræos capitulo decimo, omnes numeros ad denarium vsque imperfectos esse affirmat quem & perfectum inde esse existimat,quòd ex partibus aliquotis consurgit , & terminus est omnium numerorum, 2.2.q.87.1.& nihilominus omnium maximè

D. Hieronymi opinio.

Dubitatio contra D.Hieron. opinionem.

maximè ab vnitate recedit numerus binarius. Itaque indifferens (vt arbitror) est & vt aliquando malum ita etiam aliàs bonum significat: quod & D. Aug. super Ioannem cap. 5. illis verbis patenter, ac meliori iudicio explicat, cùm ait, *Binario ergo isto numero cùm aliquid boni significatur maximè bipartita charitas commendatur &c.* Probabilior igitur responsio est vt vel clausula hęc, *Et vidit Deus quod esset bonum*, in priscis codicibus Hebræis, similiter hoc loco atque alijs in locis scripta haberetur: nam & Septuaginta eam in sua versione habent, & D. D. Ambrosius, & Chrysostomus illã interpretantur, vel certè à laudando secundæ diei opera ideò Opifex abstinuerit: quoniam non fuerit nisi tertia die à se absolutum. Dum enim inchoasset aquas digerere, & certis in locis distribuere (qua dispositione aptabantur homini cæterisq; animantibus, Elementa, & venustatem admirabilem orbis consequebatur) supremam tamen manum tanto operi nonnisi tertia die imposuit, ac terram à naufragio liberatã, vt D. Ambr. loquitur herbis, arboribusq; vestiuit. Quamobrem vides in huius diei expositione bis dici Deum vidisse esse bonum, iuxta geminum nimirum hoc opus quod factum fuisse scribitur, idest, & iuxta distributionem, assignationemq; locorum aquis, ac præterea quod terrã plantis vestiuerat. Et hanc esse Rabbi Salomonis & Hebræorum communem responsionem ex nostris viri docti multi testantur, eiq; subscribunt.

Itaque absoluturus inchoatam aquarum dispositionem, quam pridie Deus fœlicissimè inchoauerat, ita nũc loquitur, *Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locum vnum*, Dixit, *Quæ sub cœlo sunt*, ad differentiã aquarum quæ & supra cælum collocauerat, & in aere, nubium videlicet, & id genus aliarũ rerũ quæ in sublimi gignuntur, quibus quoq; locum vnum assignasse videri potest, totum nempe aerem, aut certè mediam eius (vt vocant) regionem. Physici enim vniuersum aerem in tria interualla, seu interstitia, partiti iampridem sunt, quorum supremum vicinitate sua ad elementum ignis existimãt iugiter flagrare, & æstuare, in quo & cometæ, capræ saltantes, & igniti reliqui vapores visuntur: ad quod nec Olympus, nec mons alius reuera vspiam in tota terra pertingit: Et si enim de Olympi altitudine multa scribantur, ac præterea in insula Tamena, quæ vna est ex Canerijs (vulgo dictis fortunatis) montem tantę altitudinis esse ferant, vt cacumine fumum semper emittat, medio niuibus sit onustus, ac imo vireat: non tamen, aut Olympus vsque adeò attollitur, aut huius Taneriæ montis cacumini hoc cõtingit, quod calore vicini ignis, vt existimãt quidã, soluat: sed magis exhalatione quadã perenni, quæ ideò per superiora tota fertur, quòd mons latior sit in medio, quàm in apice, & rursum latior adhuc in radice, quàm in medio, atque adeò latera à centro plurimum distent. non igitur ille, aut alius mons flagrantissimum id interstitium attingit. Sed & secundum interstitium est infimum hoc interuallum quod incolimus nos, & radiorum Solis repercussione à terra tepidum fit, & vsui viuentium est cũprimis accommodatum: ac deniq; tertium id quod inter hæc medium dicitur quod obscurum faciunt, & frigidissimum, nõ natura (aer. n. totus natura calidus est, quamuis Cardano lib. 2. de subtilitate, & ante hunc alijs quibusdam

Nullus mons interstitium incentiuum attingit.
Solinus cum primus & alij.

Sic sanè et Cardanus existimat. lib. 1. de varietate. c. 4.

quibusdam frigidissimus sit) sed extremorum comparatione, & alijs de causis quas consulto prætereo (quod nónullę quidem earum ambiguæ mihi sint) & nubes, niues, & grandines, & huiusmodi in medio gigni volunt. sed esto hæc ita sint, vt rō sanè esse fert, non tñ nubes & pluuiæ vni prouinciç iugiter imminēt, aut in vna aeris nobis cōspicua parte perpetuo insidēt nisi fortè Cimmerijs; sed hic vel ibi prout mortaliū cōmoda Dei prouidentia vidit exigere. Quapropter, aquæ cælestes non sunt iussę abire in locum vnum. Et rursum, quoniam in gemino loco antea dispertitę fuerant (sicut diximus) super cælos altissimos nimirum, & supra aeris partem aliquam; vt nemo proinde causam quęrat, cur etiam cælestibus iussum non fuit, vt in locum vnum abirent, subcælestes igitur solæ in vnum locum, hoc est, in vnam sphęram omnibus hominibus obuiam & notam quam & Oceanum fermè vocant in præsenti iubentur abire, mansuræ ibi perenniter: nec sanè quia in varijs locis tunc essent dispersæ, sed quia cum totam terram ambirent, ac tegerent, cuncta fermè loca occupare sub cęlo videbātur.

Secesserunt ergo ab amplissimo illo loco in præsenti, & compactæ partim quidem in Oceanum & Meditarraneos sinus, partim verò intra terrę viscera abditæ decurrerūt, ac proinde in angustias desuper redactæ euestigioq; terra vtrinque emergere, ac prominere arida visa est, quæ illis antea vndique operiebatur (vt dixi) ac *Tōu va bou*, inanis, & vacua, siue incomposita, & *Aroatos*, hoc est, inuisibilis erat: Latebat enim hęc tanquam Thesaurus ingens quidam sub aquis (non profectò qui esset, sed qui futurus paulò postea erat) & latebat Mundum Dei sapientia. atqui Ecclesi. 10. dicitur, *Sapientia abscondita, & Thesaurus inuisus quæ vtilitas in vtrisque*? Proinde Opifex dixit, *Congregentur*, hoc est, coangustētur, *Aquæ*, ac veluti Forerius in Esaiam cap. 28. ex verbo Hebræo adnotauit, ratione quadam veluti Geometrica circumscribantur, aut etiam Arithmetica quod Boetius cecinit: *Tu numeris elementa ligas.* *Terra Thesaurus.*

Et certum hunc, particularem locum obtineant, *Et appareat arida*: etenim plus nimium madida & aquis pota, nullo vsui mortalibus esset. Creauerat autem eam præcipuè Opifex, sicut & reliqua corpora, ut mortalibus prodesset: eam proinde supereminere aquis quibusdam in locis uoluit: quāobrem & Psalmus 134. bonitati, & gratiæ Dei opus hoc maximè adscribit: Nec enim dixit qui *Firmauit terram super aquas*, sed *qui extendit, aut etiam expendit terram super aquas*, cum nimirum natura deberet tota subsidere cum grauissimum omnium elementorum, atque crassissimum sit, & proinde medio axe libratum: quamquam & si firmauit dictum est, sensus planus est firmam, ita eam fecit ut quasi in aqua requiem habeat (& de terrę parte sermo, est quæ eminet aquis) ac nunquam mergatur. Hæc certè causa est cur ita iusserit Opifex, quanquam & qui in solam Dei uoluntatem hoc factum reijcit, non propterea Deum uituperat, sicut Cardanus lib. 2. de subtilitate calumniatur: enimuerò hoc dictū non est, ut hic ineptè interpretatur, Deum absque ratione fecisse, sed magis summa quadam ratione, quæ tamen nobis nec perspecta sit, nec cōprehensa vnde & Dñs Matth. 2. ait, *ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te*; Cæterum parum refert, si cum

Caietano

Caietano quispiam legat, *Congregabuntur aquæ, & apparebit siccum.* nam diximus aliàs, Hebræos futuro indicatiui modi frequenter pro imperatiuo vti: quomodo hîc fuisse vsos omnes fatentur: licèt præterea & pro futuro intelligendum sit. Nam sicut D. Basilius adnotauit, ipsa aquarum natura, hoc præcepto compellente, nunc quoque currit ad mare: Vnde Ecclesiast. primo dicitur, *Omnia flumina intrant in mare.* Sed ita amœnè & eleganter locum hunc D. Ambro. Latinis verbis persequitur, vt volupe nobis fuerit eum loquentem audire: *Ex illo ergo currit aqua, fontes labuntur in fluuios in freta currunt flumina lacus deriuantur in maria, ipsa sese aqua præcedit, urget, & sequitur, unus est ductus, unum est corpus.* Iam verò & Cabalistæ hac ducti rõne, quòd ad id flumina sua sponte decurrunt, & minimè interim mare turgeat, ac rursum quod originem suam inde illa trahant; censent mare esse perspicuum symbolum Diuinitatis, à qua & ad quam omnia tanquam ad natiuum locum concito veluti gressu properant: conseruat enim ea & fouet, vt proinde ẽt dixerint locari omnia in Deo, quem ob id quoque Hebraicè interdum *Makom*, idest locum nuncupant.

Mare symbolũ diuinitatis.

Quæstio quò facta fuerit illa aquarũ congregatio.

Verũ quæritur hic, quomodo facta fuerit illa aquarum congregatio. Et sunt profectò complures, in quibus & Sanctus Tho. esse videtur. 1. q. 69. art. 1. qui motu locali quodam, ac descensu factã fuisse putant: cùm enim elementum terræ viscera multa haberet, & cauernas præterea, ac fistulas, meatus, specusque & longè, ac latè patentes, qui omnes vacui erant; nunc Deo iubente pars magna aquarum motu decliui, præcipitique sese in illis recepit, & confestim terra veluti inde prodire & emergere visa est. Nam cùm immensa fermè initio esset aquarum vorago, & magna earum pars superiori die fuisset super cælos omnes recondita, & alia etiam in aerem (nubes, & id genus res) pertransisset; terra protinus conspicua enasit. Non putes tamen totum aeris elementum ex aqua fuisse hodie effectum, quemadmodum indocti nonnulli arbitrantur: Elementa nanque, & si mutua corruptione inuicem sese secundum partem gignant, augeantque, non tamen secundùm totum, etenim quòd secundùm totum gignitur elementum, esse non potest. 5. Meta. 4. In terræ igitur latebras illas & subterraneos specus ingens aquarũ portio lapsa est, qui in causa etiam num esse possunt, vt alicubi inueniantur pisces in terra procul à fluuijs & mari, qui suaues, quoque esui sun, quemadmodum Atheneus lib. 8. ex Polibio lib. 35. ac Theophrastus in lib. de Piscibus, & Plinius lib. 9. cap. 34. testantur. Nam & Nicolaus Damascenus libro Historiarum 104. meminit Mithridare bellum gerẽte circa Apameam Phrygiæ, stagna quædam, fontesque & fluuios motu terræ repentè erupisse, in quibus ingens esset pisciũ multitudo, vt quod Arist. in libello De respiratione scriptum reliquit, inueniri pisces fossiles qui intra terram degunt, his contestibus verum appareat: sunt enim sub terra lacus, & viuaria à natura veluti occultata, in quibus pisces informes tardique procreantur: quod & Seneca lib. 6. quæstionum naturalium etiam scribit: vt proinde terra vndique madida sit, ac veluti spongia. Motu locali igitur tanta aquarum immensitas delapsa ad terræ viscera cùm sit, effectum est, vt terræ extima superficies sicca, aridaq; prodierit: siccã, inqua m

Non totus aer ex aqua pdijt.

Scripsit de his latius Guillandinus in suo Papyro.

non,

non ficuti arena, aut cinis, quæ fteriles funt & in frugiferæ; fed non ita ficuti antea madida, quin potius fic compacta, ac dura, vt pedibus animalium calcari, terique poffit, ac radices ab arboribus in ea figi & ftabiliri. Quanquam præterea totum hoc elementum effet à fui conditione natura ficcum, prout & nunc quoque eft, & (ni fallor) in fummo, & fi recentiores philofophantes in dubium reuocent. Cùm itaque aquis obruta tota effet, & minimè confpici poffet, factum nunc eft, vt vtrinque emergeret, prominenfque veluti videretur, & obtutibus noftris fefe offerret.

Sed aduerfus opinionem hanc excipi permulta poffunt. & primùm quidem: quia hæc non tam fuiffet aquarum congregatio quàm difperfio, fi tot fpecus, cauernas, fiftulasq; permeaffent. Rurfus, non fe fe aquæ recepiffent in locum vnum, fed in multa. Tertiò, non admitterent meliores Philofophi eos meatus fuiffe vacuos.

Contra modum hucufque affignatum.

Quare exiftimant alij auctores alteratione quadam, nempe condenfatione & concretione aquarum hoc euenifle: cùm enim antea rariores effent, immenfum occupabant locum; vt vero, Deo iubente, concretæ funt, & condenfatæ, inque anguftias veluti redactæ, Oceanum fibi retinuerunt, locumque fub aere terræ fuperficiei conuexæ conceſſerunt.

Affignatio alterius modi.

Ego verò primùm non video, quomodo inconfufiffima illa perturbata ac lutea elementorum mifcella, quam tunc temporis ij fuiffe arbitrantur, aquæ rariores effent; nifi fortè facta pridie aeris extenfione, & igne fuo in loco fito, vt volunt. & tunc non fatis affequor, quin vtroque modo potuerit id effici quod ifti difputant. Agnofcimus enim fubterraneos fpecus, & aquarum receptacula etiamnum exiftere. ad hæc, maria permulta, & finus innumeros anguftos, & latos: nec tamen difperfionem aquarum propterea nuncupamus, quoniam continuationem ad Oceanum habent, ad quem per arcanos terræ poros, & meatus hinc & inde decurrunt tanquam ad vnum communem ac præcipuum illis affignatum hodie locum. Amplius, dici poffet eas fiftulas tunc temporis non prorfus inanes, & vacuas fuiffe, fed fic vocari, quia rariori corpore, nempe aere effent repletæ, qui aduenientibus aquis locum dederit, vel ad fuperna euanefcente, vel concreto in aquas: funt enim hæc omnia rationi confentanea.

Opin. Auctoris

Ex his verò fequitur, cùm antea vtrunque elementum, aqua nimirum & terræ, concentricum effet, nunc Dei prouidentia effectum fuiffe eccentricum. Loquor autem de centro magnitudinis vtriufque corporis, quanquam fortaffe centrum grauitatis vtrique commune nunc etiam fit, quod & centrum Mundi eft. Scripfit de his Cardinalis Aliacenfis, in quæftione quarta, fuper fphæram, fed ita, vt eruditi ab eo permulti (nec temerè profectò) meliora defiderent. Emerfit igitur terra ex aquis Dei prouidentia, quæ hominis gratia cuncta elementa fecerat, & opportunam ei manfionem parabat, hoc eft, in qua refpirare, & alimenta cùm ipfe, tum animalia cætera capere poffent. ergo, vt denuò re-

petam quod res admiratione digna magnopere est, etsi aqua comparata terræ ambire hanc natura deberet, quòd sit ea minus grauis; comparata tamen mixtis corporibus, & cumprimis animalibus, quæ perfectiora sunt: (sunt enim minus perfecta gratia perfectiorum) ac proinde Vniuersi beneficio, cuius ipsa quoque pars est, & cui veluti prospicere inseruireque singulæ eius partes cum primis solent: (sic enim ne vacuum detur, graue tanquam naturæ suę oblitum, conscēdit.) & comparata quoque Opificis voluntati, quæ est præcipuum vniuersi bonum, & cui inseruit totus naturæ ordo; nullam patitur propterea vim, si eam non ambit: Etenim vel ipse Auerroes nō admodum pius in 4. Cæli fatetur elementa cum cælestium corporum impressiones & motus sequuntur, vim nullam pati: quoniam naturæ ordo exigit, vt inferna à supernis agātur reganturque: cui & S. Thoīn 2. d. 14. assentitur: & exemplo periclitatur corporum cęlestium. siquidē corpora quæ illis subsunt, eò felicius & constantius motum eorum videntur exprimere: quò sunt illis propiora: & quò magis remota, solent, eò infelicius motum illum retinere: Quod elemento aquæ palàm euenire perspicimus. Nam quia à conuersione cælestium corporum procul dissitum est, vix vestigium quoddam eorum motus circularis in fluxu, & refluxu adumbrat. Quamobrem, nec ignis cōuersio in propria sphæra potest violenta dici, nec aquarum recessus à tota terræ superficie coactus; sed consequitur potius, vt vnius corporis simplicis, geminus naturalis motus existat, alter scilicet à forma intranea & natura specifica, & reliquus à prima forma externa & vniuersali, quæ & primam efficiens est; siue (vt nonnulli loquūtur) primus à natura naturata, alter verò à natura naturante: quanquam & prior ille ab Opifice Deo fit. *Cogita* (inquit D. Basilius, *quòd Dei vox naturæ est creatrix*, hom. 4. Et quando S. Thom. & Simplicius posteriorem motum vocarunt aliquando quidēm supra, aliàs verò & frequentius præternaturalem, ad solam specificam & intraneam formam respexerunt.

5. Meta. 6. sempiterna carent violentia.

Qō, num Oceanum altius terra sit.

Opinio Caietani, & Card. Cōtareni.

Est autem hìc & alia non contemnenda inquisitio, nūm superficies illa terræ, quam homines, animalia, plantæque incolunt, Oceano communi aquarum loco emineat, nec ne. Et Caietanus quidem arbitratur superficiem terræ illam quam spectamus, altiorem esse mari: quia sensu perspicimus flumina ad mare decurrere: quæ res profectò declarat hoc esse terra dipressius. Et potest hoc quoque inde persuaderi, quoniam vim pateretur Oceanus si ab obruenda terra tamdiu detineretur: sed & Cardinalis Contarenus, libro secundo de Elementis, in hanc sententiam proficiscitur.

Opinio Auct.

At verò & munitiorem, & veriorem puto oppositam partem, quòd rationibus primùm, moxque sensui, ac verbo Dei, & postremo clarissimorum virorum testimonijs sit magis consentanea. Rationibus quidem quòd sicut locum sibi corpora vendicant, quoniam quanta sunt, ita situm ratione qualitatum, leuitatis nimirum & grauitatis: atqui terra omnium elementorum grauissimum est, aqua verò non vsque adeò: ergo illa sua natura subsidet, & hæc natura sua eminet. Rursum, in secundo

de Gene-

de Generatione, dicitur decuplā esse aquæ proportionem ad terram: vindicat igitur aqua locum sibi superiorem terra. Sensu autem, quia testantur nautæ, sese non semel animaduertisse cum à littore soluunt conscendere; præsertim autem extra Gaditanum & D. Basilius fidem facit, hoc ipsum similiter illis euenire qui sinum Arabicum ingrediuntur. Ad hæc & verbo Dei: quoniam Iob 38. & Hieremiæ 5. ab eiusmodi maris tumore ac eminentia super terram, & quòd nihilominus ne hanc persuadat, & absorbuet, procul arcetur, Scriptura commendat, deprędicatque insignem Dei potentiam, prouidentiam, & phylantròpiam. Sed ipsum audiamus Iobum ita dicentem: *Quis conclusit hostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens, cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud, quasi pannis infantiæ, obuoluerem? Circumdedi illum terminis meis, & posui vectem, & hostia, & dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confinges tumentes fluctus tuos.* Sed & versiculus Psalmi 103. *Terminum posuisti quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram,* hoc ipsum confirmat. Hieremiæ autem verba hæc sunt: *Me ergo non timebitis (ait Dominus) & à facie mea non dolebitis: qui posuit arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit; & non commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.* Salomon quoque Prouerb. 8. sic: *Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Et ita opinatur Maior, primo, distin. 44. quæstione sexta. sed & Petrus de Appono cognomento Conciliator differentia. 13. permultas afferre conatur causas, quibus fieri à natura existimat, ne aquæ totam terram obruant: quæ tamen a commentatore Sphęræ capitulo primo, non insulsis argumentis repudiantur: vt Theologus propterea verius ac certius doceat cùm affirmat Dei voluntate ac iussione initiò hoc vtrique elemento euenisse. Quanquam præterea & stellas voluntatis suæ exequutrices potuit Deus creasse, quæ cum Solis ardore vehementem aquarum multitudinem in Zona torrida absumerent, atque in aerem conuerterent: vt quæ in septentrione gignuntur aquæ, terram ibi non deglubant, & absorbeant, ac voluerit eas tanquam Meridionalibus suppetias sedulò afferre, & perenniter ad Austrum decurrere. Quamobrem & hoc quoque prouidit, vt Pontus Euxinus solum altius habeat, ac subinde Bosphorus Thracius decliuius: (quapropter, & vtrobique aquæ non refluunt) ac ita deinceps depressum, licet non vbique ęqualiter, vt illinc aquæ perenniter defluant ad Meridiem, ac magna celeritate. Quam etiam ob causam præterea euenit, vt fiant sub Zona torrida assiduè pluuiæ, Sole nimirum largos & inges vapores in sublimi attrahente, ex quibus amnes, fluuijque longe, lateque patentes gignuntur decurruntque, Indus, Ganges, Niger, Maragnonus, Dabaida sanctæ Marthæ, & quem vocant Vmperiam, & commodis salutique incolarum ita consultum iri Deus voluerit.

Non desunt quoque, & luculenta sapientum hominum testimonia, qui stant contra Caietanum, & Contarenum. Arist. enim (teste Auerr. primo Cœli. com. 22.) nuncupauit vltimam aquæ superficiem (hoc est, concauā)

N 2 Mundi

Mundi medium, & concauum orbis Lunæ, vltimum, seu extremum: atqui constat terram esse medium Mundi, *Tellurem* (inquit Claudianus) *medio librauerit* Axe. hæc ergo suapte natura depressior aqua est. Cicero libro primo de Natura Deorum: *Mare* (inquit) *cum supra terram sit, medium tamen terræ expetens, congregatur vndique aquabiliter, neque redundat, neque effunditur*. Plato luculenter etiam id asseuerare in Thimæo videtur. Ac præterea ex nostris D. Dionysius, vir Apostolicus, D. Basilius hom. 4. vbi & Aegyptum mare Rubro inde probat esse depressiorem & humiliorem. Quod qui pelagus Aegypti cum Rubro pelago coniungere voluerunt Sesostris Aegyptius & Darius Medus, quod volebant non potuerunt, ob inundationis periculum, perficere. & consentit Theodoretus in Cathena. Psal. 32. nam & existimant Dauidem, ideo ea vsum esse metaphora, *Congregans sicut in vtre aquas maris*, quod hoc fuerit ab Opifice Deo certis terminis circunclusum: quanquam D. Basilius aliam litteram habere dicit, *Congregans sicut vtrem aquas maris*, videlicet, quòd ad instar vtris mare sese habeat: etenim quandò ventis concitatur fermè intumescit ac distenditur, & cùm tranquillum efficitur, deprimitur & contrahitur; vt facilè possit quis hanc vtriusque Cardinalis opinionem tanquam parum probabilem his quoque testimonijs, sacris videlicet, ac prophanis, refellere: sed & fluminum decursus ad mare hoc potius declarat. Littora, & oras maris esse dipressiores terra, non autem totum Oceani conuexum ea esse humilius: quinimmo & interdum perspicimus reijci retro à mare flumina, præsertim cum inæstuat, ac veluti ebullit. quod sanè indicat sola potentis Dei manu, ac iussione, *congregantur &c. & appareat arida*, detineri, ne terras omnes absorbeat, deglubatque: cuiusque etiam prouidentia factum est, vt permultis in locis obiectas sibi habeat ingentes arenas, altissimos montes, & durissimas rupes, quas nec frangere possit, nec superare.

Ad rõnes Caietani & Contareni.

Et cùm hæc ita se habere existimem, arbitror tamen Caietanum, & Contarenum improbari prorsus aut redargui non posse, quòd hæc eadem ipsi non viderint: erant enim acutissimi ingenij, & doctrinæ incomparabilis: vnde & pro virili eis occurrerunt, Caietanus cumprimis, quippe qui subindicat commendari quidem Dei potentiam, quod detinuerit mare ab obruenda terra: sed non hoc esse, quia mare altius terra sit, sed magis, quia fecerit Deus partem illam terræ quam perspicimus, & incolimus, eo eminentiorem. quare & Psalm. 134. ait, *Qui extendit terram super aquas*: cùm tamen hæc natura ei deberet subsidere, vti rationes quas attulimus probant. Itaque Caietanus in hoc miraculum esse voluit (ni ego intelligentia fallor) vt fuerit hæc terræ superficies Dei prouidentia super Oceanum eleuata: alij verò auctores, tumorem maris ab eadem prouidentia detineri, ne hanc vbique sese depressiorem absorbeat. Et cùm vtraque opinio Dei libertatem & infinitam potentiam declaret, & probe saluet, ac minimè desint Scripturæ, quæ vtrinque faueant, parum refert, vtram quis sequatur: sed nihilominus secunda, vt multò pluribus placet, ita quoque mihi videtur sincerior & pluribus Scripturis magis consentanea.

Nec

Nec verba D.August.7.de Ciuit.cap.30.obstant, *Sic administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsas proprios motus exercere & agere sinat.* perpẽdit enim quod in pluribus Deus efficit: ac fortè etiam, proprios motus vocat illos, qui non ab intranea duntaxat forma, sed Deo quoque iubente, rebus oĩbus insunt. Cæterùm difficilior erit dubitatio, si terra toto elemento aquæ maior est, hoc est, nõ solo Oceano, & mari Mediterraneo, sed fontibus quoque fluminibus, lacubus, paludibus, & id genus oĩbus vti Cardano, lib.2. & Alexandro Picolomineo visum nuperrimè est, quam rẽ hic Italico libello latius & disertius disputat ac multis argumentis euincere contendit, ac certè & meliore methodo progreditur quàm Cardanus, & fortioribus rationibus nititur, cui tñ ne assentiar verbi Dei, auctoritas sacrosancta facit, quæ mihi omnium demonstrationũ instar est, ac ipsis quoq; sensibus à me antefertur. Nam quod qualeve miraculũ, rogo, esset, si mare terram totam non obrueret, qñ hæc corpulentior & vastior illo esset? Frustra igitur sanctæ Scripturæ locis citatis, a repressione maris, ne terram deglutiat, Dei potentiam tantopere nobis cõmendant: & cùm in terra sint præterea immensæ aquarũ voragines, quas illa tanquã vtero gerit, quia & sub aquis aquas, ad imum vsq; reperias, & ad hæc in summis montiũ, atq; in imis, vt tota his plena ac tanquã spongia esse videatur; qũo nõ multò magis mare cum tota aqua reliqua in vnum locũ (cogitatione) redactũ tota terra maius nõ esset? Licèt ego non admodũ abnuerem fieri posse, vt Scriptura vniuersum elementũ aquæ (locis adductis) appellauerit mare (per synecdochem, videlicet ac per metonimiam) quia nimirum pulcherrima quadã serie, & fermè nullibi interrupta, aquæ infernæ per abditos terræ poros, & meatus, cum eo omnes consentiunt, & iunguntur: cuius rei profectò manifestam indicationem nobis præbent, amnes & torrẽtes, qui ad Oceanum deniq; omnes decurrere iugiter videntur. Sed nec fuisse, aut à nautis, aut à quoquam ita dimensum Oceanũ arbitror, neq; ita examinatas reliquas omnes aquas, vt de tota elementi aquæ magnitudine, hoc est, de lõgitudine, latitudine profunditateq; illius, certam ferre sententiã aut Picolomineus, aut alius quisquam facilè possit: quinimmo Cardanus loco citato ait, velle adamussim certam in his quærere quãtitatẽ, esse insaniam, & scitũ est Pij II. Pont. Max. apophtegma, *Mensores cæli & terræ, magis videri audaces, quàm veros.* & illud D. Gregorij Nazianzeni. lib.3. de Theol. *Ciato mare metientes*: cuius rei specimen quoddam mihi profectò præbuit, præparatio illã quam Picolomineus super terræ globum quendã se fecisse. cap.4. & 5. scribit. Ac illud præterea vsu sæpe expertũ est, nõnulla in rebus exiguis ex animi sñia mensoribus successisse, quæ deinceps in eiusdẽ generis ingentibus rebus (seruatis quoq; mensuris, & proportionibus) illos ipsos expertos fefellerunt: & qui nauigant multis erroribus sæpe aguntur interdũ quidem sponte, aliàs vero & frequẽtius vario incertoq; ventorũ impetu sinuosa itinera, hoc est, non rectè peragrãtes: & proinde ambitum terræ, certo aut scire, aut metiri minimè possunt, sed multo maiorẽ esse existimant, q̃ reuera est. Rursum, cũ hic opifex ait, *Congregentur aquæ oẽs quæ sub cælo sunt, in locum vnũ, & terra appareat arida*, nõne patẽter aperit, hãc fuisse tunc tpis aquis vndiq; tectã,

Cardani, et Alexandri Picolominei opinio, quod terra, maior aqua est, examinatur.

Interest ergo permultum inter duorum eiusdẽ patriæ & gentis hominũ de re hac indiciũ.

atque adeò mole & corpulentia minorem aqua? alioqui qũo ab aqua vndique ac tota complecti potuisset. Porrò autem hoc ipsum quoque Moses non obscurè antea illis verbis significauerat, *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas*: quemadmodum ibi dicebamus. Si igitur aqua terram totam tegebat, ac non esset tanquam putamen, quod nucleum tegit (exile videlicet, ac minimè profundum) maior planè tota terra, secundum omnes dimensiones erat: Ac ne existimaremus fuisse hanc aliquando ab Opifice ita imminutam, vt mole euaserit, ea minor, Spiritus sanctus, illis ipsis Iobi, Dauidis, Salomonis, & Hieremiæ, oraculis quæ paulò antea disertè disposuimus, nos denuo certiores facit, perstare illam etiamnum amplissimam, & vastissimam, hoc est, tantam quæ nisi Dei prouidentia detineretur, facilè terram totam peruaderet, & obrueret, quemadmodum obruebat, cùm initio creata elementa fuerunt. Amplius, si diluuij Noatici tempore, tantum halituum Maris & reliquarum aquarum in imbres versum est, vt vna cùm iugi illa eruptione aquarum, quæ subtus terram erant intra quadraginta dies, & noctes totam terram submerserint, ac multis cubitis altissimum oẽm mõtẽ cooperuerint; qũo rursum aqua non multo maior tota terra est? Neque enim, aut dilapsæ aquæ illæ ex altissimis cælis sunt, vt à me aliàs dictum est; aut eas nouo ac insolito modo eo tempore Deus auxit, quamuis nouo, & admirabili quodam modo eas ita ingentes sursum (quod non potuisset natura) euexit, & fluere deorsum postmodum fecit. Denique hæc nouitia opinio sanctis Patribus omnibus, qui in hoc primum caput Genesis scripserunt, & sunt eorum volumina ad manum, videretur à veritate prorsus, ac toto cælo, vt dicitur aliena: Quinimmo & præclaris Philosophis, Platoni in Thimæo par. 3. Aristoteli, & Auerroi 4. Phys. 46. 1. Cæli 97. 2. Cæli 94. & 102. & alibi, ne cæteros frustra commemorem, quod celeberrimos hos authores probè eos perspexisse intelligam, & partim quidem commodè interpretari conatos esse, partim verò excusasse, quod aliorum narrationibus adducti illa scripserint, à quibus nec tota terra habitabilis cognita fuerat, nec Oceanus nauigationibus perspectus & mensus. Cùm tamen & Plato à figuris Geometricis, & Aristoteles, atque Auerroes ab elementorum leuitate, & grauitate, ac denique naturis ita pronunciauerint, non autem à narrationibus, aut ab experimentis. Ad hæc in acromaticis, in quibus ex proposito rem quaqua versum tractabant, & quod videbatur rationi magis consentaneum proferebant: quæ nunc ideo à me commemorantur, vt excusationem illam quam ij afferunt intempestiuam esse in hac causa ostendam; & ea probem, ac laudem, de quibus Picolomineus nos quidem rectè admonuit, ac in præsenti ipse quoque admonetur à nobis, nimirum non esse de Aristotelis deq; cæterorum Philosophorum mente in propositis controuersijs, vbilibet diiudicandum, cùm sæpe ex aliorum sententia illi verba facere consueuerint, quando de illis obiter, ac tanquam per transenam loquuntur: sed ibi eam cum primis spectandam esse, vbi rem tractant, discutiunt, ac diffiniũt, quæ omnia & vera esse fatemur, & patenter aduersus illum pugnare non dubitamus. Sed Physicis, & Geographis accuratius examinandam hanc opinionẽ relinquimus,

relinquimus, quam nisi huic verbo Dei esse minus consentaneam (vt dixi) atque adeò vel saltem indirectè (quomodo S.Thomas loquitur) orthodoxæ nostræ religioni aduersari, officereq; existimarem eam in præsenti Theologus penitus præterijssem: etenim qui diuinam auctoritatem sequimur, ac cælestem doctrinam profitemur, quomodo aut dissimulare, aut etiā non pro viribus demoliri omnem altitudinem se se extollentem aduersus sciētiam Dei conabimur? (2.Cor.10.)

Et factum est ita. Imperio igitur Dei, mira quadam naturæ propensione ad mare tanquam ad illis assignatum locum etiamnum aquæ decurrunt. Nec dubitandum profectò est, si quam vim habet locus seruandi rem locatam ac fouendi, ab Opifice habere.

Et vocauit Deus aridam terram. Per Adamum, scilicet, quem naturas, & facultates elementorum probè docuit: nullus enim rei nomen imponit quam ignorat. 4.Meta.10.& 7.Meta.54. Est enim nomen definitio complicata & obuoluta; quemadmodum definitio nomen est explicatum & expositum, Eustatio teste, in 1.Aethicorum: vt proinde insaniant, qui Adamum simplicitatis, ac rerum ignorationis accusant, cùm minimè dubitādum reuera sit, eum & per species inditas, & Angelorum ministerio, ac Dei oraculis edoctum fermè ad miraculum vsque fuisse. Et manifestant hæc verba, fuisse occupationem superius, cùm terra dictum hoc elementum fuit; nec enim tunc temporis hoc ei nomen inditum fuerat, sicut nec ad impositionem vsque nominum, quæ Adamus rebus omnibus indidit. Et hic cōmentarius repudiari profectò non potest: sed veruntamen, potest etiam quod dictum est, *Vocauit*, pro eo quod est, *Fecit*, exponi: quomodo & aliàs crebrò in Scripturis capitur: huncq; sensum hæc oratio faciet, *Et fecit Deus terram aridam*, eiectis nimirum ab ea aquis. & synecdoche est: quia non illam totam, sed partem eius duntaxat aridam fecit, illam videlicet, quam animalia & homines colerent.

Congregationesq; aquarum appellauit maria. Glossa obseruat Hebraicè esse congregationem minori numero, Septuaginta autem, Synagogas dixerunt. Est autem synagoga eorūm quoq; congregatio, quę ratione carent, quemadmodum Isidorus lib 1.cap.8. affirmat. quare & aquarum & pecorum est: cùm Ecclesia conuocatio quędam & cætus rōne vtentium, propriè sit: & proinde augustum magis, magisq; splendidum nomen est Synagoga. Vbicunq; igitur confluentias aquarum perspicimus, & nos diuersis nominibus ab earum inter se differentibus qualitatibus cognominamus, Hebręi vno nomine maria nuncupant. Quod, quia Porphyrium latuit, indoctus Euangelistam reprehendit, quod lacum Tiberiadis mare nuncupauerit, sicut D.Hieronymus in quæstionibus Hebraicis memoriæ prodidit. Quanquam nos maria appellamus illorum aquarum sinus, quæ salsæ sunt; dulcium verò dicimus lacus & paludes: quare mare nobis ab amaritudine dictum est, Hebræis verò *Iam*, inuersis litteris aliquot nominis *Samaim*, à perpetuo fremitu, ac stridore.

Assignat Picolomineus in libello citato satis commodas rationes vnius, cuiusq; ōstitutia nominum.

Pater Hamerus tamen, scribit Hebræos existimare Iam *esse vocem Syriacam, sed nos Steuchum sequuti sumus.*

Sic fremit semper, sic semper littora plangunt.

Et qm̄ etiā lacus fremere, ac tumultuare flantibus ventis solent inde vt

cõijcio Hebręis dñr maria. Quorũ prætetea lacuũ,& si nõnulli salsi, amariq; videãtur, quia tñ ex accidenti id fieri existimatur, eos Latini maria nõ appellamus, nimirũ quod vel eorũ aqua, fistulis aliquibus terræ adustæ infectis, eò decurrat, vel quod præterfluat, & alluat acetosas aliquot, aut etiã salsas, ac sulphureas mineras, sicuti illas esse perspicimus, quæ in hoc Patauino agro. Apponi, & alibi hñr, & dñr balnea. At vero mare ideo salsum, & amarum est, quod sicca quadã, & grossa exhalatione, Solis & syderũ perenni actione, à fundo eleuata, totũ aspergitur & cõtaminatur, alijs exhalationibus subtilioribus (præsertim aqueis) in aerẽ conscendentibus, atq; in nubes & in impressiones reliquas euanescẽtibus: quãobrẽ & aqua maris corpulẽtior dulcibus aquis, & densior est, magisq; incalescit, & calorẽ fortius retinet, siquidẽ rariora facilius à frigore peruadũtur: & fit mare ab exhalatione illa, & crassius, & pinguius, vt minimè mirum sit, si flãmas ignis non perinde illius aqua extinguere valeat, atq; extinguit ea quæ fluuiorũ, & lacuum est: ideo.n. & qui se aquis marinis lauant, celerius exsiccantur. nã, vt Cardanus subtiliter considerauit, in sale oleum continetur: quamobrem quia sal pinguior est, ideo moderatè salsa melius nutriunt. Et hæc mihi rationi magnopere consentanea esse videntur.

Mare non est salsum, quia sedimentum sit.

Quod enim existimant quidam, Oceanum ideo salsum esse quod sedimentum omnium aquarum sit, & sedimenta lotium, sudor, & reliqua animalium excrementá, salsa & amara videantur: ego nullatenus recipio. Quinimmo & arbitror minus rectè sedimẽtum aquarum dici posse earum parentẽ ac progenitorẽ Oceanũ: ac puto hoc elementũ fuisse initio dulce, hoc est, anteaquã Solis radijs atta illa exhalatione, & malis halitibus asper geretur & inficeretur. quod & nũc quoq; fluuialibus aquis, quæ põti fluctibus immiscentur tamdiu euenire perspicimus, quoad putida illa exhalatione non inficiuntur, quinimmo, & esse aquam dulcem in mari nonnulli dixerunt, quod & volunt ex vase cereo tenuissimo posse deprehendi; quod si tu clausum suspensumque intra maris vndas diem, & nocte detinueris, affirmant dulcis aquæ plenum te esse extracturum: Aristotelemque, ac Theophrastum, & qui vtrunque præcessit Democritum, hoc quoque existimasse contendunt: quoniam omnes pisces ali aqua dulci testati sunt. Quæ si vera sunt, falluntur profectò egregiè qui apud Bedam de Natura rerum. cap. 41. summam equorum aquam dulciorem esse profunda putant. Et falluntur quoque Philosophi, quando à maris salsedine argumentum de æternitate Mundi contra Christianos conficiunt.

Et vidit Deus hoc esse bonum. Non hoc ad solam aquarum congregationem & terræ apparitionem, sed ad constitutionem quoque firmamenti, & ad aquarum secretionem pridie factam referas: ita, vt Dei opera in segregandis aquis, in solidandis supernis cælis, in fortificando aere, inque educenda terra ex aquarum abysso, dicta nunc bona omnia sint; hoc est, & vtilia Adæ, & animantibus, & quæ præterea Mundo ornamentum allatura perenne essent.

LECTIO

LECTIO XVI.



T *Dixit Deus, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum & faciens fructum, &c.* Intelligimus causam nunc, cur iusserit Deus, vt aqua locum terræ concederet: nempe vt hæc herbis, arboribusque vestita, & pulchrior fieret, & habitationi ac vsui animalium (cumprimis, hominum) accommodatior, alimentaq; illis confestim suppeditaret, ac tanquam ad manus porrigeret. Rectè enim Musonius, ea omnia promptissima esse dicebat quæ igne non indigent; etenim Sapientissimus Prouisor omnia præuidit, omnibus prospexit. Et quamuis terra, & gignere herbas, & producere arbores tecta aquis, Deo volente, mox potuisset, non vult tamen rerum Opifex miracula edere, nisi cum vel rerum natura exigit (vt paulò antea exigere visa est, cùm mare ita secedere à terra iussum est, vt eminentius existens illam totam tamen nunquam obrueret) vel cùm nostræ saluti amanter consulit, vt scilicet verbo eius fidem adhibeamus. Quinimmo hac eadem die qua mare abiuerat in suum locum, capta veluti opportunitate dispositionis ab aquis factæ, terram suo verbo tãquam iacto semine cõfestim grauidam fecit, ac tanta herbarum, fructicum, & arborum varietate vestiuit, quantam, & conspicimus nunc, & illa tunc temporis capere erat idonea, atq; animalium vsibus sufficere perenniter posse intelligebat: vt vel hoc Dei exemplo discant homines opportunitatem, & occasionem ad præclara, & vtilia negocia peragenda non omittere, cùm hæc sese illis obtulerit: quod & Paulus ad Gal. 6. & Salomon quoque Eccles. 3. admonent. *Vide Volaterranum. lib. 32.*

Obseruent autem Theologi iuniores miram vtriusque classis operum Dei conuenientiam, videlicet & quæ gratię, & quæ naturæ dicuntur. Vident enim Scripturas nullam nobis creationis rerum causam aliam assignare, nisi Dei bonitatem: hanc enim vt impartiretur his quidem clarius, illis verò obscurius, Mundum effecit, venustauit & expoliuit. Deinde vident vnumquodque Mundi opus hanc habere connexionem cum alijs, vt quod antecedit causa præparatoria ac veluti materialis eius operis sit, quod illud confestim subsequitur; & hoc tanquam postremum, causam esse finalem antecedentis, & quadantenus etiam formalem: (quidquid enim alterius ratio est, potest tanquam eius formale quidpiam haberi:) vt proinde sibi mutuo opera sigillatim hæc & causę & effectus (in diuerso tamen genere) existant; mare secedit à terra, & veluti eam præparat, vt germinet: ergo terræ germinatio finis est secessionis maris. Rursum, & germinatio hæc ob animalia & homines fit. Ergo vnum opus est alterius ratio. Simile propemodum quidpiam, in materia prædestinationis Sanctus Thomas in prima quæstione vigesimatertia. & alibi docet: vt enim prædestinationis effectus *Opera creationis indicãt quadantenus opera quæ in salutẽ dis hominibus fiunt à Deo.*

in vni-

in v niuerſum, nulla aſſignari alia cauſa poteſt à Dei bonitate, & beneplacito; ita vocationis, iuſtificationis, glorificationis, cùm inter ſe mutuo conferuntur; poſterior, effectus finalis cauſa, ac veluti forma prioris eſt: & hic cauſa eſt meritoria, quæ & materialis quadantenus dici poteſt poſterioris ſiue ſubſequentis; vt quæ facta in maiori mundo fuerunt indices quadantenus ac notę ſint earum rerum quæ in minore perficiendo & ſaluando ſunt: atque adeò hoc quoque loco vſurpare illam D. Pauli ſententiam peruulgatam poſſimus, *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur.* & locum habeat trita S.Thomæ regula, in 1.q. 99. & 101. att. 1. quę ait, rectè facere eos qui naturæ conditionem ſequũtur, cùm eis autoritas deeſt.

Et dixit Deus, Germinet terra herbam virentem. Toto hoc capite audis Deum imperantem, hodie, pridie, perẽdie, atq; ex animi eius ſententia vides omnia e ueſtigio fieri; quis Imperatoriam eius & auguſtam Maieſtatem non magnopere, quæſo, admiretur & adoret? Terram creauerat initio vacuam, atque adeò veluti rudem & ſterilem, hoc eſt, non omnibus quas nunc habet facultatibus prędita: moxq; emiſſione aquarum ad Oceanum, detegerat, & tanquam à longe ad germinandum aptare inchoauerat: nunc verò rem ipſam perficit & ei vim germinandi tribuit, & ſuo verbo veluti grauidam facit, vti dicebam, neque pro eo dumtaxat tempore, ſed pro futuro quoque, ac quandiu hic rerum ſtatus ordoque durabunt, & illa vſui hominum erit neceſſaria: quanquam nunc temporis Solis, & ſiderum conuerſione & luce tanquam communibus organis ad hæc propaganda ille ipſe vtitur, quibus tunc quidem minimè vſus eſt cùm ea effecit; ac voluerit prætetea vt nunc ſeminibus, vel ijs quæ ſeminum officia exercẽt, antea fęcundetur, ſine quibus irriti ſint motus cælorum, & hominum labores vani. Rerum igitur naturæ & vires à Deo emanarunt: Et ſi enim à formis profluere hæ videantur, quomodo rectè Philoſophi volunt, & vſus probat; vt habeant tamen formæ tales vires, & proprietates, nulla afferri ratio alia poteſt ab Opificis volũtate: & hoc (ni fallor) Moſes toto hoc capite exponere conatur. Videsq; vt gradatim in abſoluenda & ornanda terra nunc quoque, vt heri, Opifex progreditur, quod & cras cum cælorum ornamenta aggredietur, ſimiliter facturus eſt. Nõ ergo elementa quidpiã procreaſſent, niſi ea verbo ſuo Deus antea facultatibus viribusque auxiſſet, ac fæcundaſſet. Iubet autem primùm, vt herbæ producantur, tum quia imperfectiores arboribus ſunt (vt uideas à quo didicerit natura ab impefecto ad perfectum progredi:) tum verò, quia pluribus animalium generibus deſeruiunt quàm arbores. Animalia enim ferè omnia herbis veſcuntur: Arborum aũt fructibus non oĩa, ſed pauciora. Vt prouiſores vrbium & ꝓuinciarum, ab hoc opifice capere exemplum poſſint generatim communitati, & multitudini anteà proſpicere, quàm certis quibuſdam, inſigniores, licèt ſint præcellentioresq; cæteris: eſt enim Ariſtotele rectè, multò pulchrius diuiniuſque gentibus, & multitudini prodeſſe, quàm paucis. Et herbę virentis nomine intellige cumprimis fruges cuiuſcunque generis, quas & in eſcam Adamo & animalibus die ſexto daturus Opifex eſt. Et vide, num fruges, aliquando

Forma ab Opifice habẽt vires & facultates ſuas.

quando

quãdo etiam fœnum nuncupantur. Nam quod Matthæi 6. Dominus dicit, *Si ergo fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit*; non desunt qui de frumento dictum existimant, quod in clibanum vt exsiccetur & commoliatur indeque panis efficiatur, mitti interdum solet. Porrò aũt & herbam virentem vocari fœnum Ioan. 6. intelligitur, & luculenter in Psal. 71. D. Aug. testatum facit. & sunt qui putãt Theophrastum à Mose edoctum fuisse, cùm scribit, terram antea herbas, & fruges protulisse quàm animalia: & inde tanquã firmissimo argumento deduxisse, non esse horum sanguine, sed floribus, ac frugibus tanquam antiquioribus Dijs litandum. Ego verò inducere mihi in animum, vt sentiam, non possum, Philosophum hunc existimasse fruges, aut herbas antecessisse tempore animalia, cum æternum fuisse Mundum, vt erat Peripateticus, arbitraretur: sed natura, ac generatione tantùm, hoc est, ita, vt si vnum altero tempore vetustius esset, fruges & herbæ essent animalibus antiquiores; & proinde simpliciter dixisse has esse animalibus vetustiores. Hoc ipsum Arist. quoq; voluisse, ego sum semper arbitratus, cùm 7. Meta. pronunciat substantiã & natura & tẽpore accidentia antecedere: cùm tamen alibi sæpenumero vtrunque genus æternum esse contendat: de qua re mirum est, quomodo Auerr. & reliqui cõmentarij frustra laborent, cùm plana eius interpretatio sit, vt ego certè existimo: quòd si horum alterutrum tempore reliquum antecederet, illud procul dubio esset substantia: Etenim 1. Cæli 13. cùm dixisset, Oriẽtem esse dextrum cæli, quia inde cælum inchoauerat suam conuersionem; euestigio (ne repugnantia asserere videretur cum his quæ 8. Phys. de æternitate motus stabilierat) se ipsum sic exposuit cælũ reuera suum motum, vel inde vel aliunde inchoasse nunquam, sed si aliquando inchoasset, planè non alibi sua duxisset auspicia quàm in Oriente. Eodem quoque modo & tritam illam Procli, aut alterius Auctoris libri de causis propositionem interpretari aliquando consueueram, *Prima rerum creatarum est esse*, vt si gradus nimirum quispiam seorsum à reliquis ab Opifice prodijsset, hic planè fuisset esse, quod & imperfectior cæteris sit, & omnium veluti basis ac fundamentum, nihil q; super illos addat. 4. Meta. 4. quanquam non me latet Ioannem Scotum Philosophum, ac Theologum præstantissimum, propositionem hanc de substantia prima; ac præterea alios aliter apud Capreolum 1. d. 1. q. 3. esse interpretatos. Et ad hęc præterea dici posse magnos viros consueuisse ex aliorum sententia & famositate, magis quã ex propria nonnulla proferre, & cumprimis Arist. teste quoque Auerr. 2. de Anima. 3. & 2. Meta. 16. ut proinde de his hoc ipsum censeri facilè etiam possit.

Explicatur locus Theophrasti.

Explicatur locus Aristotelis.

Explicatur propositio libri de causis.

Cæterùm ut ad nostra redeamus, de plantarum diuisione, natura, & qualitatibus congesserunt permulta ex pręclaris auctoribus præter Plinium, Dioscoridem, Albertum & Priscos, Volateranus lib. 26. & Cardanus lib. 6. de Varietate accuratissimè. Nunc uerò pro huius loci intelligentia satis adnotasse erit, herbarum duplex esse genus: quædam enim non uidentur afferre semen; quædam uerò etiam patenter se minificant, sicut olera sunt, & fruges. Rursùm Arborum nonnullas steriles omnino esse, quales

Herbę & arbores non sunt unius generis omnes.

D. Basilius tamẽ hic Hom. 5. cum nõ ulla, q̃ semen nõ emittãt commemo-

salices

ruisset, ait illa in fundo & radice vim seminis habere, & hoc vt litterā quam habebat integram haberet quæ tamen paulo à nostra videtur discrepare.

salices sunt, quæ nec semen nec fructum emittunt: alias verò semen quidem gignere, sed non fructum, veluti fagus est & pinus: & alias prætereà esse fœcundiores & fœliciores, sicuti sunt pomiferæ, corniferæ, & glandiferæ: quæ omnes inter se fructu, folio, flore, semine, radice, cortice, materia caudice differunt: ac earum quędam etiam sexu nimirum Palma Ilex, & Quercus: quas omnes terra nunc Dei verbo aptata, & fœcundata primùm emisit, vt alimento & cōmodis cùm hominis, tum cæterorum etiam animalium inseruirent: & si enim steriles nullius nobis esse frugis videntur, tamen quot (cedo) nobis vtilitates præstant & struendis nauibus, & erigendis vitibus, & ædificandis domibus, ac denique depellendo frigori? Prætereo autem medicamentorum beneficia, quòd ea Dioscorides, & Medici diligenter scripserint; & quòd plura sint quàm vt complecti nunc breuibus à me possint. Verissima profectò est Aecij Clarissimi Medici sententia: Remedia præ foribus ægrotantium sæpe adesse, & medicos ea procul quærere. Itaque herbæ animalibus omnibus & cumprimis nostro generi beneficia ingentia suis viribus & proprietatibus præstant. Quamobrem quod vehementi studio his dignoscendis Aegyptij incumberent, Medici diceban tur: sicut Plutarchus in libello, An brutis ratio insit, memoriæ prodidit: & Dioscorides vitam totam in peregrinatione consumpsit, vt eas inuestigaret, deque nostro genere fieret benemeritus. Sed & quantam, amabo, voluptatem nostro odoratui afferunt Palliurus, Iacinthus, Narcisus, Rosa, Calami Arabici, & id genus complures? Solent enim pigmētarij suaues illos pastillos, & odorifera vnguenta ex eis conficere, quibus, & spiritus recreare, & pestis tempore restaurare facilè quisque possit, & aliàs semper gratissima sunt hominibus mollibus. Porrò autem quotus quisque est, qui Dei sapiētiam pro viribus non laudat, nonque adorat, quando figuram diuersitatemq; foliorum in Plantis cōsiderat? vt.n. nōnulla leuia sunt, & alia aspera aliaque crispantia, ita sunt, & oblonga, rotunda, angulosa, serrata, dentata, angusta, lata, crassa, tenuia, intersecta, discriminata. Rursum, quis non obstupescit quando tantam in eorum seminibus varietatem conspicit? Quædam enim nuda sunt, quædam foliculis tanquam vasculis inclusa, quędam rotunda, alia angulosā, nonnulla parua, alia magna. Amplius, & quantum quomodove caudice plantæ inter se differunt: quippequem alibi rectum, alibi obliquum in quibusdam vnum, in alijs plures, in nonnullis altum, ac denique in alijs humilem spectamus. Ad hoc, & quantum in radicibus: quarum quædam latè serpunt, aliæ angustę sunt, & quædam molles, quædam prædurę, sed & quarundam materia grauis est, aliarum autem leuis: ad hæc, aliquarum dura, aliarū mollis, flexibilis, scissilis, fragilis, nodosa, venosa, apta vel ædificijs vel igni, diu vel breui duratura: fructus verò & poma vsque adeò figura, colore, sapore, & virtute inter se differunt, ac tanta denique sunt multitudine, vt stellas cæli superare videantur: & nisi ego insanio, vna hæc varietas, & multitudo herbarum fructicum, plantarū ac earum dissimiles & contrariæ qualitates, ac vires Dei opificis bonitatē potentiam, & sapientiam vsque adeò patenter, cunctis demonstrant, vt in admirationem, & stuporem inuitum quoque animum rapiant. Nec enim in

D. Grego. Nazianzenus. lib. 3. de Theol. hæc omnia mira quadam & planè diuina eloquentia amplificat.

Etenim hęc oīa veluti in publico quodā epulo natura sibi ppo suit & quibus utatu & qbus

in vnam Solis sub Zodiaco cõuersionem, tãquam in primum Auctorem, sunt hæc omnino referẽda. Agẽs enim vniforme est, licẽt accessu & recessu maturitatem, suauitatem, vitam illis ac mortem, & id genus afferat. In diuersas igitur, & contrarias terræ dispositiones referre, hæc omnia cogimur. Has verò à quo illa, rogo, initiò habuit, nisi a Creatore? quanquam etiam si Sol eas efficeret, eius deniq; creatori ferre illas acceptas, sicut & reliqua oĩa deberemus, q Soli vt hæc & alia efficere posset vires munificẽtissimè dedit.

oblectèris, vt si non aliũde salutẽ ex benefi. ijs quibus te afficis Deum agnoscas, &c. D. Greg. Nazian. vbi supra.

Porrò autem & hoc inuestigandum est, num hac quoque die creatę fuerint, Cicuta Eleborus, & alię hominibus noxiæ herbę? Nõnulli enim Doctores existimant eas duntaxat à peccato Adæ esse ortas, quemadmodum & spinas & tribulos, quod in vltionem peccati Dominus ei dixerit; *Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi.* Verum probabilius esse arbitror, vt oẽ genus herbæ hoc die imperio Dei, & satum, & ortum sit: quod & D. Basilius disertè fatetur hom. 5. atque præterea quodcunq; plantarum genus, nempe & sterilium & fœcundaru m: sic enm exigebat vniuersi huius constitutio & secunda perfectio, cui O pifex præ rebus cæteris, vt videtur, dabat operam. Deinde quoniam Adæ nihil esse poterat tunc temporis noxium, si nollet, ac probè & exactè naturas facultatesq; rerum intelligeret. Quid, quæso, aut venenosius, aut virulentius inuenire est aliquibus serpentibus? certè Cælius Rhodiginus lib. 15. cap. 25. scribit viperas quasdam in Phęnicia, halitu adeò truculento esse, vt eo homines perimant. & Matthęolus in lib. 6. Dioscoridis, scribens, exẽpla prodigiosa aliquot de quorũdã serpẽtum venenis affert. Atqui verbũ Dei splendidè hìc enarrat hoc genus animaliũ ante pctm̃ fuisse. quinimmo & primã mulierem non expauisse vnius colloquium, fortè quòd sciret, se Dei dono à nemine lędi posse, nisi à se ipsa, vt dixi, ac de se sibi deque victoria plus nimium pollicita, colloqui cũ serpente & congredi non recusauit. & hoc modo, vt arbitror, illa primùm seducta est, vt & D. Paulus ait. 1. Cor. ij. quã quam rursum tunc quoque seducta est, cũ viro suo pomum edendum tradidit, arbitrata illum non moriturum, posteaquam viuere se, quæ de eo comederat, perspiceret: & alijs pręterea modis. Quare cùm Caiet. cap. 3. inde probat, serpentem illum non fuisse irrationale animal, quoniam Eua illum non exhorruit, debilis admodum & infirma ratiocinatio est. Horror enim & inimicitiæ inter Euam & serpentem à peccato ortę, nonnisi sunt, sicut Dominus pronunciauit; vt frustra proinde, ac intempestiuè afferat exẽplum Mosis, qui viso serpente moliebatur fugam: etenim non erat in statu innocentiæ nunc. Quinimmo contorqueri hæc ipsa Caietani ratio aduersus illum hunc in modum potest. Non exhorruit Eua serpentem alloqui, deq; salute sua cum eo disserere, non erãt inter illos: igitur tunc temporis inimicitiæ. Horror certè (vt quod dixi repetam) quemadmodum & alia id genus plura, à peccato hoĩes confestim inuasit. poterant hoĩes lędere aĩalia multis modis, hęc verò illũ lędere nullatenus poterant cũ ob eximia dona quibus eum Opifex instruxerat, tũ ob Dei singularẽ protectionẽ. quãobrem nõ hoĩ, sed illis metus & horror inerant. Itaq; sicut serpẽtes ante Adæ peccatũ, Scriptura teste, creati fuerunt: ita nihil obstare existimo, vt cicutã & noxias

Qõ, nũ herbæ quæ venenosæ dicuntur prodierĩt hac die. Opin. Auctoris.

De peccato Euæ.

Ratio Caietani qua probet serpentem cũ quo Eua congressa est, animal irrationale nõ fuisse, parum idonea est.

vide Greg. Nyssenum lib. 1. de Homine. ca. 5.

alias

alias herbas similiter fuisse tunc tpis productas, quis putet: quanquam pręterea dici potest Deum non solū hominum vsui, sed cæterorum quoque animalium beneficio, plantarum creatione prospexisse; quorum profectò nonnulla sunt, quæ hoc genus herbis libenter vescuntur: Turdi enim eleboro victitant, & coturnices napello, quæ solent hominibus esse venena & alia alijs: Sunt enim constitutiones corporum animalium variæ & diuersæ: quare vna eademque res quæ vni est venenum alteri cibus, & fortè etiam suauis ac salubris est, pro cuiusque videlicet qualitate, ac temperatura: quemadmodum etiam Auicenna 1.fęn.primi Doct.3 cap.de complexionibus, scitè & grauiter docet. Vt quod scriptum reliquit Magnus Albertus lib.6.de Animalibus cap.8.fuisse illa tempestate puellam quādam quæ scorpios illęsa ederet, supra fidem mihi non sit, cum animalia multa inuenias, quæ venenosis cùm herbis, tum animalibus etiam pascuntur. & certum præterea sit, Mithridatem Regem cōsueuisse venenum ab infantia capere. Contingunt autem hæc partim quidem corporum temperaturis, & dispositionibus, vt dicebam, partim occultis proprietatibus, ac denique etiam assuefactione. Tritum est, non fieri passionem ab assuetis. Amplius sunt Plantæ quædam quæ adferre quibusdam morbis remedia visuntur: quibus & si tunc non indigeret Adamus, indiguissent fortasse animalia reliqua. Nam, & Plutarchus memoriæ prodidit testudines cùm viperam comederint vesci origano; & capras Creticas sagittis percussas, depascere Dictamum, quo gustato, excutiant spicula: nisi fortè & animalibus fuisse indultum Doctores ij dixerint, vt lędi à nemine possent (quod ego nec laudo nec probo,) sed & nouerat Deus earum quasdam futuras esse magno adiumento, & beneficio paulò postea Adamo, vel ad conseruandam bonā valetudinem, vel certè ad resarciendam cum fuisset deperdita, si tamen & aliam rerum creationem post Adæ peccatum comminisci nolumus.

Cæterùm quantum ad spinas, sentes, & rubos attinet, erat perpendendum opificem non simpliciter dixisse *Germinabit*, sed addidisse protinus *Tibi*, hoc est, in perniciem tuam: antea erant spinæ, sed non erant tunc temporis Adamo noxię quomodo postea spoliato donis, factæ sunt. Rursum, post peccatum, vberior, & promptior effecta est terra ad noxias procreandas herbas, ad sentes, ad spinas, & rubos gignendos. Et huc fortè diuina maledictio respexit, cùm dixit, *Germinabit tibi* vt subaudiendum sit, *Passim, & in magna multitudine.* Etenim prę horum multitudine ęgrè excolere terram possumus, ægrè insalubres, & noxias herbas penitus deuitare, sicuti quoq; quarti Regum.4.Helisęi, & Prophetarum prandium declarauit. Sed audiamus quæso D.Basilium suis verbis loquentem: *Non enim, quia tibi taurinus sanguis venenum est, ea propter oportebat, aut non produci animal, aut exangue esse, cuius robore ad tot res vita nostra opus habet, sed tibi quidem sufficiēs est ratio cohabitans ad cauendum à rebus perniciosis, &c.*

Porrò autē fateor venena quæ arte parantur (in quibus excelluisse olim Galliam Auctores quidam apud Cælium Lectionum antiquarum lib. 23. cap.10.testātur, & Petrus de Appono speciali libello dudum, ac nostra ætate Matthęolus in sextum Dioscoridis latè scripserunt) ante Adæ peccatū

nusquam

nusquam fuisse siue bona venena respexeris, siue mala. Nam in hoc geminum genus Caius Iurecõsultus de verborum significatione, venena omnia partitus est: inquit enim, Qui venenum dicit, adijcere debet, vtrum malum sit, an bonum: omne enim quod naturam mutat, venenum est. Quare & medicamenta, quæ & pharmaca Græcis dicũtur, venena sunt: horum igitur quomodo nunc arte parantur, neutrum ante peccatum erat, licèt res simplices & naturales, ex quibus vtrunque componi solet, extarent.

Sed & hac die prodijt Hortus voluptuosissimus, & amœnissimus ille in *Edem*, quem & paradisum Scripturæ vocant, in quẽ à sui cõditione translatus fuit Adamus: de quo & Patres permulta dixerunt, & cumprimis Moses Barcepha, Episcopus Syrus in lib. de Paradiso: de quo suo loco perscrutabimur multa, ac fusius differemus.

Obserua autem, & Dei munificentiam erga Adamum. Nec enim iussit, vt terra produceret Arbores, quæ suis postea temporibus poma gignerẽt: sed quę tunc essent refertę, & onustę cum in lucem prodijssent, & nedum in illo amœnissimo horto, aut in vna & altera terræ parte tantùm, sed vbique, hoc est, in tota terra, iuxta tamen illius capacitatem & idoneitatem. Nec enim terra vbique germinare & efficere singulas quasque herbas, aut Arbores idonea est: exigunt enim quædam certas terrę dispositiones certa climata, & determinatas cæli regiones exposcunt.

Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt;
Fluminibus salices, crassisq́; paludibus alni,
Nascuntur steriles saxosis montibus orni:
Littora myrtetis lætissima; denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.
Diuisa arboribus patrię: sola India nigrum
Fert Hebenum, solis est thurea virga Sabæis.

Ruffinus verò hunc in præfatione recognitionum D. Clemẽtis admodum infœliciter imitatus sic scribit: Iudæa Balsami lachrymã, cetera Comam Dictami, Arabia aromatũ flores, & India spicarũ Nardi segetẽ mittit. de qua re quoq; Benedictus Textor Segusianus breuem quẽdam libellum de differentijs stirpium ex Dioscoride congestũ hac tempestate accuratè scripsit, plantas de noĩe proferẽs quæ locis apricis, vmbrosis, æditis, niuosis, cliuosis, montuosis, campestribus, præruptis cultis, & huiusmodi, aut nascũtur aut crescunt: vt frustra cùm ex Hebræis, tum ex nostris quidam inde argumẽtantur, non Vere, sed Autumno, hoc est, mense Septembri Mundum creatum fuisse: quod tunc temporis arbores peperisse videantur. Etenim nõnisi ad nostra climata fermè respiciunt (ac præsertim ad Iudęam, quam & in media terra sitã esse contendunt) in quibus hac anni parte arbores permultę pomis onustæ visuntur. Atqui erat eis ad totam terrã præcipuè respiciendum: nam Dominus hodie dicit, *Producat terra*, non hæc videlicet, vel illa terræ pars; sed illa ipsa tota, quam ex aquis emergere pridie iussi: vbi tamen & quomodo capax à me facta fuerit, ac iuxta partium illius situm & cælorum positiones. Gratiæ enim ampliãdæ sunt, vti Iureconsulti docent: præsertim autem cùm Principis verba consentiunt. Itaque cum

Autumnus

Autumnus in Iudæa est, Ver alibi sit & alibi æstas, vel hyems. & Dominus dixerit, *Producat terra*, qui ad solam Iudæam respiciunt, vnâ duntaxat (atq; eam sanè minimâ) terræ partem intuentur. Iuniores quidam autores priscos irrident. qui Iudæam sitam esse in meditullio orbis existimarunt: etenim Horus Apollo in Hieroglyphicis cap. 31. hoc ipsum Aegypto olim asseruit. & Strabo Geographus celeberrimus Græciæ. Prȩterea aliud est considerare creationem rerum, aliud verò earum propagationem, & incrementum. Habuit earum creatio priuilegia aliquot eximia sanè, & quæ negata eorum propagationi deinceps fuerunt; quemadmodum in animalibus cernere est, quȩ prodijsse initio in statu perfectò adulta nimirum, ac prȩclaræ constitutionis omnia, nemo non fatetur: & proinde esto Veris tempore Mũdus creatus fuerit, potuit tamen Opifex voluisse, vt terra semel hoc priuilegio frueretur, vt confestim tota produceret arbores pomis onustas hac lege, ne vero post hac, sed suis vnaquæque illius pars, ac statis temporibus (pro situs & cæli clementia, ac locis) pareret & conseruaret. Snnt enim Arbores nonnullȩ quæ syluestres, aliæ verò quæ domesticȩ, ac proinde nonnullæ quæ longioris vitæ, alia q̃ breuioris. Syluestres enim domesticis generatim durabiliores esse vñr; & in vniuersum quæ ocyus nascũtur, citius ẽt intereunt. Quinimò & pariunt, quędã ocyus, quędam verò tardius, hoc est, quædam æstate, quædã Autumno, ac Syluestria, aliter, & aliter domestica, & quædam plus, quædam minus vterum gerunt, quare infirmum est argumentum cum ab hoc Dei facto infertur, non vere aut alia anni parte, sed Autumno prodijsse Mundum; quemadmodum & aliorum Hebræorum, & D. Ambrosij ratio necessaria, ac firma prorsus non est, cum vere creatum fuisse contendunt: quia tunc herbæ uirere videntur; quibus & Damascenus lib. 2. subscribit. Neque enim omnibus in locis vnum est commune Ver, vnave communis Aestas. Ac respiciunt ij non nisi Orizonta rectum: quod alioqui probabiliter fecissent: nisi terram totam indiscrinatim alloqueretur Deus, quam habitabilem fecit, cùm ait, *Producat terra*.

Vide D. Hieronymum in Epistola ad Dardanum.

Itaque voluit Opifex, vt vnà cum fructibus maturis primæ Arbores prodirent, vt homines alimentum ad manum haberent. Quamobrem herbas quoque, & fruges maturas creauit, vt homo & animalia omnia possent eas si voluissent, confestim depascere: & quantũ conijcere ratione possum, herbæ illæ, & fructus longè suauiores & salubriores fuerunt herbis & fructibus quos nunc vbiuis locorum terra, producit: quoniam à Deo absque naturæ opere tunc prodire iussi sunt: enim & vinum à Christo in nuptijs propinatum perfectissimum fuisse Architriclinus testatus est. Et ad hæc, nondũ terram infausta execratione insectatus Opifex erat. Fuerũt ergo tria miracula in hac herbarum, & arborum recenti creatione. Nam & absque vllo semine prodierunt, & in momento, & denique perfectè omnibus numeris, absque vllo vel incremento, vel temporis ac naturæ beneficio.

Late D. Ioan. Chrysost. hæc ibi persequitur

Miracula huius diei.

Volunt autem Doctores, vt hac quoque die terra, lapides & mineralia conceperit, hoc est, vt non externè tantùm, sed internè quoque ornata, & prædita, fuerit. Existimant autẽ horum productionem idcirco Mosem suppressisse, quod abdita in visceribus terræ mineralia sint, & ille dumtaxat

ea proposuerit sua oratione persequi, quæ omnium oculis exposita, ac peri-tissima sunt: quam ego doctrinam minime in præsenti reijcio. sed non dubito præterea hunc permulta nobis apertè non exposuisse, quæ etiam & conspicimus & contrectamus. quod facilè intelligeret, posse illa nos ex vnius, aut alterius diserta explicatione animaduertere in hoc œcumenico opificio, Dei imperio prodijsse. De similibus enim idem est iudicium. Quam rem si considerasset Iulianus Imperator Historicum eximium hunc tanto fastu & supercilio non redarguisset. Nam Vates Sāctissimus hic pariter & grauissimus, & historiæ breuitati, & præclaris ingenijs vbique sua narratione consulit. Obesus profectò ac stupidus nimium est qui multa silere scriptores non animaduertit, quòd aliunde, hoc est, ex dictis ea intelligi posse viderint. Porrò autem nemo est, qui rectè ambigere possit, colles, montes, valles, fontes, amnesq; inter ornamenta terræ communi hominum sermone reponi, & ex eis homines, & animalia acquirere præclaras non modò vtilitates, sed voluptates quoq; ad transigendam vitam, sine quibus incommoda insuauis, ac laboriosa esset eorum habitatio. Etenim nisi terram amnes vel riui irrigarent, qui, quæso, fructus ex ea homines perciperent? profectò sterilis prorsus, & inutilis illa esset, & nihilominus nusquam horum geniture Moses mentione fecit. Qui non? certè quod superuacaneum esse existimauerit, hæc minutoria singillatim persequi, quæ communi terræ, aut aquæ nomine complexus pridie fuerat. Perspiciebat enim omnes posse ex dictis intelligere, Deum hæc omnia quemadmodum & herbas, & arbores, & denique animalia similiter effecisse. Historia teste D. Hieronymo in Ionam. cap. 1. stricta est, & euagandi non habet facultatem. Crediderim igitur & in harum rerum classe quæ nimirum ex enarratis intelliguntur, mineras, lapides, & id genus alia si qua sunt reponēda esse. De quibus cum Magnus Albertus quattuor libris vsque adeò accuratè scripserit, vt videri superstitiosus, & alicubi possit (duobus prioribus de lapidibus, & duobus subsequentibus de mineralibus, quod hæc in lapidibus fermè gignantur), ego dicere nunc plura abstinebo. Non subeat autem in animum leuis non nullorum suspiciō, idcirco Mosem metalla suppressisse, quod nulli vsui innocenti Adamo futura essent, ac filijs, si stetissent. Etenim cùm positus fuerit Adamus in Paradisum, vt operaretur, & custodiret illum, vtique vel ferro ad excolendam terram vsus fuisset, quamuis dixerit quidam:

Itum est in viscera terræ,
Quodq; recondiderat, stygijsq; admouerat vmbris,
Ferrum nocens, ferroq; nocentius aurum.

Sed de his inferius disseremus commodius.

Cuius semen in semetipso sit super terram, hoc est, cuius semen iuxta vniuscuiusque plantæ naturam & speciem sit intraneum vel fructui, vel stipiti, vel radici, vel rei alicui. cui hæc sit innata vis, vt consimilis speciei stirpes, & arbores cum vel ceciderit, vel fuerit in terram emissum, gignere possit: sunt enim plures earum prouenendi modi, sicut Theophrastus adnotauit spontè nimirum semine, radice, auulsione, ramo, surculo, trunco, ac ligno quoque minutatim conciso; cur autem discerptē viuunt affert

idoneam rationem Ioannes Grammaticus, secundo de Anima 34.

Plātæ spectāt ad ornatum terræ.

Non præteribo hic quosdam commentarios inficiari plantas ad ornamentum terræ spectare, quod huic infixæ illę sint, & extrinsecus non adueniant: quam sententiam licet & Abulensis (ni fallor) sequatur, ipsa nos tamen natura repudiare patenter docet. Vbi enim herbæ & arbores non visuntur, diserta desolataque loca gentes omnes appellant, & vbi hæc consertim, & ordine posita conspiciuntur, locum ornatum, & Paradisum vocant. Gen. 13. Ezechielis 28. & 31. & cùm Psal. 49. Dominus dicit, *Et pulchritudo Agri mecum est*, quam aliam, rogo, pulchritudinem intelligit, nisi segetes & arborum fructus? sic enim & Nicephorus in Cathena fermè exponit. Rursum, falluntur ij, cùm arbitrantur esse operępretium ornamenta omnia, rebus extrinsecus aduenire, ac præterea mobilia esse: natura enim animalibus res quasdam dedit cum ea gigneret, ac formaret, quæ ad eorum venustatem & decorem dumtaxat facerent. Etenim supercilia hominibus dedit, & maribus barbam, atque papillas ad venustatem, & decus cumprimis, vt arbitror, & Lactantius de opificio Dei. cap. 10. etiam existimauit. Nam & si Galenus dixerit datas fuisse maribus papillas tanquam propugnacula cordis, hoc tamen nulla ratione euincere potuit, & grauius falluntur, qui datas fuisse pro nutrienda aliquando prole putant, quòd visus fuerit semel mas qui tantum lactis ex papillis proflueret, vt lactare infantē potuerit teste oculato Hieronymo Cardano. lib. 12. de subtilitate: hoc enim præter naturam, & monstruosum extitit, ac fortè is erat masculo fęmina. Denique athei sunt, & longius à verò aberrant, qui in necessitatem materiæ, reiecta intentione Opificis, hęc omnia redigunt. Est igitur vox hæc, *Ornamentum*, rebus permultis communis, hoc est, & natura datis, & arte quoque paratis, & quæ dimoueri non possunt; & similiter quæ facilè amouentur. Et hæc sunt quæ, vt de tertiæ diei opere adnotaremus, digna nobis visa sunt cætera apertiora sunt, quàm vt in eis exponendis nostram operam impendere debeamus.

LECTIO XVII.



DIXIT *Deus, Fiant luminaria in Firmamento cæli*. Sunt qui loqunt, *Fiant luminaria in expansione cælorum*. Vatablus, *sint luminaria in expansione cœli*. & parum interest quam ex his magis probaueris, eodem nanque recidunt omnes: quod & superius adnotauimus; & si rō postulet, vt eā pręferamus in quam plures cōsentiunt, veterem nimirū, qua iampridē Ecclesia vtitur.

Q. cur Moses ornamenta cælorum cōmemorat post ornamenta terræ.

Est autem in limine hoc inuestigandum, cur Moses vir longè omnium quos ætas illa habuit præstātissimus, recēseat antea, & congregationē aquarū in locum vnum, & terræ ornamenta quædam, herbas videlicet frutices & arbores quàm hæc cælorum ornamenta, Solem, Lunam, & astra, quorum in præsenti sermonem adornat? etenim cùm hæc sint rerum illarum causæ effectrices, antecedunt profectò suaptè natura, ac longo interuallo motum aquarum ac vestitum terræ illum, & amęnitates, sicuti & nos quoque

que

que sensus docet: & hæc alia quoque ratio demonstrat. Nam cælum nobilius corpus quàm terra est; ergo & priori loco erant eius ornamenta recensenda, ac deinde ea quæ vel ad terram, vel ad aquam exornandam pertinēt.

Et quidem plana certaque huius rei causa est (ni ego magnopere fallor) quoniam Deus antea terram exornauit, quàm cælum, & Moses ita rem exposuit, quemadmodum fuisse reuelatione Spiritus sancti didicerat. D. Aug. Caietanus, & qui vnico momento factum & ornatum fuisse Mundum volunt, sex istos dies aliò referre coguntur quàm præ se ferat litteræ splendida facies; atque ægrè hanc, & grauiores alias complures quæ afferuntur doctis hominibus difficultates, dissoluere solent. Nam Caietanus ita rem hanc expedire conatur, vt & si absolutè Sol, Luna, & astra antecedant natura illa oīa quæ commemorauimus, non tamen ea necessariò antecedunt quantum ad officia illorum & munera quæ in textu recensentur: si quidem cælestia corpora, vt hæc officia præuenirunt, (hoc est, anteaquam inter diem diuidant ac noctem, & sint in signa tempora, & annos) non potuissent illa omnia in aquis ac terra efficere quæ descripta secunda & tertia die fuerūt. Sed nos DD. Basilio & Ambr. vltro subscribimus. q hęc diserte inficiantur, quæ sibi Caiet. accipit tanquam vera, ac Deum nudiustertius coegisse in Oceanū aquas, & ex illis veluti eduxisse terram credimus, & pridie hanc ornasse multiiuga illa herbarum & plantarum varietate, & denique hodie stellis cælos ornasse, vt à venustationis horum elementorum ordine, intelligerent homines (quorum saluti vbique Opifex prospiciebat) non Solem, & astra, sed ipsum Deum esse primarium Auctorem ariditatis & fertilitatis terræ, & cæterarum omnium rerum à quibus vtilitates & commoda capiunt. Cùm enim futuros esse permultos intelligeret, qui tanquam crassioris ingenij nullum inter sensum & intellectum discrimen ponerent, quique vim imaginatiuā transcendere non valentes, dicturi essent, ens, & corpus inter se conuerti, aut etiam identidē oīno esse; & ad hęc, qm corpora præcellētiora, & pulchriora Sole, Luna, & astris visuri nullo vnq̃ tempore essent, quanquam ita quidam in 1. de natura Deorum loquitur.

Pace mihi liceat cælestes dicere vestra, Mortalis visus pulchrior esse Deo.

ac propterea honores diuinos, & cultum qui soli Deo debetur, exhibituri illis corporibus essēt; cōsultò ille voluit, vt cælorū ornamēta subsequerent vestitū terræ, elemētorū oīum crassioris & quadātenus ignobilioris, tanquā nimirū cōtēptui insignia illa corpora tātisper habēs, ob imperitorū hoīum nequissimū facinus (idololatriā videlicet) cui fermè simili verborū formula Scriptura sancta nūc quoq; occurrere voluit: Nō sunt sydera, & cæli, rerū auctores, & Dñi, ò cęca pectora; sed, eorū Opifex Deus, à quo nō fuerūt in lucē ædita, vt ab hoībus colerētur, sed vt vobis tanq̃ eius expediti ministri famulētur; quēadmodū videre est Deut. 4. Rursum, nō latebat sapiētissimū oīum rerū Opificē allici cūprimis mortales beneficijs, ac veluti ptrahi ad cultū, & diuinos honores (quos nostri summatim Græco vocabulo latriā vocant) alicui exhibēdos, ac nulla re magis q̃ prodesse ac de alijs benemereri, vt. n. Cic. in 1. de nat. Deorū ait, *Videtur proprietas quædam esse Deorū.* Quamobrem, & *Prodicus, Chius* (vt inquit) *ea quæ prodessent hominum vita*

Solutio.

Caietani responsio.

Opin. Auctoris

Deorum in numero habita esse dixit. quotquot enim prioribus illis, ac rudibus Mundi sæculis insigne aliquod iuuamẽtum hominibus contulerunt, diuinos honores sunt consequuti. Hic est, ait Plinius lib. 2. cap. 2. *Vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus ascribant*. & Cicero vbi supra *Concludam* (inquit) *beluas à barbaris propter beneficium cõsecratas, &c.* Ergo cum nullũ sit cęlo beneficentius corpus, intelligebat ille profecto propensissimos & effusissimos futuros esse hac quoque ratione insanos homines in adorandis Sole, & syderibus: à quo errore, vt abduceret, seq; vnum esse ostenderet, qui fons beneficentiæ sit, & cuius iussu, ac vi cęli, & astra, modo illis præscripto terris beneficia largiuntur, iure, ac merito eorum conditionem in hanc quartam diem post arbores videlicet, & stirpes prudens reiecit, ac voluit vt esset herba antiquior Sole, quomodo & D. Ambrosius dixit. Sicut enim infirmis membris impendere quasdã ob causas ampliorem honorem interdum solemus, ita humile ac exiguum terræ elementum tantisper cæteris Opifex prætulit. Quanquam præterea, qua ratione terra centrum mundi est, non indigna quoq; potuit existimari hac Opificis erga illum largitate ante circunferentiam.

Quod nam cælorum potẽtius organũ sit, motus an lumen.

Quod si quærat iuuenis hîc, num Solis, & syderum fulgor potentius cęli organum sit in iuuandis mortalibus inq; procreandis, & efficiendis rebus omnibus mixtis; an verò eius motus. Respõdebo, Iulium Syrenium virum doctissimum, & veteri mihi amicitia iunctum lib. 3. de Fato. cap. 50. existimare (& rectè profectò) motum luci in hoc officio longè præstare: quã sententiam suis ille probat rationibus. At verò ideo ego in illam facilè concedo, quoniam tota cæli vis, & efficacia ab eiusdem Motore oritur, atq; adeò quia ad cęlum non aliter emanat, nisi eo modo quo præcipui agẽtis virtus fluere in organum ac deriuare solet: quod quidem fit, cùm id Motor actu mouet, ac proinde tãquam in fieri. Quamobrem, & in eo recipitur per modum formæ intentionalis, non vero vt esse fixum, & permanens habet: nullum enim instrumentum actuosum & efficax est, nisi cùm eo actu efficiens vtitur, atque adeò tantummodo cùm ab agente mouetur. Ergo oportet vt cælum cieatur, si quidpiam efficiendum ab eo fuerit, & proinde vt eius motus, mensura ratioq; sit, & causa: (Est.n. primus motuum (ac nõ modo rõne vniformitatis, & velocitatis quod velle videtur Scotus in 4. d. 49. q. 13. sed causalitatis quoq;) omnium rerũ, quæ nascuntur, & occidunt, & vt mea est snía, cùm cælum iudicio peracto quiescet, Sol, ac sydera, licèt splendidiora futura esse credantur quàm nunc sint, non efficient tamen quidpiam, nec calefacient, quod nimirum habeat eorum lux à motu cæli, vel saltem tanquam à causa sine qua, vt calefaciat, & agitet. Quãobrem S. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 1. affirmat nec ipsum quidẽ ignem quantũuis licèt perfectum calorẽ habeat, desinẽte cęli motu, effecturũ alterationẽ vllã: hoc verò dicere est, quod nequaquã res agitaret, nequaquã calorẽ in corpora sibi obiecta, aut propinqua immitteret: quod certè si tu neges, ego cõfestim reponã: Erit igitur motus aliquis in Mũdo elementari, absq; motu cæli: nõ igitur ille est primus motuum: non est ille cor ac vita Mundi: ergo cum Paulus Soncinus 12. Meta. q. 13. existimat si non cieretur cælum, nequaquam ab eo posse formas

Iulius Sirenius laudatur.

Paulus Sõcin.

mas

mas subſtātiales effici; rectè profectò ſentit: ſed cū ſubdit formas accidentales tunc quoque ab eo effici poſse, quoniam ſplenderet, & lux calorem gignit; procul à ratione & à S. Doctoris poſteriori hac ſentētia abit: quinimò 2.d.2.q.2.ar.3. Nec enim ſatis animaduertit lucē à motu habere, ſicuti dicebam, vt actu calefaciat, aut certè ab illorum corporum natura & proprietatibus, quorum lux nuncupatur; ſed quatenus tamen mouentur, ſicut exiſtimat Durandus. 2.d.14.q.1. videtur enim lucis munus duntaxat eſſe illuſtrare: cælum etenim Empyreum, quanquam fulgentiſſimum eſt, nullum tamen communicat hoc genus beneficij corporibus infernis, licèt Durandus 2.d.2.q.2. leui ſatis ratione ductus aliter quoque dici poſse affirmat: id verò quamobrem, niſi quoniam immotum eſt? Sēſerunt igitur Patres qui hæc nos docuerunt, à motu habere lumē vt alteratione afficiat ſibi obiecta corpora, quanquam forſitan non à ſolo motu, ſed etiam à proprietatibus ſyderum, Alioqui rurſum quæro, quæ ratio poſſet afferri, ne & id Empyreum cælum in hac inferna ſimiliter ageret, ſi lucidiſſimum eſt, & ſupremum omnium corporum, habeatque lux ſuapte natura vim, aut formas accidentales gignendi, aut quadantenus etiam corpora alterandi. Nam ſiquis diſtātiam cauſaret, reijci hoc ipſo poſset, quòd diſtantia quidem officit, vbi paria cætera fuerint: at verò cùm lux citra fermè menſuram, & proportionē in eo cælo ſita maior ſit, hæc certè nō impedit: ſi enim exiguus radius, qualis eſt cuiuſq; ſtellæ lux, comparata luci cęli Empyrei, in hæc inferna agit, multò profectò magis ingens illa & in immenſum fermè ſuperexcedens lux hæc ipſa terrena corpora afficeret, quamuis procul, & multò magis diſſita videatur. Rurſum, & ſi Empyreum à terra tam longè diſtat, non diſtat tamē vſque adeò à primo mobili & à cælo ſydereo: cur igitur illis nullum hoc genus beneficij inde peruenit? nā vel nihil prorſus in illis influit, quippe quod nihil cum illis cōmune habet, cùm ad ſtatū gloriæ hoc ordinatum fuerit, & reliqua ad cōmunem rerum curſum: & videtur admodum rationi conſentaneum, vel certè ſi quidpiam influit quod S. Tho. 1.q.66.3. viſum eſt probabilius, illud tranſiens nō eſt, cuiuſmodi motus omnes & alterationes ſunt, ſed fixum & ſtabile. Quanquam videlicet Durando loco iamiam citato (nec certè temerè) S. Doctorem nō ſibi vbiq; conſentire, accuſat, licèt honoris gratia nomen ſupprimat.. His adde, virtutem conſequi formam; et proinde vbi in corporibus conſequenter ſe habentibus hæc nobilior eſt, etiam ipſa virtus neruoſior, et valentior eſt: eſt autem Empyreum corpus nobiliſſimum: ageret igitur luce ſua hæc omnia validius, ſi abſque motu ea agere poſſet: itaque cùm non agat illa ſola ſatis non eſt. Denique vide, num et hoc quoque Ariſtoteles ſentit quando ſeptima particula Problematum, Proble.4. cauſam hanc eſſe dicit, cur ægritudines ac morbi homines illis appropinquantes inficiant, quia motiones ſunt, et proinde agant; et ſanitas hoc non efficit: quia eſt veluti quies, atq; adeò ſedentaria: et quæ quieſcunt, agere nō poſſunt. Et poſtremò propoſitio eſt S. Tho. 1. contra Gentes. cap. 20. et 1.q.3.ar.1. nullum corpus mouere niſi moueatur et ipſum (nimirum localiter) vti et Caiet. ibi eruditè notat, et inſtantias perimit.

Contra Durandum.

Iam verò ad exactam intelligentiam eorum quæ toto hoc capite scribuntur, omnino opere precium est & hoc quoque in præsenti perpēdere; num scilicet hoc temporis interuallum, distinctioque dierum, quibus scribitur Deum venustasse Mundum, ita capienda sit, quemadmodum vulgò passim homines illam intelligunt, & planus litteræ sensus postulat; an verò aliter. Phylo in lib. Allegoriarum, rusticanæ esse ait simplicitatis, putare sex diebus, aut certo quodā tēpore Mundū fuisse ab Omnipotente conditum; sed hac vsum esse periphrasi Prophetam nostrum existimat, vt indicaret cū mortalia, tū verò incorruptibilia genera, ex proprijs constitisse numeris; ac senario quidē meritum esse mortalia, & septenario immortalia, hoc est, beata, ac fœlicia. Sed Phylo nunc platonizat, vt solet, & allegorijs ludit.

Num sex dies conditi orbis, veri ac totidē numero fuerint nec ne.

Phylonis opinio

Reijcitur Phylo.

Opinio D. Aug.

D. Aug. & qui vnico momento cunctam hanc rerum molem fuisse creatam arbitrantur, sex illos dies, non pro sex temporis interuallis, & totidē primi cæli conuersionibus capiunt; sed pro sex rerum generibus, quæ facta commemorantur vt nihilominus præsentata cognitioni Angelorum, ac vt fuerunt ab eis & probè perspecta & exactè intellecta. Rursum, quia Angeli præsentationem hanc gemino modo sunt consequuti, & in proprio genere (atque hoc quidem, vel per species rerum inditas, vel etiam acquisitas, vel denique per eorum essentiam: de qua re in præsenti non disputo) ac deinceps in Verbo: priorem illam cognitionem vocauerunt vespertinam, secundam verò matutinam. Inde subortæ in recentioribus Theologis disputationes subtilissimæ sunt, ac referta fermè volumina de vtraque Angelorum cognitione: neq; enim Patris Augustini mētem vno modo oēs interpretantur, quòd obscuriora eius verba magnopere videantur, sicut apud S. Thomam, prima, quæst. 58. cernere est: & apud Durandum. 1. Senten. dist. 4. q. 1.

Testimonia & rationes pro D. Aug. opinione.

Et pro celebri opinione hac, quantum ad propositum nobis institutū pertinet, locus ille citatur, qui capite e vestigio sequenti habetur; *Istæ sunt Generationes cœli, & terræ, quando creatæ sunt in die quo fecit Deus cælum, & terram, & omne virgultum agri*, Hem, inquiūt, *In die* dicitur, & non *In diebus*. Stirpes igitur vnà cum cælo, ac terra prodierunt, atque adeò in momēto, & simile est iudicium (inquit Caietanus) de operibus reliquorū dierū. Rursum, citatur & locus Eccles. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul*: non vtique simultate loci, nec simultate situs, vt sensus probat: ergo simultate temporis: in momento igitur. Ad hæc proferunt locum Deut. 4. *Dei perfecta sunt opera*, & inde excurrunt & colligunt, Deum vnico momēto creasse & absoluisse Mundum: quoniam alioqui anteaquam illum suis numeris absoluisset, opera eius imperfecta extitissent: quod nihilominus Moses disertè negat. Argumentantur præterea rationibus. & primùm, quòd certum sit potentiam Dei hoc commentario mirificè illustrari & celebrari: etenim declarat illam esse infinitam, incōprehensibilem, quam tamen non ita patenter alia opinio, & commentarius aperit. Arist. enim 6. Phys. contendit, maiorem virtutem mouere idem mobile super æquali magnitudine in minori tempore: & 8. Phys. ait, Si uirtus infinita esset in magnitudine, moueret in instanti. Nihil igitur æquè Dei inexhaustum potentiam

cunctis

cunctis exponit, atque cæli & terræ instantanea creatio, & exornatio. Secundò, Deus potuit omnium consensione hoc fecisse; atque tum ipsum qui infinitus est, & omnipotens, tum & Mundum ipsum qui perfectissimus est, & quem summopere diligit hoc maximè decuit: quid igitur vetat, quominus id fecerit? Certè & Plato in decimo de legibus, & D. Greg. Nyssenus lib. 8. de homine, simili argumentandi formula vsi, statuerunt Dei erga homines prouidentiam. Addunt autem nonnulli Mosem ob id hoc. Dei momentaneum opificium in sex diebus distribuisse, vt id omne obesus rudisque populus quem instituebat, melius consequeretur, boni videlicet coqui instar, qui, vt ait Plato, animalium membra in articulos & bolos quo mandi & concoqui melius possint, partitur.

His tamen non obstantibus accedo in sententiam D. Basilij, ac eorum, qui litteram iuxta eius peruulgatam significationem capiunt. Et primùm: quia ratio hystoriæ ita exigit: at verò Moses hic historiam texit. Secundò, quòd regula sit vt loca obscuriora sanctarum Scripturarum à clarioribus lucem & intelligentiam recipiant, non è cõtra. Hic autem locus de sex diebus apertissimus, & splendidissimus est. ergo loca alia quæ subobscura sunt (vti videbimus) ab hoc intelligentiam, & interpretationem capere debent. Amplius, Exod. 20. hęc affertur causa præcepti sanctificationis Sabbati: quoniam creatis intra sex dies cælo & terra, quieuit Opifex die septimo. atqui ratio hęc nulla alioqui, aut certè minus sincera minusque idonea esse videretur, nisi sex dierum vero interuallo Opifex hæc effecisset. Quartò, si Deus expoliuit Mundum vno momento, & suis omnia locis probè formata integraq; locauit quomodo, rogo, verum esset terram antea fuisse inanem & vacuam, fuisse aquis vndique opertam, & postea detectam quomodoque Deus Adamum extra Paradisum effecit, ac in eum deinceps vt effusius lęta ret adduxit? & id genus pmulta, quæ, vt sunt splendidiora Sole, ita densissimis nebulis hac sẽtẽtia obscurantur. Etenim, vt terra eodẽ momẽto vacua & plena fuerit, vtque tecta aquis esset & aperta, & Adamus apud Antipodas & in agro Damasceno, nec sensus nec ratio probant. Quintò, quoniam illa D. Aug. sex dierum ad cognitionem Angelorum adaptatio, nec idoneis fulcitur rationibus, nec apertis Scripturarum testimonijs, nec à Theologis omnibus, qui alioqui cum eo de momentanea rerum omniũ conditione sentiunt, aut laudatur, aut recipitur in primis autem à Caietano; cui ego (& meritò sanè) multum tribuo: nam aliter rem hanc componit, & (vt mihi videtur) ad litteram propiùs: Ait enim, ideò Mosem absque fictione in sex diebus distribuisse Dei opificium, quòd illa sex rerum genera quæ prodijsse commemorat, hunc inter se ordinem seruent, perinde ac si singulo vnumquodque die productum fuisset; & proinde illum inter se consequẽtem ordinem omnia habeant, atque inter se dies ipsi habere solent. Cabalistæ verò (vt neque hos prorsus præteream) opera hæc non tam inter se conferunt (sicut Caietanus facit) quàm ad vniuersum tanquam partes ad totum referunt. nam aiunt, *Per sex dies geneseos subindicatas, fuisse sex extremitates ædificij procedẽtes à Beresith, sicut procedunt cedri à Libano.* quanquã me non præterit, alium quoque sensum hac verba posse habere.

Opin. Aucloris

Caietanus propius accedit ad litteram, quàm D. Aug.

Cabalistæ.

Reiicitur commentarius Caietani.

Sed cùm hæc omnia acutè, fortassis excogitata fuerint, ægrè tamen subsistere ei posse videbuntur, qui opus quartæ diei natura antecedere opera secundæ & tertiæ perpenderit, & nulla alia ratione à Dei voluntate fieri potuisse, vt subsequutum sit. Varia ergo & diuersa eorundem qui in hanc sententiam proficiscuntur, intelligentia satis patenter aperit, minus eam esse stabilem, & firmam. Sextò, quoniam veteres vel ob hanc præcipuè causam Origenem non modò in ius vocarunt, sed etiam reum fecerunt, ac ex Ecclesia proscripserunt, quod à littera sciens & volens recederet, & ad allegorias, anagogiasque vbique conscenderit. At verò hæc D. August. interpretatio maximè, ac si qua præterea alia recedit à littera, ac tota in peregrino sensu versatur; vt satis mirari non desinam, cur quidam tanta contentione ei inhæreant, vt perinde atque pro aris, & focis ex aduerso litteræ patenter dimicent: sed viri auctoritas grauissima est, fateor verùm & qui secus atque ille, existimarunt, Diuus Basilius, D. Gregorius Nazianzenus principem locum iamdudum in Ecclesia Catholica omnium consensione similiter obtinuerunt: quare S. Thom. vt me dixisse aliàs memini, non audet in summa pronunciare, vtra ex his sententia verior ei videatur. Rursum, & idem Diuus Augustinus Epistola octaua ad Hieronymum, & alibi sæpe, vetat, ne tantum eius nomini & auctoritati tribuamus, vt si melior occurrerit ratio, quæ aliò nos vocet, non repente progrediamur. Septimò, lege sacra volumina omnia, & videbis numero septenario tempus fermè omne circumuolui; quemadmodum, & D. Gregorius in Homil. de Magdalena perpendit, nimirum septem diebus, & septem annis, & denique septem annorum septimanis, quas e uestigio Iubilei annus subsequitur; tanquam videlicet septem primorum dierum illustres imagines.

vid. Gratianū d. 9.

Octauò ipse omnium hominum vsus, & cunctorum sæculorum consensus Diui Basilij intelligentiæ confertim & agminatim (ni me iudicium magnopere fallit) vltro subscribit: si quidem Barbari, Græci, atque Latini, omnes hebdomadibus vsi perpetuò sunt, & modo quoque vtuntur, quibus operas labores, & denique feriationem, & quietem ab operibus metiuntur: etenim sex diebus operantur, & septimo quiescunt. Et quanquam in denominandis diebus non omnes inuicem consentiunt, & in capiendo die quietis, alius, atque alius est illis ritus & mos; in abutendis tamen hebdomadis, summam habent consensionem omnes, & perennem ritum. Quæritur proinde facti huius, & communis instituti ratio: videlicet qui fit, vt cùm numerus in denario quiescat, non constituerunt sibi homines decimanas, sed septimanas: quare numerum hunc reliquis omnibus prætulerunt? Ego profectò probabiliorem non inuenio hactenus huius rei causam, quàm quod edocti vetustissima Maiorum traditione, intellexerint sex diebus Deum effecisse Mundum, & septimo quieuisse, ac proinde voluisse eiusmodi hebdomadibus in suis eorum transigendis negocijs illum adumbrare. Intellexerunt igitur hebdomadam Dei hanc, quam nobis conscribit Moses, fuisse septem integras primi cæli conuersiones, & seruasse Opificem numerum dierum hunc cùm initio

tiò res efficeret: & ob id sibi perpetuò similiter seruandum instituerunt. Porrò autem de hebdomadibus, deq; dierum omnium nominibus, Lilius Gregorius Giraldus ex recentioribus Auctoribus in suo libro de annis, & mensibus accuratè veterum scripta collegit; ne quis frustra à me expectet, vt de his plura dicam.

Verùm dicturus hic forsitā aliquis est. Cōtraria opinio permultis verbi Dei testimonijs fulcitur, q̄ & fuerunt adducta. Proinde videamus, nū hæc ita se habeāt. Et sanè primū testimoniū ex 2.cap. desumptū, & quo Caietanus nititur, peritorū in sancta lingua iudicio inefficax est, ac nullius pōderis. Nam Hebræorū phrasi Dies, pro tempore crebrò audīt, vt Esaiæ cap. 9. *Sicut in die Madian*, & 14. *Et erit in die illa dicit Dominus*, hoc est, in tempore illo: Dies, ergo vtrobique pro tempore capitur. Ad locum autem Eccles. respondemus; ea tunc communi hominum sermone dici simul fuisse facta, quādo vel nulla, vel quæ videatur admodum parua mora, exiguumque temporis interuallum intercesserit dum efficerentur. Quamob rem & Cyrillus in Cathena Psal. 56. capi, *Simul*, quandoque pro *Repente*, ac *Statim*, dixit: & S. Thomas, tertia quæstione 53. secundo, ea quoque dici posse fieri, *Statim*, adnotauit, quæ breui, aut certè non interposito longiori tempore conficiuntur: sic dicitur domus tota *Simul*: extrui, ac *Statim*, quæ successiuè sine temporis interpollatione ædificatur, quanquàm iaciatur antea fundamētum, moxque erigantur parietes, aut etiam muri, & postea tectum superponatur, atque adeò in tempore consumatur, & quoniam Deus iugi quadam & continuata dierum serie in quibus feriatus non est, nec suum reliquit opificium, illa omnia quæ Mundum perficiunt & exornant absoluit, rectè profectò & appositè sapiens scribere potuit illum omnia simul creasse. Quanquam, si eius verba pressiùs capiantur, ad creationem, atque adeò ad Mundi compositionem referenda potius sunt quàm ad ornamēta, de quibus loquimur: Terminatur enim creatio veluti ad substantiam Mundi, quemadmodum aliàs à me dictū est, atq; adeò ad partes, quæ de illius constitutione cum primis sunt: quāobrē & instantanea fuit, ac eius imaginem nobis generatio in præsenti exprimit. ornatus aūt veluti ad eius extranea accidētia spectat, aut ēt (si quis ita malit) ad adiacentia quæ absoluta re, ei adduntur: quod sanè genus rerū alte ratione, & motu qui tempore mensurantur, efficitur. Quanquā & ornatus dici potest prodijsse simul simultate ordinis & consequentiæ: sunt. n. omnia & intrinsecus & extrinsecus inter se ita egregiè disposita & connexa, vt per illustria Philosophorum ingenia sapientiam Opificis & inde apertè cognouerint, & se nunquā satis ac pro dignitate eā laudare posse dixerint.

Expenditur locus secundi capitis, In die &c.

Expenditur locus Eccle. Qui viuit in æternum.

Itaque etiam ad propositam nobis priorem rationem, ita nūc dicimus; satis superq; Deum omnipotentiam suam declarasse, cùm ex nihilo totam hanc corporum congeriem & vniuersitatem effecit, noluisse autem in instanti eam venustare, sed sensim & gradatim; vt manifestaret se non naturæ impetu, & necessitate hæc omnia agere, sed electione, ac spontè, et insigni quadam sua libertate: quo profectò modo non repugnat, vt vis incomprehensibilis et infinita in magnitudine sit, et quæ in minori quoque tempo-

re

re moueat quàm finita: quod tamen, si illa de necessitate naturæ ageret, esse non posset: quod enim eiusmodi est, agit pro virili, hoc est, quantum potest. At verò efficiens voluntarium & liberum, licèt quoque viribus sit immensum & infinitum, efficit, mouetque non quantum potest, sed quantū, quomodo & quando ei ad lubescit. Nec dubium melioribus Peripateticis est, Arist. existimasse Principem Deum de necessitate naturæ agere; cui & Phylo ille Hebræorum doctissimus & disertissimus quadantenus loco citato consentit: ita enim scribit, *Sed sicut proprium est ignis vrere, & aquæ sitim refrigerare, ita Dei quoque operari, idque multò magis eo quod ipse alijs etiam rebus omnibus operandi auctor est.* vt facilè intelligere possis, cur noluerit Opifex tot rerum genera quæ visuntur, vno momento edere. Ergo non ad solam Dei omnipotentiam respiciendum vbique est, verùm etiam & ad eius sapientiam, qua libertatem suam declarare hoc quoque modo prudentibus voluit.

Et ex his allatæ vltimæ rationi dari etiam responsio luculentior potest. Negamus enim simpliciter decuisse Deum id agere: & rationem exposui, vt mihi quidem videtur commodam. Et his quidem de causis ego in hâc D. Basilij sententiam proficiscor, quamuis non ignorem permulta esse, quæ ab alijs contra afferuntur. Sed cùm ex dictis reijci illa facilè posse videam, & norint bonarum literarum studiosi acribologiam Mathematicā non esse vbique expetendam, hic disputandi finem facio.

LECTIO XVIII.

Quō, quem D. Basilius affert, quæ dixit, & quæ facit.



IXIT *autem Deus, Fiant luminaria in Firmamento cœli.* Admirabile profectò est, quod nobis nūc Moses enarrat; Deum videlicet iussisse, & causas attulisse cur luminaria fieri vellet, ac simul illū ipsum ea e vestigio effecisse; ac proinde qui videatur aut sibi ipsi iussisse, aut alteri cuipiā qui ei parere vel contempserit, vel neglexerit; aut denique frustra iussisse, quæ omnia inopinabilia sunt. Neque hoc duntaxat loco, sed superius quoque similem nobis narrationem Propheta facit. Etenim ita scriptum reliquit, *Et dixit Deus, Fiat Firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* atq; protinus hæc subiecit: *Et fecit Deus Firmamentum in medio aquarum, &c.* Quid igitur dicemus hic auditores?

Facilè ad hæc Platonici (vt arbitror) responderent, & cùm primis Plotinus in libro de tribus principalibus substantijs: Numeniusq;, vti Eusebius de Præparatione, & D. Cyrillus contra Iulianum referunt; ac denique Calcidius Thimęi Platonis celebris interpres: ij enim oēs, tres esse Deos existimarunt, quos & primas essentias primosq; intellectus appellāt, hac inter se ratione seiunctos, ac differentes, vt primus qui & summus simplicissimus, sit stans, quiescens, & qui iubet: secūdus verò, qui se moueat Ideatum receptator, atque adeò minus simplex qui ordinat & efficit, quem & mentem

mentem vocant; ac denique tertius, qui ab vtroque deficiat omnia peruadens, omniaque lustrans & continens, quem & animam Mundi plerique omnes vocarunt; cuius & doctissimus Vates illis carminibus meminit:

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus,
Mens agitat molem. —

Sed cùm nobis, qui veram religionem sincerè colimus, Deus vnus tantūmodo sit. Deut. 4. 1. Cor. 8. Ephes. 4. Pater, videlicet, Filius, & Spiritus sanctus, quæ personæ coæternæ sunt, coomnipotentes, & coæquales; repudiantur hæc Platonicorum placita à nobis, & inter humana figmenta citra vllam cunctationem, & meritò quidem, reponuntur.

DD. ergo Hilarius, Basilius, & Ambrosius doctissimi, ac perspicacioris ingenij Patres hæc non modò dudum animaduerterunt, sed etiam in hæreticos Sabellianos fortiter obiecerunt. Nam dixerunt, Patrem esse qui iusserit, & Filium qui fecerit: & proinde Scripturam hîc illos patenter redarguere, quippe quæ plures esse personas in Deo manifestat. Sed expedit D. Hilarium suis verbis audire loquentē: sic enim libro 4. de Trinitate ait, *Cùm absoluta hæc de Deo, & perfecta confessio sit, vnus Deus pater ex quo omnia, & vnus Dominus noster per quem oīa; videamus originem mundi, quid de ea loquatur Moses. Ait nanque: Et dixit Deus, Fiat Firmamentum in medio aquarum &c. Et fecit Deus Firmamentum, & diuisit aquas ab aquis. babes ergo Deum ex quo, & babes Deum per quem, &c.* His & Didymus in Cathena Psal. 32. subscribit, versiculum illum explicans, *Ipse dixit, & facta sunt. Cui* (inquit) *dixit, vel cui mandauit, nisi opifici Verbo? hic verò est filius Dei.* consentitq; Lactantius, accita Sibilla lib. 4. cap. 6. & alibi. Sed vt libenter Patribus assentiri soleo, ita hoc loco splendidiorem responsionem cogor ab eis desiderare: & primùm, quoniam hac respōsione præferre Filio Patrem, augustioréq; facere prima fronte vidētur. Qui enim iubet, eo videtur præcellere cui iubetur; & qui exequitur iussa mandantis, eo minor esse existimatur qui mandat. Vnde Dominus in Euangelio, *Maior est qui recumbit quàm qui ministrat.* At verò quanquam Filius secundùm assumptum hominem Patre minor existit, ab eoq; mandatum acceperit de nostro genere redimendo, Ioan. 14. ad Philip. 2. nihilominus, quando Firmamentum & luminaria cæli fecit, hoc est, vti Dei Verbum, ac Deus est, mandatum ab eo accipere vllum non potuit: rectè enim D. Greg. Nazianzenus, in secunda Oratione de Filio dixit, *Verbum quatenus Verbum, nec obediens fuisse, nec inobediens: quòd hæc eorum sint quæ subiecta sunt.* Et (ni fallor) repudiat his verbis Origenis sententiam; qui crebrò quidem, sed cum primis in primo Periarchon. cap. 1. Filium ait administrasse Patri in creatione Mūdi. Quod fortè Didymus & Lactantius quoq; voluerunt, qui de diuinis personis minus rectè sensisse existimātur. Rursum, cōe Axioma Theologorū est, opera Trinitatis ad extra esse indiuisa, hoc est, oībus personis æquè prodire. Sunt igitur firmamentum, & luminaria Patris, & Filij, & Spiritus sancti cōmune opus. (etenim verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum) quamuis cum eorum appropriata spectamus dici possunt, ab eorum vnaquaque persona speciali quadam ratione emanasse. Non igitur

Verba D. Basilij sunt, Fiat Firmamētū. *hæc vox profecto causæ principis est*, Fecit Deus Firmamentum, *hæc effectricis est, creatricisq; potentiæ Filij testis, &c.*

Lucæ 22.

tur solus Pater iussit, & solus Filius fecit; sed vterque & iussit & fecit. Quærenda itaque est solutio apertior & Patres Catholici quidem ea loquendi formula nihil aliud nobis voluerunt significare, quàm personas esse plures, & Deum Patrem ordine originis præcipuam Mundi causam extitisse, & deinde Filium tanquam causam mediam, & cui à Patre omnia tradita fuerint, Matthæi 2. quamobrem illum appellant Principium absque præcipio, & hunc principium de principio, sicut sæpe à me dictum est: quamuis quibusdam qui in sententia Arrij fuisse videntur, alia profectò mens, aliaque intelligentia fuerit.

verba D Basilij sunt, Quis dixit, & quis fecit? non intelligis in his personarũ duplicitatem?

Non iussit Angelis, nec Angeli luminaria efficerunt.

Potrò autem si Deus in creando sensili Mundo opera & ministerio Angelorum vsus fuisset, quemadmodum Prisci quidam existimauerũt, sequuti Platonem in Thimæo, qui & fortassis non assequuta litteræ huius recta intelligentia, in eam sententiam adductus est; dici commodè posset fuisse illis demandatũ, vt hæc luminaria efficerent, & subinde Mosem subtiliter, ac recõdita quadam rõne, eorum opus, Deo adscripsisse, nimirum, vt eos non propria facultate & naturæ vi tantam molem effecisse significaret; sed sola Dei largitate, & ope: superabat enim eorũ vires, & intra sphæram actiuitatis eorum (vt scholastici loquũtur) nequaquam cõtinebatur; & propterea subdidisse, Deum illa effecisse, quasi exponens hoc opificium non tam Angelorum quàm Dei virtute eos iuuantis substitisse. Verùm, quia fide tenemus, Deum ab initio temporis se solo vtranque de nihilo cõdidisse, & venustasse creaturam, inuisibilem & visibilem, spiritualem & corporalem (dicitur enim in Psal. 101. *Et opera manuum tuarum sunt cœli.* & Psal. 8. *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum*) reiecta nunc disputatione illa in aliud tempus qua in controuersiam recentiores Theologi posuerunt, num facultas creandi, potuerit creaturæ impertiri: ea propter censemus Mosem vtrunq; adhibito consilio narrasse, videlicet Deũ & iussisse & fecisse, atq; iussionẽ quidem vbiq; ideò commemorasse, vt admoneret lectores, Deum non fecisse insigne hoc opus, aut naturæ impetu, aut temerè, sed cum antea rem probè expendisset, & consuluisset, hoc est, mira quadam prouidentia, atque adeò summa libertate & indicibili sapientia deliberasset: Hæc.n. omnia ex Philosophorum quoq; doctrina iussio innoluit. Cùm verò subijcit hũc ipsum fuisse qui ea effecit; admonet quod paulò antea dicebam, nullius opera vsum fuisse (*Omnipotentia enim nullius adiutorio indiget*) sed se solo, hoc est, vt loquuntur scholæ, immediatione virtutis & suppositi, condidisse & ornasse, vt hoc verbum, *Fecit*, eius nobis cùm potentiam, tum efficientiam toto hoc capite demonstret, & cooperatores, atque ministros omnes excludat; & verbum, *Iussit*, siue *dixit*, eius prouidentiam ac veluti consultationem, iudicium, & libertatem in efficiendo exponat.

Quò creatio & gubernatio differunt.

Et vide iuuenis ex his conuenientiam & discrimen inter creationem, & gubernationem. vtraque fit Deo iubente, sed creatio sola, etiam eo efficiente: & si enim Deus cuncta moderando attingit immediatione virtutis, à fine vsq; ad finem fortiter, ac disponit oĩa suauiter, Sap. 8. corpora tamen moderatur per spiritum, & infima per media, & denique hæc per suprema

prema: quāobrem,& Simplicius 1.Cæli 24.scite dixit,*Cælos in se ipsos agere,& supernos, bonitates suas infernis impertiri*: quod D. August. lib. 83. quęstionum, ac D.Greg.Papa lib.4.Dialogorum latè persequūtur.quæ omnia vt Moses nobis exponeret,primùm toto capite disertè narrauit Deum iussisse, vt singulæ quæque res fierent, moxque fuisse illum ipsum qui eas effecerit.

De luminibus cæli.

Cæterùm cum Theologi vtriusque manus,hoc est,veteres, & recentiores latissimè & de cælis & de eorum luminarijs scripserint, sicut in priorum commentarijs in hæc verba Mosis & in posteriorum scriptis in secundo Sententiarum d.14.legere est;non possum ego citra negligentiæ notam, illa omnia penitus præterire: vt enim Arist. hortari seipsum,ac tanquam excitare ad disserendum,laboribus Socratis eximij Oratoris solebat, ita horum diligentia mihi vel in studiorum arena currenti calcaria ad meditandum,& disputandum de præclaris rebus frequentissimè addit:& vt methodo complectar,vt soleo,quæ dicturus sum,tractabo antea de eorū constitutione,& mox de eorum officijs.Proponimus aūt eorū constitutionem inuestigare,præcipuè ex verbo Dei, quanquam ex Philosophia, cùm opus erit, auxiliares suppetias postulabimus, quæ iampridem indoctis,& eorum patrono Lactantio lib.3.cap.16.inuitis,sponte sua Theologiæ nostræ inseruit. Nam cum Theologus communissimus quidam artifex sit, potest profectò, citra alicuius iniuriam de rebus omnibus pertractare, ac disserere; & quatenus à Deo egressæ initiò sunt,& quonam pacto ad Deum tanquā confecto circulo deinde regrediuntur.Rursum tritum est,*Deum esse omnia in omnibus*: & *omnia in illo esse, viuere ac moueri*, & denique quod quidam dixit *Iouem esse quodcumque vides quodcunque mouetur*, proinde pergam, nunc in hac præstantissimorum Philosophorum corona,quæ me disserentem humaniter sanè & amanter audit, munere meo fungi,& non erit inutilis iuuenibus aut iniocunda (vt spero) opera nostra.

1. Cor. 15. Actorum 17.

Luminaria cæli corpora sunt.

Et primùm quidem statuamus quod in cōfesso oībus est,luminaria cæli esse corpora: efficiunt.n.& alterant inferna omnia, atqui omne eiusmodi alterans,corpus est,vt Auer.de substātia orbis inducit. Rursum,mouētur: quidquid autem mouetur,corpus vt sit, necesse est, cum sit partim in termino à quo,& partim in termino ad quem ex 6.Phys.Et quanquam Pytagorici affirmauerint Solem esse Mundi centrum & immobilem, terramq; perenniter circa illum conuerti, refelluntur nihilominus luculentissimis verbi Dei testimonijs Ecclesi.1.*Oritur Sol,& occidit,& ad locum suum reuertitur: ibiq; girat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem*. Psal.18. Exultauit (videlicet Sol) *Vt Gigas ad currendam viam,à summo cælo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius*.& cum Iosue cap.10.scribitur,Solem huius imperio immotum tanti per constitisse,quoad hostes prælio funderet, & similiter cum Sol retrogressus aliquot lineis est, vt agnosceret Ezechias adeptum se esse vitam & incolumitatem, Esaię 38. prodigia fuere omniū maxima. Nec obstat quod Prouer.3.dicitur,*Deum stabilisse cælos prudentia*: pertinet enim ea sententia ad illorum consistentiam & perpetuitatem, nō verò ad motum localem.

Terra immobilis est,& luminaria mouentur.

Lum

Iam verò & de terra sic legimus in Psal. 103. *Qui fundauit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi*, & Psal. 92. *Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur*, hoc est, orbem qui terra est, quæ stabilis perenniter ac immota stabit. Refelluntur & sensu, quem in eiusmodi rebus dimittere, imbecillis intellectus certissima nota est. Nam perspicimus Solem manè ab Oriente surgere, & inde ad cęli fastigium, quod est eius medium sensim conscendere, meridiemq; efficere, ac deinceps continuè labi ad occasum, & vesperum facere. Rursum serena nocte videmus stellas, quæ iuxta Polum arcticum sunt, gyros vniformes circa illum ducere, & nobis nunquam occidere: sicuti & Ptolomeus in Almagesti dist. 1. cap. 3. & Sphęræ auctor. cap. 1. iampridem adnotarunt.

Iam verò ipse similiter visus, qui omnium sensuum nobilior est, terram nobis ostendit manere immotam: nam graue proiectum directè sursum, eo loco videmus recidere, vnde emissum fuerat. quod planè non euenit, cùm de naui ventis appulsa iacitur. Prætereo autem consultò in præsenti Arist. rationes, quibus hoc rursum patenter demonstrat, in 2. Cęli, à 96. ad 103. vsque textum; & Ptolomei vbi supra cap. 5. ne in re à vobis confessa frustra argumenta proferam Luminaria hæc proinde corpora mota sunt. Quàobrem cùm Nicol. Copernicus à Pythagora & Heraclide Pôtico superiori ꝓxima ætate iusto volumine aduersus nostrá pugnauit suiam, Cęliusq; Calcagninus qui in huius concessit opinionē si copiam & vires suę eorum eruditionis, & ingenij ostendere voluerunt magis quam quod sentirent exponere (vt sunt permulti qui delectantur negocium facessere veritati) improbandi prorsus non sunt. At verò si ita serio senserunt expresso, ac splendido verbo Dei damnantur.

Nicol Copernicus, & Cælius Calcagninus re ferme.

Quoniam autem in controuersiam nostri etiam ponunt, num affixa eorum orbibus luminaria sint, an verò ab illis prorsus soluta moueantur; age & hoc videamus. Origenes enim lib. 1. Periarchon. cap. 7. & contra Celsum lib. 5. inficiatur luminaria hæc esse partes cæli, cui & Lactantius lib. 3. Institutionum. cap. 24. assentitur. Diuusq; Ioannes Chrysostomus in Genesim. Hom. 6. & 15. etiam Homilia ad populum Antiochenum, atque in Epistola ad Heb. Hom. 14. & ad Rom. similiter & alibi, affirmatq; vnum duntaxat esse cælum, idq; nec sphęricum, nec moueri, cui, & Procopius Gazeus in suis commentarijs in Genesim subscribit, sicut citra delectum solet.

Q8. num astra cælis affixa sint an soluta.

Sunt igitur ij in ea sententia omnes, vnum dumtaxat esse cæli corpus, vnamq; massam non solidam, & duram, sed permeabilem molem & raram, & vt D. Basilius, ait, tenuem quasi fumum per quam sydera, tanquam pilæ quædam & sphęrulæ, vel ab anima, vel ab Angelo, siue mauultis ab Intelligentia illis mancipata, certo ac inuiolabili quodam ordine à Deo illis præscripto & assignato perenniter conuertuntur: vt proinde minimè mirum sit, si Astronomi veras constantesque tabulas de eis sæpe conficiát, & eorum synodos aspectus, diametrales, trigonos & reliquos longè antea quoque pronuncient. Et non defuisse veteres quosdam Hebræorum Rabbinos, qui hæc ita se habere putauerint: testis est in sua Medulla Iacobus Naclantus Episcopus Clugiensis, qui ad meliorem vitam nupertimè euolauit.

lauit: sed & primis Ecclesiæ sęculis fuisse opinionem hanc Catholicis vulgatissimam, & receptissimam; ego inde non multo negocio coniector, quòd Philastrius, qui teste D. August. in præfatione sui libri de Hæresibus D. Ambrosij Coetaneus fuit; inter hæreses opinionem illam reponit, quæ asserit astra cælo esse affixa. Probari autem potest opinio hæc, primùm quidem verbis illis Domini, *Stella cadent de cælo.* Deinde D. Pauli in Epistola ad Heb. *Habemus Pontificem qui penetrauit cælos, Iesum.* quæ tamen loca, si verum amamus, nec cogunt, nec tempestiuè proferuntur: nam prior vel de ignitis vaporibus quos Plinius libro secundo, vocat Faces, Lampades, & Bolidas commodè potest intelligi, quoniam, & stellæ vulgo dicuntur, & cùm decidunt, fulgere visuntur; vel certè per allegoriam, aut per metaphoram de Doctoribus qui ab Ecclesia ad sectas. & hæreses prolabuntur, (vt nunc proh dolor frequenter perspicimus) & posterior rem tantam nequaquam probat: vt enim obsignato sepulchro Dominus surrexit, ianuisque clausis ad Discipulos introijt, & antea ex incontaminato & inuiolato Virginis vtero homo prodijt: (fuit enim virgo etiam in partu) ita salua cęlorum soliditate & consistentia penitus illęsa, eos penetrare potuit cum ascendit. Quapropter recentiorum Theologorum his contraria opinio est. Sentiunt enim astra, nec volutari, nec diuidendo orbes, aut permeãdo cieri, de qua re paulò postea quid mihi videatur, dicturus apertè sum.

verum Phylastrius opinionē gratis, aliquan do vexat.

Illud enim antea disquirendum est, num corpora hæc ex elementis composita sint, an verò ita simplicia, vt ex alijs corporibus minimè sint constituta. Et hic profectò maius nobis & difficilius negocium se se exhibet. Etenim insigniores Patres in ea sententia fermè sunt, luminaria, & cælos constitutos fuisse ex quattuor elementis, quoniam natura corruptibiles sunt, quinimmo etiam statuto tempore ob Adæ peccatum, vt eorum quidam existimant, dissoluentur. Hanc enim causam D. Chrysostomus profert, ac Dauidem in Psal. 101. ita sentire arbitratur, cùm ait, *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent; & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.* Qui locus potentissimus esse quibusdam videtur, ac neque satis commodè ei occurri à recentioribus, cùm hoc idcirco dictum fuisse arbitrantur, quòd adueniente ad iudicium Domino cęli mo ueri desinent: nec enim de eorum motu, sed de ipsis dictum est *Peribunt,* & rursum, *Sicut vestimentum,* siue vt vertit Fęlix Pratensis, *Sicut pannus veterascent:* quia certè omnia eorum constitutionem, & substantiam respicere videntur. Rursum Esaiæ quinto, *Suspicite cælum, & respicite,* inquit, *Quoniam cælum vti fumus deficiet,* seu quemadmodum recentiores legunt, *Quoniam cæli vt fumus corrumpentur.* Ad hæc, Dominus Matthęi cap. 11. ait *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Denique D. Petrus in Epistola sua 2. cap. 3. ita scribit, *Cæli autem qui nunc sunt, & terra, eodem verbo sunt igni reseruati in die iudicij & perditionis impiorum hominum:* hæc, & id genus testimonia significare Patres illi intellexerunt futuram mutationem maiorem in cælis quàm vt dumtaxat moueri desinant. Et quoniam quidquid corruptioni obnoxium est constitutum

Num luminaria, & cæli ex elementis constent.

vide Amb. Catherinū, in primū caput Epistola ad Hebr.

tum est ex contrarijs: ea propter constare illos ex elementis, ac Scripturam per quandam cõsequutionem hoc nobis exponere crediderunt. Quapropter obserua diligenter, Patres nõ inde deduxisse cælos desituros esse, quia sint ex elementis constituti: intelligebant.n.nostra quoque corpora post diem iudicij ex contrarijs elementis composita Deo volente & qui dotes eis magnas daturus est futura incorruptibilia, sed ex data eorum desinentia quam Scripturæ passim testari eis videbantur, collegerunt (& rectè profectò) cælum ex contrarijs elementis constare.

Contra autem sentit D.Dionysius de diuinis nominibus cap.4. S. Tho. 1.q.66.& fermè Scholastici in 2.d.14. Nam Arist. sequuti corpora illa cũ simplicia, tũ generationis & corruptionis prorsus expertia esse arbitrantur quod quoq; probãt, quia eorũ naturalis motus, & simplex est, & diuersus penitus à motu elementorum.& cum hæc vobis protrita sint, ac vulgata, abstinebo nunc ea fusius explicare. Itaque videmus filios ac nepotes, veluti datis inuicem manibus à Patribus, & Atauis desciuisse. Quod cum piaculum esse videretur D.Bonauenturæ in 2.d.14.arbitratus est Priscos non ita reuera sensisse, sed idcirco cælos & luminaria ex elemẽtis esse cõposita dixisse, quia perspi cuitatem, & raritatem cum quibusdam elementis communem habeant. Verũ danda est hæc responsio vel pietati, vel reuerẽtiæ, quam Seraphicus Doctor maioribus nostris vbique exhibuit, vel certè quod minus accuratè eorum monumenta euoluerit. proinde S. Thomas in eadem d. 14.q.3. dixit eos opinionem hanc ex Academia in Ecclesiam importasse: quamobrem minus eis tribuendum in hoc argumento esse, hoc est, non plus auctoritatis hic eos habere quàm Platonem, cuius doctrinam sequebantur: hic enim in Thimæo hæc eadem quoq; antea docuit & Plotinus.lib.1.Enneadis.2.cap.7.quorum rationes coaceruauit, & satis dissertè istic in Thimæo exposuit Sebastianus Foxius recens, & doctus illius interpres, & fuit Philosophorum omnium opinio qui Arist.antecesserunt. Sed dicamne quod sentio Auditores, an ob reuerentiam tanti Doctoris tacebo? dicam profectò ac vt nos decet præferam veritatem, hæc verò, vt arbitror, est: hanc S.Thomæ responsionem non eximere omnem scrupulum: quanquam enim verum est opiniones Maiorum nostrorum quas ex Philosophorum scholis deprompserunt conficere argumentum extraneum in Theologia, quemadmodum & Philosophorum auctoritates, atque rationes, vti 1.q.1.art.8.idem grauissimè docet: nihilominus cum ex scripturis se eas haurire & docere profitentur, idque magna quadam consensione, non video, cur non multo plus eis tribuendum sit, quam Platoni & & Philosophis, hoc est, cur eorum auctoritas argumentum nobis non efficiat ex proprijs, & auctoritate diuinæ proximum? certè si de natura cælorum in Oecumenicis concilijs definiendum olim fuisset, ego nequaquam dubito, quod fuisset secundum Patrum doctrinam citra illam hæsitationẽ definitum: hic enim sanctorum Conciliorum solennis, & perpetuus mos est, vt iuxta sanctorum doctrinam propositas illis controuersias dirimant. Et fortè nunc quoque hoc fieret: & si enim grauissimorum Doctorum auctoritates ex altera parte stare, atque hæc esse communis Theologorũ nostræ

Arist. certè sic docet 1.Ethicorum 4 & 1. Cæli 101. & alibi.

stiæ

stræ tempestatis opinio videatur; & certum sit, nullam Ecclesiæ ætatem destitui Christi Domini promissionibus, ac proinde nullo vnquam tempore hanc in fide errare, quoniam tamen nemo recentiorum (quantum mihi videtur) eam stabilire ex Scripturis professus est, & omnes tanquam opinionem sequuntur, quæ rationibus à rerum natura petitis, sit opposita sententia probabilior, fortè à Patribus sententia Ecclesiæ etiam in præsenti caderet, quod, vti dicebam, ex Scripturis intelligentiam illam se habere dixerint, quemadmodum apud D. Ambrosium lib. 1. cap. 4. D. Basilium hoc loco, & Gregorium Nyssenum, Ioannem Damascenum lib. 2. cap. 6. D. Ioan. Chrysostomum. Hom. 14. ad Rom. & alibi videre est, vt interea sileam Dionysium Carthusianum in 2. d. 14. Ambrosium Catherinum in Cōment. in Genesim & alibi, Hieronymum de Oleastro, Lusitanum, & alios quosdam nouitios homines doctos cùm primis & claros qui in Patrum sententiam concesserunt. Verùm quidquid de re hac sit illud verissimum est si rationes naturales sequi voluerimus, probatiorem esse Aristotelis & recentiorum Theologorum sententiam: & propterea cùm hactenus nulla Ecclesiæ definitio prodierit, & vtrinque Viri Doctissimi, & in verbo Dei exercitatissimi sint, posse nos citra veterum iniuriam cùm junioribus sentire. præsertim verò, quod loca Scripturarum quæ ad eorum confirmandam sententiam afferuntur, non vsque adeò luculenta sunt, vt non aliam intelligentiam commodè recipiant.

Arist. opinio magis cum rationibus naturalibus consentit.

Nam D. Augu. lib. 20. de Ciuitate Dei. cap. 24. aduersus Porphyrium disputans, qui Hebræorum pietatem laudauerat asserentium Mundum futurum esse sempiternum, Christianos autem rerum ignorationis & dementiæ damnauerat, qui periturum esse dicerent, inde imperitiam eius ostendit, quod insignis Hebræorum & Rex & Propheta, olim hoc quoque dixerit, quod Dominus noster postea, & confestim. D. Petrus, & Christiani doctores reliqui. Profertq; Psal. 101. & cætera omnia loca quę à nobis nūc sunt adducta, & mox ea ita interpretatur, vt cæli qui perituri tanquam pannus & fumus dicuntur, atque igne veluti refundendi, non superni illi cęli sint, de quibus verba facimus, & in quibus sita sunt luminaria, sed aeris regiones quas & vocari cælos à sacris & prophanis scriptoribus certū est. Et D. Aug. quidem, cùm Beda de natura rerum cap. 25. tum verò Caietanus, atque alij viri clarissimi quidam in expositione Psalmorum consentiunt. Prætterquàm quòd eius hanc intelligentiam patenter Dauidis versiculus in Psál. 148. approbat, vbi de corporibus in excelsis positis ait. *Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi*, quæ est periphrasis nedum diuturnę, sed etiam sempiternę consistentię, vt proinde non desint, qui admirentur, vnde Porphyrius potuerit intelligere Hebręos, asseuerare hunc orbem esse sempiternum. Cuius quidem rei ego nullam capio admiratione quod ita existimasse, atque multis rationibus sententiam hanc communisse Phylonem Iudęum perspiceret; & fortè in Saduceum aliquem etiam inciderat, parum alioqui ipse versatus in sacris Hebręorum litteris. Ac prætereà minimè detractarem de supernis cælis Prophetarum oracula intelligi etiam posse, sed ita tamen, vt non quod futurum est nobis explicent,

Ad loca Scripturarū adducta à veteribus.

Contra Phylonem, & nos superius lect. 6. & Aug. Steuchus lib 10 de perēni Philo. disseruit.

sed quod fieri facilius possit, quàm vt ea non sint, quæ ibidem esse illi affirmant. Nam Psalm. ille 101. de Messiæ diuinitate verba facit, sicut Paulus ad Hebræos capitulo primo aperit. Proinde potest hic eorum paraphrasticus sensus esse, Ea profectò es (ò Domine) consistentia, eaque æternitate præditus, vt fieri antea possit, cælos (qui solidissimi quasi ære fusi dicuntur) dissoluendos iri, ac vt pannus omnes computrescant, quàm vt tu non semper idem sis, aut vt anni tui aliquando deficiant. Identidem & de sententia Domini rectè dixeris, cælum & terra transire, ac deficere potius poterunt, quàm vt verba mea deficiant. Locus tamen Diui Petri, vt expositionem hanc minimè recipit, ita interpretationem Diui Augustini nullo modo repudiare potest. Sed de Mundi excidio, ac de sanctarum Scripturarum, quas nunc perpendimus, intelligentia scripsit eleganter & copiosè (vt solet) August. Steuchus, lib. 10. de Perenni philosophia, & Hieronymus Magius nuperrimè lib. quinque.

Itaque si hæc ita se habent, facilè intelligimus probabiliorem esse recentiorum Theologorum consensionem, qui luminaria esse cælis infixa constanter asserunt. Nam Aristotelis ratio tunc efficax est; quæ alioqui, si cælum ex elementis compositum & permeabile foret, inualida profectò esset. sic enim argumentatur: Si astra perinde per cælum mouerentur, atque moueri Aues in aere solent, aut etiam sphærulæ, cælum diuisibile esset & corruptibile: quam sanè consequutionem Patres (vti visum est) sua sponte recipiunt & docent. At verò, vt dederis cælum esse corpus suapte natura & simplex & incorruptibile, tam secundùm totum, quàm etiam secundum partes; ratio ostendit, vt neque diuidi, neque permeari possit; & consequenter, vt luminaria suis orbibus sint affixa, eorumque esse partes. & hæc nobis opinio, si rationibus nitamur (vt dixi) probabilior videtur.

Num cæli ex materia cõstet. Porrò autem his annexa est percunctatio illa vulgatissima in scholis: Num præterea luminaria ita simplicia corpora sint, vt materia constent quæ altera sit eorum naturæ & essentiæ pars (nam habere materiam aliquam extra controuersiam est: quoniam mouentur 6. Physic. 32.) an verò quæ tantùm potentia ad locum dici possit, sicuti Auerroi eius sectatores communiter adscribunt: Quanquam Paulus Soncinas. 12. Meta. quæst. 7. nec sanè temerè hunc ipsum Philosophum existimat fuisse varium & inconstantem, secusque aliquando docuisse, videlicet De substantia orbis, capitulo primo; & alibi quoque: quod ego probabile esse existimo. Sunt enim nobis inaccessa & à sensibus remotissima corpora illa, quemadmodum & Damascenus libro secundo, capitulo sexto, adnotauit. An verò eas ex materia pressiùs capta, & quæ est altera pars compositi constent: quod nimirum sensilia alioqui non essent: (actus enim solus sensile quidpiam non est, sed intelligibile) ego profectò constare ex ea puto, cùm his rationibus, tum verò quòd cæli luminaria rara alicubi sint, alicubi densa, vt Lunę maculæ probant, & quædam videantur maioris, quædam autem minoris molis: densitas enim & raritas materiæ affectiones sunt.

Quod si rursum quæratur, Num materia illa eiusdem rationis cum hac

infernorum

infernorum corporum materia sit, nec ne? Ego certè probabiliorem existimo D. Thomæ sententiam, vt nimirum diuersæ rationis vtraque sint, & se ipsis ac natura ideo inter se seiungantur; quod diuerso eam modo formæ illæ cœlestes actuent, perficiantque, atque formæ nostrates infernæ faciant. Nec dubito sententiam hanc esse Peripateticorum doctrinæ magis consentaneam, quemadmodum & opinionem Aegidij propius patrum sententijs accedere, qui omnium corporum vnam, & eandem materiam esse putarunt, ex qua fuerint compacta.

Iam verò & de figura cæli quorsum attinet plura dicere? Et si enim D. Ioanni Chrysostomo, Lactantio, atque alijs quibusdam visum sit id nequaquam sphęricum esse, nihilominus aduersus illos stat meliorum Philosophorum sententia, & (ni fallor) etiam Scripturarum sanctarum oracula: quæ si Magister perpendisset, non dixisset, opinor, 2. dist. 14. Spiritum sanctum per nostros auctores hoc dicere noluisse. Nam Ecclesiast. 24. Sapientia ita loquitur, *Girum cæli circuiui sola.* Ecclesiast. primo. *Girans girando vadit Spiritus.* Esaiæ 40. *Qui sedet super girum, time.* Constat autem, quod Latini Girum nuncupant, Hebræis propriè esse circulum vel sphæram. Sed Seuerianus, & Aacius in hanc sentētiam obijciunt. Et primùm: quia Esaiæ 40. iuxta Septuaginta legimus, *Qui statuit quasi cameram cælum, & extendit quasi tabernaculum ad habitandum.* Secundò, quia Scripturæ de cælo ita loquuntur, tanquam de eo quod summum & extrema habet. Psal. 18. *A summo cælo.* Pagninus & Fęlix legunt, *Ab extremo eius, egressio eius; & occursus eius, vsque ad extremum eius.* Atqui figuræ sphęricæ, & corpori globoso nō conuenit habere extrema. Sed aut ego non satis assequor, quomodo ex his voluerint illi Patres rem hanc penitus demoliri, aut certè intempestiuè. & potius aduersus seipsos hæc loca proferunt: cumprimis autem oraculum Esaiæ: nam *Camera* priscis Latinis tectum quoddam est, in curuitatem formatum, sicut *Fornix* (& hanc plane vocem eorum quidam vsurpant) arcus est in ædificijs. quare si cælum statuit Deus quasi cameram, aut etiam quasi fornicem, curuum illud fecit & sphęricum. At verò quod sequitur, *Et extendit quasi tabernaculum ad habitandum,* castrensis metaphora est, & sensus est, Deum extendisse cælos tanquam cortinas & papiliones, sub quibus posuerit homines tanq̃ in castris, nēpe militaturos iugiter aduersus Principes & rectores tenebrarum harum seu etiam Mundi tenentes, quod D. Paulum dixisse Græci contendunt. Et sanè non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Et fortè etiam respexit Propheta ad facilitatem extendendi cælos potius quàm ad ipsam eorum formam: vt sensus sit, Tam facili negocio extendit Opifex cælos, quàm quisque sibi tentorium ad habitandum solet extendere. Porrò autem summum medium & extremum cælo Scripturæ tribuunt, cuiusque Orizontis ac nostri visus ratione habita. Denique & hanc Patrum illorum opinionem Hispanorum gationes longe explodunt, sed hic dicendi finem facio. *De Figura cæli.*

LECTIO XX.

Num cæli sint animati.



Gebamus superiore Schola de cælestium luminarium constitutione, ad quam & percũctatio illa præcipuè spectat, num animata sint, nec ne, loquor aũt de animatione vera, & propria, hoc est, quæ animæ dãtis esse vitam & specificas operationes effectus est; reiecta nunc animatione illa procul, quæ latius patet, hoc est, qua omnia quæ mouentur dici animata quadantenus possunt; cumprimis verò, si cum motoribus proprijs vel appropriatis capiantur. Priorem.n. solam veteres (vt mihi quidem videtur) vocarunt animationem, cùm posterior reuera fictitia sit. Etenim vt nos operæ & temporis partem aliquam in hac quoque explicanda conteramus, methodus ipsa qua vtor, & disserendi ratio flagitant.

Opinio Caietani ac aliorum pro affirmatiua.

Quæritur proinde, quid de quæsito hoc probabilius Theologis videatur (nam parergon esset Philosophos in præsenti consulere.) Et quidẽ Caietanus cùm in cõmentarijs Psal. 103. qui ei est 104. tum verò, in tractatu de Indulgentijs, probabile esse existimat ea esse animata, illis cũprimis verbis adductus, quibus in præfatione sacri Canonis Ecclesia ita Deũ alloquitur, *Per Christum Dominũ nostrum; Per quem Maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, cæli, cælorumq; Virtutes, ac beata Seraphin, socia exultatione concelebrant*. vbi putat Virtutes cælorum vocari eorum animas. Nam si ab Angelis cæli tantummodo mouerentur, nõ vero ab animabus, satis fuerat dixisse, *Laudant Angeli, adorãt Dominationes, tremunt Potestates*. Quæ ratio sic stabiliri rursum põt: quoniam si cælorum animæ, virtutum nomine hîc non intelliguntur, quid aliud, rogo, virtutes hæ, nisi cælorum proprietates & affectiones erunt, ideo virtutes nuncupate, quod illis validè, fortes, & efficaces res infernæ efficiantur? & inepta tunc erit oratio, si cum præstantissimis illis, ac beatissimis substantijs, cælorum proprietates & accidẽtia copulẽtur. Ad hæc, sermo hic totus, de substãtijs intellectualibus esse vř: nam & in Psal. 134. dicitur, *Qui fecit cælos in intellectu*, hoc est, intellectu præditos quo planè testimonio nihil posse lucul ẽtius afferri vř. Et proinde virtutes illæ cælestes mente rationeq; præditæ sunt. Sed & D. Hierony. quoq; super Ecclesiastẽ c. 1. propemodũ hoc ipsum sentire vř, & pterea Origenes lib. 1. Periarchon. c. 1. & 1. Tomo Cõmẽtariorũ in Ioan. quibus illud Scripturæ testimoniũ visum permultis est apertè suffragari, *Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, siue (vti D. Hiero. legit) Girans girando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* vbi Sol, spũs nuncupatur, qui oĩa cõuersione sua collustrat, & pspicit: quod certè absq; anima efficere non posset. Amplius, ẽt Iob. cap. 25. consentire videtur, cùm dicit, *Stellas mundas non esse in conspectu Dei*. ex qua sentẽtia infert Origenes, eorum animas esse virtutis, & vitij capaces. Ad hæc, & S. Tho. secũdo contra Gentes. cap. 70. in Auerroem inuehitur permultisq; argumentis contendit cælestia corpora esse animata. Phylo quoque de Opificio sex dierum vocat cælum domicilium Deorum, tam inuisibilium, quàm eorum (inquit) qui conspicui sunt, Angelos (vt opinor) Deos inuisibiles appellans, aut certè

Ideas,

Ideas; Astra verò Deos visibiles, quod certè indicat, ea esse animata existimasse: & planè cùm hoc loco, tum verò in libro de Somnijs hoc ipsum sentit, quamuis nolit animas illas vitij & virtutis esse capaces, vt affirmatiua pars huius quęsiti celebres habeat defensores ac Scripturæ permultis testimonijs non careat. Contra verò Damascenus lib. 2. cap. 6. & Theologi posteriores fermè omnes, luminaria esse inanimata dixerunt, quorum Princeps est D. Basilius Hom. 3. Sunt autem argumenta, quibus in hanc sententiam inducuntur, permulta & conspicua: quorum primum quærit, Num luminarium animę, ante eorum corpora createç fuerint, vel simul cum corporibus, vel denique postea. Si dederis inquiũt primum, sequetur confestim, vt formæ perficientes, & dantes esse non sint cuius tu tamen contrarium affirmas, & consequentiam ex 12. Meta. 16. & 17. probant, & ex Cõcilio Viennensi in Clementinis de summa Trinitate, & fide Catholica, & in Cõcilio Lateranensi sub Leone decimo, Sessione decima. Id enim genus substantificę formæ quod perficit, simul oritur cum eo cuius est forma. Si verò vnà cum corporibus prodijsse dixeris, sciscitantur rursum, num vt creatę ab opifice fuerunt peccare poterant, nec ne? Posterius dici non potest: quoniam quælibet simplex creatura mentis compos, viatrix creatur, atque adeò non in termino, ergo potuerunt animæ illæ peccare; & proinde te quoque oportet concedere eas potuisse damnari, & ita à mouendo destitisse. & cùm in compositis ex materia, & forma solum compositum sit quod subsistit, & quod agit, quodque meretur vel demeretur, non eæ duntaxat animæ, sed & earum etiam corpora pati supplicia debuissent: sic enim Theodoretus in quodam sermone de prouidentia argumentatur, vt inde probet necessitatem resurrectionis nostrorũ corporum. Hæc autem inopinabilia esse videntur, & his repugnare quæ de illorum corporum constitutione Recentiores Theologi qui sequuntur Peripateticos contendunt, videlicet, alienas qualitates & peregrinas impressiones recipere ea non posse. At si eas animas post corpora illa conditas fuisse dixeris, sequetur & hoc aliud confestim, vt formæ substantiales non sint: quod enim enti in actu superadditur, accidens est. non sunt igitur cælestia corpora animata. Secundò & fortius, aut animæ illæ beatæ sunt, aut miserę. Si beatæ, quærit Ambrosius Catherinus quo actu promeruerint sibi illam beatitudinẽ: etenim per aliquem actum & Angeli & homines beatitudinem sibi acquisiuerunt, sicut & Magister in 2. Sententiarum ostendit: & de similibus idem est iudicium. Rursum, si beatę sunt, poterunt à nobis obsequijs coli, & precibus inuocari: sic enim deducit Richardus de Media Villa in 2. d. 14. Ad hęc, poterimus eis, aut certè Deo in eorum memoriam consecrare templa, & altaria erigere, & cùm nominibus vtendum sit vt plures, poterimus Saturnum, Iouem, Martem, Apollinem, Venerem, Mercurium, Lunam, & denique Astra reliqua nominatim venerari, eorumque opem supplices implorare: quæ omnia verbo Dei repugnant, Deut. 4. Sed & quid aliud hoc, quæso, erit, quàm Elinismũ iampridem mortuum in vitam & ab Orcho reuocare? His adde, nos huc magnopere, ac veluti natura ferri, illorũ nimirũ pulchritudine, & beneficẽ

Opinio negatiua.

tia adducti, vt ex his quæ Imperator Iulianus scribit apud D. Cyrillum in calce libri secundi conijcere possumus. Inquit enim: *Quid opus est me huc accersere Græcos, Hebræosq́, testes? Nullus est qui Deum, hoc est, Deo, uel orans, uel iurans manus non subleuet in cælum, & numinis quandam cogitationem concipiens, illuc non feratur.* & paulò postea, *Absque interitu mundum ab omni macula sempiternumq́, & semper mobile, vt videmus, nempe ab anima meliore, & diuiniore quæ habitat in ipso.* Sententia ergo hæc, quæ beatas esse cælestes animas pronunciaret, latissimam viam complanaret ad cultum & venerationem cælis exhibendā. Quòd si quispiam eas esse miseras dixerit, huic primùm refragabitur D. Aug. qui Enchiridion. c. 58. esse beatas dicit, si tñ corpora illa animata sunt (subhæsitat enim nec quicquam definit) enimuero illas, spectare ad societatem sanctorum Angelorum existimat, hoc est, (vt mihi quidem videtur) fęlices, & beatas, quemadmodum & Angeli. Etenim ad societatem naturæ Angelorum nulla spectare ratione possunt, quod hi completi in specie sint, ac per se subsistentes: Animæ autem illę (quomodo & reliquę oēs) partes specierum sunt, ac generatim ferme in cōpositis perstant. Rursum, huic opinioni aduersantur nobilissima, & præstantissima officia horum corporum, de quibus suo loco dicemus. Tertiò S. Tho. in prima q. 70. à se ipso in secundo contra Gentes, hac ratione (quam Catherinus inuictam appellat) discedit, ac fieri non posse ait, vt sint animalia: sibi enim sumit (quod & verum est) formam vniri materiæ, non ob eam dūtaxat causam, vt materiam perficiat, & actuet, sed & multò magis sui ipsius gratia, & vt facultates suas possit exercere, quibus alioqui seiuncta frustra prædita fuisset: hac enim ratione effectū est, vt materia sit propter formam, quæ & nobilior, & perfectior est. Deinde aūt sic argumentando progreditur: Si luminaria cæli animata sunt, animæ illis corporibus sui gratia vnitę cumprimis fuerunt: hoc verò accurata inductione fieri non potuisse ab operationibus cuiusuis animæ, ita probat. & primùm quòd esse vegetabiles non possunt: hoc enim genus animæ vniri non potest nisi corpori generabili, & corruptibili, quemadmodū ex illius operationibus videre est, quę sunt, nutrire, incremento augere, procreare, sed & nec etiam sensiles sunt quoniam omnes sensus, tactum supponunt, qui eorum omnium fundamentum est, ac generatione primus: Tactus enim, vt perceptiuus est primarum qualitatum, organa necessario exigit (sicuti & reliqui sensus) quæ sint qualitatibus actiuis & passiuis affecta & commixta: cælestia autem corpora sunt expertia penitus qualitatum sensilium: non possunt igitur animæ illæ esse, aut vegetabiles, aut sensiles, sed nec rectè affirmare possumus eas corporibus illis iungi, vt intelligant: quemadmodum enim intellectus nullius corporis est actus, ita corpore non indiget, nisi vt ab eo phantasmata ei afferantur, ac ministrentur. phantasmata autem ibi esse non possunt, vbi sensus non est. Deniq; nec propterea existimandum est, eas animas illis corporibus vniri, vt ea moueant: non enim necesse est Motorem esse vbique vnitum ei quod mouet tanquam formam, sed satis est si ei secundum suam vim vniatur, siue (vti 1. de Generatione 44. dicitur) secundùm contactum virtutis; contactum,

inquam

inquam, non naturalem, sed metaphoricum. superuacaneę igitur, & ociosè essent animæ illæ: quod Dei sapientiæ profectò repugnat. 2. Cœli 32. Deus & natura nihil frustra faciunt. Et pro sententia quidem negatiua huc vsq; dictum sit, quam minimè dubito esse probabiliorem: Vt proinde etiam fuerit affirmatiua iampridem reposita inter articulos Parisijs damnatos, vti Richardus loco citato scribit. Sed nihilominus arbitror, ita posse rationibus vtrinq; allatis; respóderi in diatriuis, vt certò appareat nec indoctos fuisse qui aliter senserunt, nec esse nunc quoque nepharium illã euentilare, quemadmodum scriptores aliqui putant. Etenim D. August. vir omnium doctissimus, & in sacris litteris exercitatissimus. lib. 2. de Gen. cap. 18. & in Enchiridio ad Laurentium cap. 57. & 58. controuersiam hanc in ambiguo (vti dicebam) apertè reliquit: quod profecto minimè fecisset, si sanctis Scripturis neutram sententiam repugnare non intellexisset. *Cælos esse animatos, est problema neutrũ.*

Itaque primùm ad rationem Caietani, quam pro parte affirmatiua stabilienda attulit, sic respondemus: Virtutes cælorum in sacris litteris dici omnia quæ cælis continentur, cùm sanè visibilia Sol, Luna, sydera, lux, Motus; tum verò etiam inuisibilia, vires, proprietates, influxus: his enim omnibus cæli tanquam eximijs quibusdam, & præcellentibus virtutibus corpora reliqua superant, regunt ac moderantur, & quàm sit Dominus beneficentissimus, nobis testatum faciunt. Psal. 50. *Annunciabunt cæli iustitiam eius*, hoc est, eius beneficentiam & charitatem: sed & dicuntur interdum militia, atque etiam exercitus cæli, & ꝙ pro Deo pugnent tanquam instructissimę quędam acies, & quod incomparabili quodam ordine dispositę inter se sint. Ac Rabbi Moses huc fortè respexit, cùm referente S. Thoma in 1. q. 50. art. 3.) existimauit rerum omnium naturaliũ facultates nuncupari in sanctis Scripturis Angeli: Dei enim bonitatem, sapientiam & potentiam nobis patenter ac magnis præconijs annunciant: hoc enim Angelus Græcis est, quod nobis Latinis Nuncius. Prosopopeia igitur manifesta est, cùm Ecclesia ait, Virtutes cælorum laudare Dei maiestatem, videlicet, quòd nos Deum laudare admonent, & alliciunt. Psal. 148. Amplius, ipsi quoque Angeli possunt fortassis in ea præfatione virtutum cælestium nomine venire, qui mouendis cælis sunt mancipati, quos Platonici, Mundi Principes sub Principe Deo, & proinde Iouis pedissequos vocãt; quosq; nedum regere, & viuificare corpora illis credita existimant, sed & res nostras etiam intelligere; ac progressi vlterius, eis sigillatim alios angelos subseruientes assignant, quos & Deos, & dæmones, & Genios, & Heroas, pro eorum officijs præterea nuncupant, sicut Ficinus in Phedrũ Platonis c. 2. & alibi scribit. Nec obstat Ecclesiam superius dicere, *Per quem Maiestatem tuam laudant Angeli*: potuit enim à genere ad speciem descendere, hoc est, à communi Angelorum nomine, quo oẽs beati Spiritus veniunt, ad genus id deorsum venire, cuius officium est ciere cælos, & sensili huic Orbi vires tribuere: nec enim Angeli omnes cælos conuertunt. Quapropter, & dominationes, & potestates, & alia quædam sanctorum Spirituum genera Ecclesia ibi de nomine accersit. Sed & hoc quoq; non obstat, quod videretur Ecclesia si ad hos cælorum motores cum dicitur cæli cælorumq; virtutes *Ad rõnes pro parte affirmatiua.* *Num aliquando Ecclesia opĩnãtis in cultu vtitur.*

respexisset, vti in diuinis officijs, & cultu opinatis: quod tamen Ambrosius Catherinus in Annot. lib. 1. & 4. contra Caietanum absurdum esse, & falsum existimat. Etenim certum Ecclesiæ est, cælos moueri: & rursum, est illi hoc quoque fermè in aperto (ob communem scilicet Doctorum sententiam) moueri illos ab Angelis, licèt intelligat solo Dei nutu, hoc est, absq; Angelorum opera eos etiam posse cieri: id quod esse in facto nonnulli Patrum probabilius esse maluerunt. Ad hæc, nedum Caietanus, sed auctores alij quoque cùm eximij, tũ etiam sancti, ex aduersum Catherino stant, & Ecclesiam vti in cultu, ac diuinis officijs etiam opinatis, aliquando docét. Etenim cùm in officio Epiphaniæ Domini, hoc illa ita dicat, *Tribus miraculis ornatum sanctum diem colimus, hodie stella Magos duxit ad Præsepium, hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias, hodie in Iordane Christus baptizari voluit, vt saluaret nos.* nihilominus S. Maximus in sermone, sic ait. *Ferũt enim hodie, Christum Dominum nostrum, vel stella duce à Gentibus adoratum, vel inuitatum ad nuptias, aquas in vina mutasse; vel suscepto à Ioanne, baptismate consecrasse fluenta Iordanis, simulq́; suum purificasse Baptistam: sed quid potissimum præsenti hoc factum sit die, nouerit ipse qui fecit.* hæc ille. Nec refert Ecclesiam hæc non dicere in oratione, qua Deum alloquitur: similiter enim & in orationibus aliquando illam quoque egisse constat: & possem huc accersire officium Præsentationis beatæ Virginis, & (ni fallor) etiã Conceptionis, vt intelligat Catherinus voluisse Caietanum commodè, ac sobrie suam illam regulam. 2. 2. q. 1. art. 3. à viris pijs interpretari, quæ est: *Verba absolutè exterius prolata, signa sunt mentis absolutè credentis, & venerantis.* Est enim cumprimis spectanda materia, de qua Ecclesia affirmat, num videlicet ei explorata sit & perspecta. Deinde & considerandum est, verbum *credere*, humanam fidem aliquando significare, quæ vel idem prorsus cum opinione est (quemadmodum arbitratur Durãdus in 3. Sent.) vel certè hoc ipso tantùm ab ea differt, quòd de assertione opposita nullatenus reformidat: vtrique tamen falsum subesse potest. Atqui certum est, homines cum Deo humano more frequenter etiam agere.

Reformata Breuiaria proinde sustulerũt Offiũ Præsentationis & aliam substituerũt Otonẽ in officio Conceptionis.

Porrò autem Psal. 134. *Qui fecit cælos in intellectu*, non rectè à Caiet. exponitur, qui fecit cælos intellectuales; vel quantũ ad substantiam, quod est dictu, mẽte & intellectu præditos; vel quantũ ad eorum motum, quia nimirũ intellectu progreditur. sed refert Propheta intellectum ad eorũ Opificem, non ad cælos: vt sensus sit, Cælos condidit intelligentia quadã admirabili ac singulari ingenio summaq; industria. Sed & sanctissimũ Patrem Hieronymum nihil ibi affirmare videmus, sed alternatiuã tanquã ambiguam posuisse: sic. n. scribit, *Quod autẽ ait, Girans girando vadit Spiritus &c. siue ipsum Solem spiritũ nominauit, quòd animét & spiret & vigeat, & annuos orbis cursus expleat, vt ait Poeta, Interea magnum Sol circumuoluitur annum, Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. siue quòd & Lunæ lucẽtemq; globũ, & astra Titania spiritus intus alit, totamq́; infusa per artus, mens agitat molem, magnoq; se corpore miscet; non de annuo Solis cursu, sed de quotidianis eius semitis loquitur.* Hæc ille. Nihil profectò asserẽs, sicut fermè in similibus disputationibus solet. Sed & S. Th cautè de eo (vt est vbiq; circunspectissimus) ita

Hoc fermè consueuisse D. Hieronymum etiã Ioan. Driedonis arte nos admonuit, de Ecclesiasticis dogma.

ita loquitur *Hieronymus etiam idem sentire videtur*, non dixit *sentit*, sed *sentire videtur*. Quinimmo damnare in Epistola ad Auitum Origenẽ Hieronymus creditur, quòd cælos esse animatos constanter docuerit, quanquam reuera, non hãc ob cãm illum, vt existimo, D.Hieronymus aut damnat, aut repudiat: sed quòd eas animas sortitas esse ea corpora existimauerit, qúo & nostras, & dæmones, iuxta vniuscuiusq; qualitatem peccati: quod nũ Melchior Cano viderit lib. 12. locorum cõmunium, nõ satis exploratũ habeo. Et ego quidẽ sic de D.Hieronymo præstantissimo Doctore sentio. At verò Frater Adamus Sasbout, vir doctissimus, hunc existimat ex aliorũ fide, ac snia docere astra esse animata, non vero ex propria: quod inde probat, quia Esaiæ 45. hanc opinionem refellit. Atqui fallitur profectò hic doctor, quẽadmodum quisquis D.Hieronymi verba attentius inspexerit quæ in illum Esaiæ locũ scribit, facilè animaduertet. Neque.n. ille repudiat sñiam hanc quæ cęlos esse animatos ait, sicut putat F.Adamus; sed rõnem potius, cur huic sñiæ nonnulli adhærerent, quod plurimum interest. Nam cum Dñs ibidem dicat, *Et manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorũ mãdaui*, inde Origenes & alij inducebant cælestes globos aĩam, mentemq; habere: qm̃, vt dicebant, nisi intelligerent, mãdatũ nõ accepissent, sibi sumẽtes ea q̃ mente prædita nõ sunt, neq; ẽt esse mãdati capacia. Hos ergo Hieronymus inductione, exẽplisq; à sacris Scripturis hinc inde petitis, sic ibi redarguit: *In Iona præcipit Dñs spiritui comburenti; & rursum præcipit vermi matutino. Et Saluator imperat ventis & mari: ergo horũ cõsequutio & collectio inefficax est & indocta.* Cæterùm locus Eccles. metaphoricus est: sicut.n. quod dixerit Moses, *Audite cæli quæ loquor audiat & terra verba oris mei*: & Salomõ, *Auris cæli, audit omnia*; nõ rectè colliges cælũ auritũ esse, & percipere sonos, nisi cũ Cabalistis per cęlũ lineã viridẽ intellexeris q̃ Vniuersum girat: sed methonimia est: etenim de cæli habitatoribus sermo est. ita nec rectè colligere quisquã põt, Solẽ inferna oĩa aut oculis, aut mẽte inspicere, quòd dictum sit, eũ collustrare oĩa. S.Tho. autẽ vario & diuerso modo cõtrouersiam hãc in suis scriptis, vt est fœcundissimus definit. In qõne.n. de Anima art. 8. & in 2. cõtra Gentes partẽ affirmatiuã propugnat, & multis rõnibus stabilit. at verò in Summa cõtendit negatiuã esse veriorẽ. quãobrem Caietanus existimat fieri posse, vt sñiam cõmutauerit. Nam Thomistę post Capreolũ, Summã Theologiæ, tanq̃ eius testm̃, scriptis reliquis huius Doctoris præferunt. Ego verò libentius Ferrariensi assentior, & puto S.Doctorẽ neutri parti cõstanter adhęsisse, quod vtranq; rõnibus cõmunin posse pspiceret: quodq; & fecisse DD.Hieronymum, & Aug. in hac ipsa cõtrouersia nouerat: & solet in problematibus, vbi stabiles, & certas, vel rõnes, vel auctoritates deesse perspicit, in vtrãq; partẽ suis scriptis ad vbertatẽ, & varietatẽ doctrinæ nõ rarò disserere. Phylo aũt sñiam hãc tenuit cõstantissimè, q̃q̃ verbis adductis potuit astra appellasse Deos visibiles, vel metaphoricos (quòd iuuãt, & mortalibus benefaciãt: qua rõne & Plin. dixit, hoĩem esse hoĩ Deũ) vel deniq; pp Intelligẽtias illis appropriatas, q̃ cõspici ob id dñr, ꝙ motu astri percipiant: oẽ si quidẽ qd mouet, ab altero, vt moueatur necesse est. sed alia eius verba splẽdidiora sũt, q̃ vt glossis obscurari possint.

Fuit hæc opinio Origenis multis in locis.

Deut. 32.

Sap. 1.

LECTIO

LECTIO XX.



Rgumenta, quibus probauimus luminaria cæli carere anima, fortiora esse mihi videntur, quàm vt illis possim commodè ire obuiam, periclitabor tamē pro more scholæ ita illa examinare, vt intelligant quidam ea non esse demonstratiua, ac proinde solutum vobis & integrum iudicium etiánum manere. Cùm enim soleant homines multam quoque arenam cribro excutere, vt gemmam inueniant, aut aurum; quid vetat proposita argumenta exactiore disputatione cribrare, quo veritatem, si fieri potest, inueniamus, vel iam inuentam splendeamus, & faciamus nitidiorem? Ad primùm ergo respondemus, eas animas creatas fuisse vnà cum eorum corporibus; vt quod de nostris animabus edocti ab Ecclesia iampridem sumus, Deum eas creando infundere in corpora, & infundendo creare, identidem & de cælestibus (analogicè tamē) dicamus. Et præterea fatemur, eas potuisse peccare, quanquam non in earum primo creationis momento; quòd viatrices essent, quemadmodum & reliquæ substantiæ intellectu præditę: sed tamen Deum præordinasse, & præcognouisse eas peccaturas non esse, vt propterea illationes illæ & consequutiones, Ergo poterant damnari, & ita desistere à motu: & rursum ergo cælestia corpora luere supplicia poterant; & verę sint, & falsæ: Verę quidem in sensu diuiso, falsæ autem in sensu cōposito: vt enim præordinatę erant ad salutem, nec ipsę peccare, nec eorum corpora pœnas subire poterant: est enim aliud considerare subiectū præcise & seorsum, aliud verò vnà cum forma. certè Paulus ad Rom. 8. dixit, *Nullā nos creaturam posse à charitate Christi separare*, nimirū quòd prædestinati & præordinati certò sumus ad consequendam supernaturalē illā ac sempiternam fœlicitatem; quanquam alioqui, vt sumus libero arbitrio donati, nihil naturæ nostræ corruptæ & quæ ad malum omni tempore proclinis est, æquè possibile esse videtur, quàm ab incommutabili bono quouis momento recedere. Ergo, quæ possibilia vno modo sunt, erunt impossibilia altero modo: & proinde non possunt, aut debent, vt simpliciter possibilia aut capi, aut poni in esse: Et si pressius commodiusq; loqui voluerimus (quod profectò hoc tempore magnopere propter hæreticos expedit) peccare illas potuisse dicendum est, ac etiam peccare nunc quoque prædestinatos posse, videlicet, dum hanc vitam viuunt: quòd Dei prædestinatio illa & certa prouisio neque naturam mutet (etenim vertibilis hinc inde manet) neq; potentiam ei aut libertatem adimat: sed certum tantūmodo statuat, ac præfiniat euentum, vt proinde apertior oratio illa sit, quæ eos non esse peccaturos dicit quàm quæ dicit, non posse peccare. Orationes siquidem, quæ à naturis rerum capiuntur, ac proinde intraneis, minora incommoda pariunt in hoc genus contemplationibus & rebus, quàm quæ ab aduentitijs & adiacentibus, atque adeò extraneis formantur: vti latius in Relectione de Prædestinatione scribo. Sed & iterum respondemus, pati hanc eandem instantiam reliquos omnes auctores, qui mouentes Angelos vnà

Ad argumenta pro parte affirmatiua.

vnà cum cælis,& motu,ac tempore prodijsse volunt. Similiter enim quæri potest de externis illis cælorum motoribus(quamuis eis appropriatis)an peccare poterant,cùm initio prodierunt,nec ne?& eadem fermè exceptione similiter aduersus illos quis pugnare poterit, qua de animabus cęlorum nunc nobis obuiam itum est:ad quam dissoluendam nihil à Theologis illis afferri potest, (vt ego planè arbitror)quin à nobis & pro pręsenti difficultate dissoluenda commodius non possit afferri : & (vt existimo) responsio nostra hæc, pro ea quoque opinione verisimilis magnopere est, & si alijs aliter visum fuerit. Tertiò respondemus, supponi ab his illud tanquam exploratum & omnino compertum in argumento, quod à Priscis Patribus nedum tanquam ambiguum & inexploratum, sed etiam tanquam falsum negaretur.Hoc verò est,corpora illa cęlestia non constare ex primis elementorum qualitatibus, queãdmodum pręlectionibus superioribus cumulatè disseruimus,& eorũ accitis verbis ostẽdimus. Iam verò ad secundum argum. dici potest, animas illas nondum esse omnino perfectèque beatas, aut miseras, sed viatrices,& ita ad vltimam cęli conuersionem permansuras : nam & D.Aug.cùm ita dixisset in Enchiridion cap.29. *Quæ autem*, videlicet multitudo Angelorũ, *cum Deo præstiterat,de sua certissima cognita semper futura fœlicitate,secura gauderet*: nihilominus cap.58. ait, *Sed nec illud quidem certum habeo vtrum ad eandem societatem*, scilicet Angelorum, *pertineat Sol, & Luna, & cuncta sydera, quamuis nonnullis lucida corpora esse non cum sensu, & intelligentia videantur*. Quæ verba de societate, ac securitate glorię & beatitudinis,magisquàm de naturæ societate,quemadmodum exposui,fortassè intelliguntur. Quanquam & Dei donis locupletiores animę illę sunt,ac de sua salute, hominibus longe securiores. Nam & Henoch,Helias, & Ioannes Euangelista,viri Sanctissimi, etiã num à permultis Catholicis,viuere & pro Christi Dñi nostri religione astruenda & confirmanda postremis Antichristi temporibus suprema pas suri creduntur:quamobrem oportet,vt nunc quoque sint viatores, sed positi in certiori securioriq; via & Deo longè gratiori nostra hac communi qua fruimur omnes : quippe qui reuelationibus, & sanctorum Angelorum commertio, & veluti contubernio tam crebrò fruuntur. Sed & his alia rursum ratio adstipulatur : cęlestes enim animæ mouent, vt appetentes & desiderantes. Quid igitur dicere vetat,eas desiderare Deum hac obedientia sibi magis, ac magis ad postremum vsque diem promereri, qua eis bonitatem eo mandante huic inferno Mundo impertiuntur? Etenim & non desunt illustres Doctores in quibus Barcepha est parte 1. cap. 22. Angelos etiam num Dei iussa spe pręmij, sua eorum munia obire : quod ipsis datum post generalem mortalium generationem ibitur ac de essentiali pręmio(ni fallor)loquitur: etenim D. Athanasius,aut quisquis alius fuerit earũ quęstionum Auctor,quę ad Antiochum inscribuntur, destitui eos affirmat,(dum in ministerio sunt)ab ea quam in cęlis habẽt glorificatione. Nam quod Dominus Matt.18.ait, *Angeli eorum vident semper faciem Patris vestri*; hic doctor, Origenesq; in primo libro Periarchon & alij plures legunt *Quotidie*, non verò *Semper*, sicut nostra lectio in om-

Opinio quorũdam patrũ cõmode exponenda.

Hugo quoque Card in Cõcordantijs impressis Parisijs 1525. similiter citat, Quotidie.

in omnibus exemplaribus habet, fortasse sint arbitrati iugem, ac sine interruptione Dei visionem id esse præmium, quod nunc obsequio præstolantur, & cupiunt. sed & Theodoretus in primo Dialogo, non videre eos ait Dei naturam, sed eius quandam gloriam quæ eorum viribus respondeat. quæ verba hactenus possent commodè interpretari, videlicet, vt velint Angelos Deum non comprehendere, sed tantum illos assequi Deitatis, quantum eorum vires (confortatę lumine gloriæ) consequi possunt; nisi subderet, *Vidisse verò eam, cum carnem induit.* ac proinde Paulum dixisse, *Manifestatus est in carne.* & Baruch, seu vt ille citat Hieremias, *Post hæc in terris visus est.* quibus verbis proficere eos existimat non modò in mysterijs gratię percipiendis & intelligendis, ac præmio aliquo accidentali consequendo, cuiusmodi gaudium illud est de quo Dominus Lucæ 15. loquitur sed in ipsa quoque Dei natura videnda, quæ tamen omnia Theologi nunc generatim & rectè profectò repudiant. Denique etiam dici potest, eas animas esse beatas, & hoc earum ministerium esse partem quandam suę earum beatitudinis, & quoddam earum eximiæ perfectionis illustre testimonium, siquidem quam habent perfectionem, diffundunt in Mũdum: quod est de ratione perfecti, quatenus perfectum est: sic enim & Angelorum officia nobis ministrantium ab eorũ perfectione nascuntur: quam rem si Franciscus Georgius animaduertisset, non deduxisset ex ministerio Angelorum erga eos qui hęreditatẽ capiunt salutis. Heb. 1. illos esse hominibus natura minus nobiles minusque præstantes quam opinionem multis argumentis ac testimonijs in cõmẽtarijs nostris Epist. ad Hebræos retudimus. Poterit prǽterea dici, eam beatitudinem sibi olim promeruisse alicuius legis obedientia quam & à primis hominibus Deum exegisse constat, & Angelis similiter euenisse Magister in secundo acutè meditatur, & fortasse illius obedientia legis, quam Iacobus de Valentia, Ambrosius Catherinus & alij nonnulli existimant, fiducia & adoratione Mediatoris, Dei videlicet & hominis: quanquam hęc nonnulli irrident quod simile quidpiam in Alcorano, vt dicunt, scripserit pseudo Propheta ille, Deum scilicet mandasse Angelis vt ipsum adorarent; ac illos qui non obtemperarunt, pulsos confestim fuisse gloria. & Gulielmus Pastellus, homo vanissimus & hęreticus insanus, in libello quem clauem absconditorum à constitutione Mundi inscripsit, proposuisse illis, ait primùm quidẽ vt verbum Deum adorarent, cui citra negocium obtemperarunt: mox verò & vt hominem quoque factum, quod ægrè complurimi fecerunt, ac prostremo vt eidem in Eucharistia sinceram latriam exhiberent quod cùm mali omnes recusassent, extrusi cælo confestim fuerunt. Neque tamen inde sequitur eas nos ritè ac rectè posse inuocare, & cultu, atque obsequijs prosequi: siquidem nullum earum beatitudinis habemus, aut scripti verbi Dei, aut per Apostolos & Ecclesiæ traditi, aut expositi testimonium; quemadmodum permulta eaque satis illustria beatitudinis & Angelorum & sanctarum animarum sunt nobis in promptu. Dominus enim redarguit Samaritanos, quoniam adorarent quod nescirent, hoc est, quod nullo certo constantiq; aut argumento aut testimonio dignum esse adoratione intelligerẽt, quamobrem

vide S. Tho. 1. q. 62.

Ioan. 4.

obrem eam opinionẽ veriorem esse semper existimaui, quæ Ecclesiam non posse errare affirmat in declaranda, certaque nobis constituenda Sanctorum beatitate & gloria, quam nostri fortasse ideò Canonizationem vulgato nomine dudum appellant, quòd ea nobis tradatur regula quædam & index, qua qui digni cultu sunt, omnes intelligant, & quos tuto implorare sibi possint apud cõmunem Patrẽ & Dominum suffragatores. Quamobrem & de nomine ac particulatim vnũquemq; Sanctorum vt veneremur proponit, non verò generatim, quomodo cùm docet hostiam ritè consecratam esse ab omnibus adorandam. Et certum quidẽ est, istiusmodi cultum nemini esse aliter impendendum. Cæterum fortè latere nos earundẽ fælicitatem Dominus voluit, ne plus obsequij & cultus quàm vt creaturis conuenit, eis exhiberemus. ob periculum igitur excessus in cultu, fieri potuit, vt etiam verbum Dei ea luminaria & corpora à nobis suspici, & coli vetuerit. Ethnicos enim diuinitatem quæ simplicissima est & vnitissima in Solem, & Lunam, & alias creaturas distraxisse, latriaque coluisse constat, alioqui non eos redargueret Paulus ad Rom. 1. & Cyrillus contra Iulianum lib. 2. Nefarium, & scælus immane nequaquã num cuperet. Nec desunt viri docti, qui simili fermè ratione persuasi existimauerint Deũ voluisse vt sepulchrum Mosis lateret Hebræos, videlicet ob idololatriæ periculum. Quam rem etiam Cabalistæ, vt arbitror (nam obscurè admodum loquuntur) sic exponunt, *Ideò Mosis sepulchrum nemo nouit, quia exaltatus est in Iobeleo superiore, & super Iobeleum misit radices suas*. & hæc ad secundum. At verò ad tertium ipsemet S. Thomas in 1. Cæli 70. meliora fortasse meditatus respondet; quemadmodum quoq; Franciscus Syluester Ferrarien. 2. contra Gentes cap. 70. prudenter ante nos adnotauit. Nempe eas animas non esse illis corporibus tanquam formas vnitas, vt ea absolutè moueant: sic enim & separatæ mouere possent; sed vt motione nobilissima quadam, & præstantissima qualis illa est quæ fit instrumento coniuncto. Actio enim quæ efficitur aliquo organo separato, minus illa, cùm nobilis, tum efficax est, quæ efficitur eo organo quod sibi coniunctum efficiẽs habet. Etenim, & Christus Dominus sua humanitate passioneque, & alijs suis actionibus, quibus salutem nostram, tanquam suæ Deitatis organis operatus est (ceu Concil. Ephesinum in Epistola ad Nestorum, & Cyrillus libro quarto in Ioann. cap. 12. 14. & 15. & S. Tho. 3. q. 38. art. 6. patenter docent) præstantiori nobiliorique modo eam nobis peperit atque nunc ille ipse pariat Sacramentis: quòd & si hæc quoq; Deitatis organa sint (continent enim & efficiunt gratiam, vti Tridentinum Concilium Sessione 5. & 7. definiuit) remota tamen cùm sint, hoc est, non ita Deitati coniuncta, quemadmodum eius humanitas est, non sunt etiam ita aut efficacia, aut nobilia. Denique S. Tho. tota hac ratione supponit cælos alterius esse naturæ ab elementis: quod nihilominus Prisci Doctores, vt sæpe dixi, inficiantur. Non sunt igitur argumenta hæc vsque adeò inuicta, vt non possint apparentibus responsionibus eludi, præsertim autem ab eo qui cum Theophrasto sentit, esse impium putare cælum carere anima, atque adeò quouis animato corpore esse ignobilius.

vide Glossam ordi. Deut. 34.

Et videtur hęc esse ipsissima S. Tho. mens, quia commentarios illos post primam partẽ summæ ac sub extremum vitæ scripsit.

Et

Quando condita luminaria fuerint.

Et hactenus de luminarium cæli constitutione, & genesi dictum plus satis videri posset, nisi illud quoq; quod ad eandem exactiùs intelligendã facere existimatur, quando, & quonam pacto à Deo cõdita fuerint, hoc quoque à me exigeret, vt de eo nonnihil in præsenti edisseram. Et sanè Augustinus Steuchus, & Iuniores quidam contendunt, non posse ex Scripturis certò pronunciari, qua die stellæ conditæ fuerint. Adduntque Opificem prima die Solem & Lunam creasse, & subinde secunda, tertia & quarta ita seminasse reliqua astra, vt hoc dumtaxat Scriptura prodat, hęc omnia intra quartam diem, in qua sumus, absoluta prorsus fuisse; voluntque Mosem ornatum cæli quem in prima die scribere inchoauerat, tantisper describere omisisse, ac veluti factum propterea emendasse, quòd intelligeret res illas esse nobis minus exploratas atque compertas, quàm creaturæ infernæ sint: quapropter & ad harum explicandã dispositionem formationẽque progressus cõfestim est, ac de digestione aquarũ, de exsiccatione terræ, deque plãtarum formatione verba fecit; ac nunc deniq; in cælum reuersus, ad eius ornamẽta omnia explicanda sese ideò accingit: quia hęc quarta nõnisi die non autem antea, absoluta fuisse ab Opifice sciret. At verò opinio hæc nullo negocio ac multis rationibus improbari potest.

Contra Steuchum.

Primùm quoniam inuertit vniuersam huius historiæ seriem, ac interturbat. Secundò, quod ad minimum imprudentiæ in eo Mosem redarguit, vt ea antea cęperit enarrare, quę postea meliori vsus consilio supprimenda tantisper adiudicauerit quoad alia quæ ad aquas & terram pertinebant prius ac magis oportunè exponeret. Tertiò, supponit cæli ornamenta, hoc est, luminaria esse res minus nobis notas, quàm sint res infernæ, cùm tamen notissima illa nobis sint, & oculis omnium, exposita & quæ res quoque alias nobis peruias faciant: & si enim eorum natura & constitutio occulta sit (quamobrem eius nunquam Moses mentionem fecit) veruntamen existentiam, beneficia & vtilitates nemo est qui nõ percipiatur nõ quæ fateatur: Vt proinde dici possit, nihil esse lumine clarius, & nihil obscurius: siquidem & ipsum & cætera eo conspiciuntur, & nihilominus, quid ipsum sit, adhuc incompertum reuera est. nec enim hactenus allata est definitio quæ eius naturam & vim (vt possum ratione consequi) exactè & ad eruditorum hominum quietem aperuerit. Quartò, mirum est, si anterioribus diebus astra Deus in cælis (vt loquitur Steuchus) seminauit, & Moses factum hoc præteriuit, non igitur accuratè rem ipsam, & cuncta Dei opera, quæ tribus antecactis diebus prodierunt in lucem, hic nobis exposuit. Quintò, quæro, quid illud est quod hac die Deus effecit (feriatus profectò non est, etenim intra vnam hebdomadam geminum sabbatum haberemus) Solem & Lunam prima die vt (ij arbitrantur) effecit, & alijs diebus continuò sydera seminauit, & die hac seminationem absoluit, nihil igitur determinatum & certum proferre possunt quod hac die Opifex effecerit. Nam qua ratione vnum aliquod astrum dabunt, nos aliud & aliud poterimus similiter dare, atque adeò cur non omnia? Sextò, commentarij docent Deum in conficiendis singulis quibusque operibus non totos contriuisse integrosque dies; sed cùm singulum quodque in momento prodire fecisset, voluisse

tamen

tamen integram diem ab eo opere cognominari. Neque enim more nostro, eorum singulum in tempore agebat: Ergo etiam stellas omnes in instanti in cælo seminauit: quare satis erit, si quartam hanc diem dumtaxat ab hoc opere cognominauerimus; & proinde commentum arbitrarium est quod Steuchus & qui eum sequuti sunt, de seminatione syderum in alijs anterioribus diebus afferunt. Postremò littera nostra hæc, quam interpretamur, reclamare huic sententię disertè videtur: etenim ait, *Fecit Deus duo magna luminaria & stellas:* quamuis quidam importunam afferant Glossam, vt illam eludant, cùm præteritum, *Fecit*, positum fuisse dicũt pro plusquam perfecto, *Fecerat* vt sensus sit. Iam autem Deus fecerat duo luminaria magna, & stellas, non animaduertentes hanc orationem pugnare cùm eo quod immediatè antea scriptum est, *Et dixit Deus, Fiant luminaria*; siue quod Hebræa littera luculentius habet, *Erit luminaria*. Itaq; quæro, quomodo dicere potuit, *Erit*, aut *Fiant* ornamenta hæc, si iam antea illa effecerat? Amplius, si interpretationem hanc admittamus, sequitur Deum hac die feriatum fuisse, nam fecerat tribus prioribus diebus duo magna luminaria, & stellas: quid igitur hodie fecit? nisi dixerint vel Sinecdoche vsum fuisse Mosem, vel cùm veteribus Rabbinis censeant facta iam prima die luminaria & astra, Deum hodie dumtaxat ostendisse: sic enim Priscis nonnullis Rabbi Moses lib. 2. cap. 31. placuisse refert. Et tunc manifestè Recentiores à veteribus hoc ipso discrepabunt, quòd hi quidem non sola prima die (quod voluerant Veteres) sed tribus quoque sequentibus diebus astra fuisse condita arbitrantur. Sed si verùm amamus, hi omnes quasi inopinabile afferunt, nimirum Opificem in tantillo opere, hoc est, in ostẽdendis luminaribus integram diem detinuisse, & veluti contriuisse. Denique nec etiam satis intelligi potest, quibus Deum ostenderit luminaria, an videlicet Angelis, vel cęlis, vel elementis: Adamus enim adhuc creatus nõ erat: atqui si prima die Sol, & Luna lucem dederunt (illis enim Deus diuisit lucem à tenebris, & effecerat dies ac noctes) sciscitor, quomodo lux non fuerit terris ostensa ante quartam hanc diem? Proinde in abditissima perscrutatione hac ita ego sentio, Solem quidem prima die creatum fuisse solum, sed non fuisse tunc omnibus numeris absolutum, sed hodie dumtaxat, non quidem vt illustrior splendidiorque in se ipso redditus fuerit, ceu fieri potuisse Aegidius arbitratur, in 2. d. 14. sed primùm quidẽ quod acceperit à Deo speciales quasdã vires & facultates, quas in sua creatione nõ acceperat, vti D. Dion. de diuinis noĩbus. c. 4. & S. Tho. 1. q. 67. docẽt: quibus factum fortasse est, vt hoc quoq; die extẽsos, expãsosq; fuisse ab Opifice cælos dici possit, virtutibus nimirum ac donis: Et cũ Ambrosius Catherinus obstare Scripturã, ait, quæ Deum vidisse lucẽ esse bonam narrat, non satis animaduertit, bonũ ibi non capi pro perfecto & cunctis numeris absoluto, sed pro eo quod & bonum sc̃dm speciẽ erat, & ad vlteriorẽ perfectionẽ fecũdũ virtutẽ ordinabatur. Etenim testatur D. Aug. nõ esse incõueniens existimare Deũ quędã fecisse imperfecta, q̃ postmodũ ipse perfecerit. Et rursũ cõsiderare debuerat Catherinus, capi quoq; bonũ ꝓ vtili, iocũdo & delectabili, cuiusmodi erat tũc quoq; tẽporis Sol, licèt nõ vsque adeò sicut nunc. *Opinio Aucti oris.*


Secundò

Secundò, quòd nō nisi hodie fuit effectum luminare maius: nam maius relatiuum est ad minus, vel etiam ad minora, nimirum ad Lunam, & ad astra quæ minora luminaria sunt, quæ hodie dumtaxat prodierunt, & proinde Sol, qui antea luminare simpliciter erat, maius effectus hodie nōnisi est. Aduenit enim noua relatio termino, cùm eius correlatiuū (siue mauultis reciprocum) ponitur; atque id quidem absque sui mutatione, vt ex 5. Phys. patet. Exponit autem hæc omnia satis dilucidè littera Hebręa quam Caietanus, Pagninus, & Lusitanus legunt, *Erit luminaria in extensione cælorum*. cuius hic est sensus: Erit Solis lux diffusa, & distributa Lunæ, & cæteris astris, quæ sunt in extensione cælorum. Hodie igitur astra omnia prodierunt in lucem, cùm antea solus creatus fuisset Sol, qui præterea rutilantior terris hodie affulsit, discussis nimirum crassioribus vaporibus, ac velnti repurgatis intermedijs elementis, vti aliàs à me dictum est. Subscribunt his quadátenus Theodoretus, qui lucem hodie distributam fuisse dicit, & Magister in 2. d. 14. cùm dicit, tres priores Mundi noctes fuisse obscurissimas, si quidem, nec Lunæ, nec syderum fulgoribus illustrabantur, quòd nimirū, vt ego sentio, hæc nata nondum erant. Existimo auté astra dici hodie fuisse effecta, non ea tantùm ratione quòd Soli à quo illuminarentur fuerūt obiecta, atque adeò perfusa luce, vel simpliciter si totam quam habent lucem à Sole recipiunt (vt communis fermè opinio est) vel certè ampliore, viuacioreq; si ipsa quoq; lucida sua natura sunt; quod video eruditissimis quibusdam placere, sed & multò magis quòd eorum materiam Opifex hodie ferruminauerit, & condensauerit vt recipere, & repercutere Solis radios posset; quam & si vnà cum cælis creauerit, non tamen aptauerat, & idoneā fecerat ad fulgorem Solis regerendum: id verò præstitit hodie. Et ne improbabilia hæc Philosophis videantur, primùm quidem illis perpendendum est, geminam esse in creaturis potentiam, naturalem videlicet & quam vocant obedientiæ, & priorem secerni in actiuam, & passiuam, quarum vtraque respicit ea quæ sui ordinis sunt, hoc est, quæ natura agunt, vel patiuntur. At verò illa quæ obedientiæ est, inest rebus in ordine ad Creatorem, & ad actus qui supernaturales dicuntur. & quemadmodum naturalis potentia, qualitas quædam & accidens est; ita hæc obedientiæ est ipsa rei natura & essentia relata tamen ad imperium & voluntaté Dei opificis, cùm negatione repugnantiæ, & reluctantiæ. Quamobrem fit, vt nulla Dei operatio vim creaturæ inferat, aut possit violenta dici. Agnoscant deinde Deum noluisse vnico momento venustare Mundum, quem vno momento creauerat, sed sensim gradatimque (& vt dicitur) ruminando negocium: vt quemadmodum creando in exhaustam, ac omnipotentem vim suam ostenderat, ita matura illa, ac successiua & nūc vnius, & nunc alterius Mundi partis, veluti inordinata venustatione (siquidem primo die cælum, mox secundò Aquam, Aerem & cælos, tertiò Terram; quartò rursum cęlos; quintò rursum Aquas, & Aerem, sextò denuo terram ornauit) voluit libertatem suam nobis patenter exponere, hoc est, declarare, se non naturę necessitate & impetu (vt Arist. & Philosophi permulti arbitrantur) sed summa quadam libertate, impartiendęque bonitatis suæ causa cuncta effecisse,

Cuperem Christianos philosophos huc animū adhibere.

fecisse. Ergo habenda vbique ratio non est solius Dei omnipotentiæ,& virtutis, sed præterea libertatis, sapientiæ,& attributorum aliorum; quæ omnia, vt nobis Deus hac genesi explicaret, & sex dierum interuallo,& hoc ordine quem exponit Moses consultò vsus est, vt ex his doctus,& pius animus in Dei verbo primùm quiescat,& mox à calumnijs id vendicare facilè possit, & sartam & tectam litteram seruare?

LECTIO XXI.



Ggredior exponere officia luminarium cæli; non omnia quidem, quòd nec omnia, aut numerari à nobis possint, aut certò cognosci, sed quæ Deus recensere, patefacereque verbo suo in præsenti voluit, quibus & suam erga nox eximiã charitatem splendidè declarauit: Voluit enim, vt corpora illa quæ natura omnium præstantissima sunt, similiter sint nobis præ omnibus vtilia. Et generalis eius voluntas hæc fermè est, vt quibus dignitatis plurimum, plurimumque præstantiæ dedit, sint quoque vtilissima alijs & beneficentissima. Quamobrem & Plotinus atque Simplicius, alijq; eruditissimi Viri plures constanter negarunt præclara illa corpora ad inhonesta ac turpia suis vel motibus vel afflatibus vllo vnquã tempore homines excitare: Quãquã si excitant, ac suis eorum afflatibus agitata natura ad turpia aliquando propensior efficitur (quod pluribus magnis auctoribus placuisse video) dubitandum profectò non est, nostro hoc contingere beneficio, in quibus ratio soluta & voluntas libera perpetuò manent,& quos præterea præclara institutione ac bonis habitibus eludere non modò possumus, sed comparare nobis præterea magnas virtutis accessiones (*Virtus enim in infirmitate perficitur.* 2.Cor.12.) & præterea coronas & triumphos (*Vnusquisque enim propriam, mercedem accipit secundùm suum laborem.* 1.Cor.3. Deo cũprimis nos perpetuò adiuuante nisi per nos steterit, paratus scilicet non modò suæ dono gratiæ magnas nobis suppetias ferre, sed nobiscum quoq; illos comprimere & nostræ carnis vitia tanquam monstra quædã gloriosè sternere, *Nõ ego* (videlicet solus, inquit Paul.) *sed gratia Dei mecum.* Quamobrem, et 1.Cor.10.ait, *Fidelis Deus qui non patietur vox tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum*: etenim et improborum principum impietas et auaritia æternam beatitudinem Martyribus quadantenus parauit. Scripsit de his luculenter et copiosè D. Aug. de verbis Domini. 43. et super Gen. ad litteram. c.6. Nec Sanctos hîc commemorabo, qui quòd viriliter hæc monstra edomuerũt superauerũtq; non modò cęlestia præmia, sed in terris quoque magnam nõis celebritatẽ sunt cõsequuti, cũ alioquin obscuri futuri essent et ignoti (quod ab hoĩbus fermè censetur, nõ vulgare beneficium:) sunt.n. innumerabiles, et spectatissimi. Sed Stilponem certè et Socratum hoĩes Ethnicos minimè prætεribo, quos nobis antiquitas tanquam absolutæ virtutis exempla proposuit, et magnis præconijs cõmẽdauit; q̃uis Socrati nec viuenti nec vita functo defuerunt obtrectatores homines improbi, et alienæ gloriæ inuidi. Ergo cùm

Num cæli ad turpia excitãt.

Q Philosophi

Philosophi hi natura mulierosi essent ac ad magis etiam turpia propensi, tanta tamen virtute ac doctrina syderum afflatus & naturæ aut stimulos, aut impetus retuderunt & compresserunt, vt illorum ætas neminem magis castum, & sceleris magis purum haberet. Adhęc, non ne Aristoteles in 2.Oecono. grauissimus testis est, Alcestem & Penelopem claras fęminas minus gloriosas futuras esse, ni aduersa illa fortiter superassent, quæ de eis consignata litterarum monumentis circunferuntur? Sed multò plures sunt (dicturus quispiam est) qui vincuntur, & succumbunt: atque etiam sanctos homines reperias qui lapsi sunt. Fateor planè, sed quid tum? scimus viam carnis quam latam & mollem quoque Scripturæ, & docti homines nuncupant à multò pluribus terri, quàm viam virtutis, quę arcta est, & difficilem offert aditum eam spectantibus, ac contingere quoque aliquando, vt qui virtutis cultores ac studiosi sunt, & adhæc alijs eximijs Dei donis ornati, in hac arena labantur. Trita sunt hæc & nimium omnibus obuia, sed de prioribus quorsum nunc plura dicam? causæ ab omnibus perspiciuntur, ignauia videlicet, voluptas, virtutis contemptus, nulla aut certè frigidissima religio, nulla sincera numinis imploratio, & id genus alię, Dei certè oraculum est, *Perditio tua ex te*, Oseę. 13. alios verò sinit Deus interdum cadere primùm quidem vt erecti generosi & pudore de casu insigniter suffusi, magis strenuè & constanter deinceps pugnent, ac deinde vt aliorum quos postea cadere perspexerint (experti nimirum ipsi quoque similes erumnas & perturbationes) vltro misereantur: quemadmodum euenisse D. Petro, ex nostris multi nec sanè temerè arbitrantur. ac postremo neminem vestrum latet quod ait Paulus Rom. 8. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum*. sed ad Mosem nostrum reuertamus..

Et de beneficijs sanè, quæ nobis Cæli exhibent. Deut. 4. Hierem. 10. Psal. 103. alia Spiritus sancti luculenta testimonia habentur: & silet hic quidē Moses luminaria cæli fuisse condita tanquam pręcones ac Tubas gloriæ Dei, in quam gratiam omnium maximè ea Opifex effecerat, Prouerb. 19. ac vtilitates tamtummodo in præsenti profert quas hominibus allatura erant, vt intelligerent qui Deos esse sydera existimabant (quorum totus Orbis tunc temporis fermè plenus erat) non modò se impios esse, qui opus Opifici aut ęquarent, aut etiam præferent, sed etiam suæ eorum dignitatis ac decoris prorsus immemores et obliti; qui, cùm cælis meliores reuera sint, tantum tamen honoris illis tribuunt, vt supplices tanquam sua numine illa adorent. & hęc sanè causa est cur tanta luce & diligentia etiam nobis causam exponit cur Deus effecerit illa sublimia corpora, & cur huc totus incumbit. Sed audiamus iam sanctissimum hystoricum nostrum sua verba resonantem. *Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cæli*, siue *In expansione cælorum*, vel sicut Caietani, ac Lusitani versio habet, *Erunt luminaria in extensione cælorum*, quam versionē proxima prælectione interpretati sumus. Et Catherinus esse idiotismum putat, cùm dicitur, *Erit luminaria*, quod nihilominus negauerat vbi dicitur, *Iudices creauit*, ac volebat subesse mysterium: nos verò, & idiotismum esse vtrobique, & simul latere arcanum putamus: & de loco quidem priori, diximus aliàs; nunc verò hoc nobis

nobis arcanũ hic locus, vti quoq; aliàs dixi aperit, cæli materiã fuiſſe quarta ab eius creatione die, ita ab Opifice coaptatam, & ferruminatã, vt Solis luci obiecta, protinus ipſa fuerit diffuſa, in multas, & Aſtra repente prodierint ac proinde cæli extẽſi expãſi, diffuſiq; luce nimirũ & virtute cõfeſtim fuerint, vt videas cauſam, cur nõ ſimpliciter dictũ eſt, *Erit luminaria in cælis*, ſed additum fuerit, *In extenſione*, aut etiã *In expenſione cælorum*: nempe quod extenſa & aucta illis lux & virtus hodie fuerit. Diſcordantia igitur hæc nominis cùm verbo in ſacris litteris, eſt perſpicatioribus ingenijs admonitio veluti quædã, qua ſiſtere iubetur, ac res diligenter ſcrutari, tanquã quæ ſint admiratione digniſſimæ. *Et diuidant diem ac noctem*, ſiue diſtinguãt diẽ à nocte Lux antea una erat, & proinde Sol ſua cõuerſione tres priores dies à noctibus iuxta acceſſum ad Hemiſpheria, ſolus ſeiunxerat: nũc luce in plura corpora diffuſa, uel ſimpliciter quidẽ, ſi cęca penitus hęc antea ac tenebroſa erãt: quod mihi probabilius profectò videtur. vel ſi perfuſa aliqua luce natura ſunt (nõ.n. deſunt qui Aſtris tenuem quãdã & exiguã lucẽ ineſſe natura uolunt) tãta nũc eis impertita fuit, ut emicare quoque & ſplẽdere inferna corpora poſſent, unde effectũ eſt, ut plura quoque poſtea fuerint quæ diẽ à nocte ſeiungerent. Nec.n. Solis occaſus tantũ (quãquã hic præcipuus ſit) ſed ſydera etiã, quãdo oriũtur, noctẽ efficiunt: quẽadmodũ D. Amb. rectè adnotauit. ſed & exploratũ iamdudũ eſt, non modò lumine Lunæ maiore uel minore, ſed ortu, quoq; & occaſu horũ, uel illorũ ſyderũ, dies, noctes & annos fieri calidiores, & frigidiores: ut propterea S. Tho. 1. q. 70. dixerit Solem generali, & communi diſtinctione, ſydera uerò ſpecialibus quibuſdã rõnibus dies à noctibus diſterminare. Et eiuſmodi dierũ ac noctiũ ſecretio, uiciſſitudoq; illud hominibus beneficiũ exhibet, ut cõmodũ opportunumq; tẽpus operandi & quieſcẽdi habeant: quemadmodũ Dauid in Pſ. 103. ſubmonuit: quod etiã ille admonuit, cũ dixit:

Et iam nox humida cælo

Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos. Et hoc quidem primùm officium luminarium cæli eſt.

Primum officiũ luminarium viſum certè D. D. Ambroſio, et Baſilio aliter eſt. ſed nos D. Diony. quẽ, vt arbitror, ipſi minimè legerant ſequimur.

Explicatio quorundam verborum S. Tho.

At uerò quod ſequitur, *Et ſint in ſigna*, ſecundum eſt. Porrò autem ſignorum aliud rememoratiuum eſt, quod uidelicet rem quæ præterijt, in memoriam, ac recordationem adducit. Aliud demonſtratiuum eſt, quod rem quæ actu eſt, ante oculos ſiſtit. Aliud uerò pronoſticum, quod præſignat rẽ aliquã futurã. Diſtinctio eſt Galeni in arte parua, qua & S. Tho. 3. q. 60. & Theologi in 4. d. 1. & alibi crebro utuntur. Cæterũ D. Aug. lib. 1. de doctrina Chriſtiana, rẽ illã appellari ſignũ uoluit, quæ præter ſpeciem quã ſenſibus ingerit, aliquid aliud ex ſe facit in cognitionem uenire. Et Magiſter in 4. d. 1. totidem fermè uerbis finitionem ſigni ex eo attulit. Atqui definitio hæc obuolutior mihi profectò eſt, & ſigno ſenſili tantummodo conuenit: quare ſplendidior erit, & generalior, ut exiſtimo, ſi cũ S. Th. ead. d. 1. 4. q. 1. art. 1. dixerimus, id eſſe ſignum, quod nos in alterius rei notitiam adducit, & ſenſilibus, et intellectualibus, naturalibus, et noſtro arbitrio inſtitutis, quæ et data nominantur, egregiè quadrat.

Secundũ officium luminarium.

Signũ luculentius S. Tho. finiuit quam D. Aug

Et proinde, quæramus nunc, in quarum rerum intelligentiam

Quarum rerũ luminaria ſigna ſint.

luminaria nos adducant. Et profectò consentiunt omnes, ea esse signa rememoratiua Dei omnipotentiæ, qui ex nihilo ea effecerit; & demonstratiua eius bonitatis, ac sapientiæ, & phylantropiæ, vti Psalm. 18. dicitur. Sed ambigunt viri docti, quomodo pronostica signa dici possint, & quarum rerum. Et quantum mihi videtur, sobria & plana responsio hæc est, earum rerum illa esse signa, quarum etiam efficientia sunt, nimirum imbrium, ventorum, serenitatis, tempestatum aeris, & earum præterea rerum quæ ex his fermè eueniunt. Caritatis videlicet annonæ, vel abundantiæ, & ad hæc qualitatum Veris, Aestatis, Autumni, Hyemis, & id genus. Solent enim periti ex aspectibus, coniunctionibus, & affectionibus syderum, hæc omnia antea cæteris nunciare, vt sese nautæ in portum cùm imminet procella, recipiant, & itinerantes sub tectum, & intelligant Agricolæ, quando citra dispendium exequi munera sua possint, suaque commertia homines fęlicius transigere. Et quamuis vel ob imperitiam prædicentis sæpe fallamur, vel quòd superior aliqua & fortior causa quæ superuenerit & vetauerit, vt qui alioquin venturus erat euētus nequaquam eueniat, quemadmodum Aristoteles in calce libelli de somno & vigilia, ait, & subscribit S. Thom. 3. contra Gentes. cap. 86. nihilominus, vt frequentius periti Astronomi, hoc genus res assequuntur. Quamobrem & non desunt, qui signa hæc loquutiones, aut certè nutus Dei commodè dici posse velint, quibus de id genus rebus, quas agere ille decreuerit, eminus veluti homines alloquatur, & in cælo tanquam in libro vt ibi legerentur initio scripserit, quod quoniam peracto iudicio generali non fiet, ea propter Esaiæ 34. dicitur, *Complicabuntur sicut liber cæli*, vt inde fortè syderum, cælorumque series, dispositio, & ordo *Fatum* latius initiò dictum fuerit, quod illis mortales Deus sit semel quando cęlos creauit alloquutus, & suam hisce de rebus voluntatem aperuerit. Græcis verò *Imermenis*, quod indeclinabilis inconsumptibilisque esse videatur cælestium globorum series & ordo, à quibus & id genus rerum & efficitur & pendet, & diuinæ prouidentiæ ratio explicatur, vt si Chrysippi, & Stoicorum sententia, cuius & Cicero in secundo de Diuinat. & Gellius libro quinto, capitulo secundo, Aristotelesque 6. Meta. & 1. Perihermenias verba fecerunt, huc vsque progressa dumtaxat esset, exemissentq; à cælorum efficientia humanas actiones, & res, quemadmodum euestigio dicturus sum, nec illi profecto, nec eorum causa fati nomen in catholica Ecclesia vsque adeò male audirent.

Sed Eusеb. de præparatione. lib. 2. Et Epiphanius in Ancyroto ad consumationem sæculi & iudicij diē hoc prophetæ oraculum referunt D. Aug. in Psal. 8. & alibi cælum putat vocari sanctâ Scripturā, qua complicabitur in fine sæculi, quia ea opus non erit, &c.

Iam verò de Solis, astrorumq; signis & affectionibus præsertim Lunæ nascentis, quartæ, & plenæ quid nimirum prænunciant, scribit hic D. Basilius quædam, sed fusius Plinius lib. 18. vbi, & Pleiadum ortum, æstatem, & occasum indicare hyemem dicit. & lib. 16. dicit. Arbores cedendas non esse à vicesima in trigesimam Lunam. & de sereni, tempestuosique aeris prænotionibus, alijsque id genus rebus quarum indicationes à Solis, Lunæ, & syderum ortu, & occasu desumuntur, scripsit Constantinus Cæsar breui & pura oratione toto primo libro præceptionum de Agricultura, interprete Iano Cornario. Ergo & in efficiendo causæ sunt,

Luminaria signa sunt quæ eas res manifestant quas efficiunt.

& in

& in manifestando signa, & notæ, atque adeò alia, atque alia ratione diuersas sortiuntur nomenclaturas. Et quoniam Catholicum dogma est, corpora cælestia, nequaquam eas res quæ in nostro sitæ sunt arbitrio, efficere, & quæ ab electione hominũ pendent; inde consequitur, vt nec earum signa & notæ profectò esse possint. Quamobrem cùm Plotinus in libro, Vtrum stellæ aliquid agant. & de Fato cap. 6. Origenesque & Eusebius lib. 6. de Præparatione Euangelica, cap. 9. Deum in corporibus cælestibus tanquam in tabulis & chirographo aut scripsisse, aut pinxisse euẽta omnia, nostri ortus, vitæ, morumque progressus, citra tamen arbitrij nostri vllam vim, aut coactionem, volunt; & simul syderibus vim detrahunt hæc efficiendi, quẽadmodum videre est in primo Periarchon cap. 1. mihi profectò abijsse longius à veritate videntur. Cùm enim res nonnullæ natura significent, aliæ verò vel diuina, vel humana dumtaxat institutione; & priora quidem signa naturalia, posteriora verò signa data vocentur; nullum naturale signum reperias, quod vel causa quadantenus non sit eius rei cuius signum est, vel certus quidam effectus: quẽadmodum & Ioannes Picus lib. 4. contra Astrologos scitè admodum adnotauit. Proinde, cùm astrorum dispositio ac tabulę, effectus non sint humanarum rerum, & nihilominus signa naturalia earum sint; oportet vt causæ existant. & si causæ quoque non sunt, nec etiam earum signa naturalia esse possunt: non igitur præsignant natura res nostras in vniuersum sydera. Sed nec etiam institutione diuina: nam quæ nobis Deus signa dedit, cùm ad nostram vtique institutionem, & admonitionem dederit, voluit vt apertam aliquam haberent cum rebus quas præsignant analogiã, qua facilior latiorq; nobis additus ad arcana dignoscenda fieret, quorum gratia ea signa: dedit vt proinde Magister dixerit, signa sacra imaginem gerere earum rerum quas indicant, & sanctorum omnium signaculorum inductione, quæ Patribus pariter & nobis deinceps diuinitus data sunt, in præsenti periclitarer, nisi hæc notiora esse intelligerem, quàm vt in eis explicandis tempus mihi conterendum sit. At verò nullam conuenientiam cum rebus quæ nostri sunt arbitrij, sydera habent, nisi vel per accidẽs, ac, vt Aliacensis de Concor. Astro. cũ Theol. verbo. 3. loquitur, dispõne remota & contingente non simpliciter necessaria & sufficiente: quod, vt arbitror, nec S. Tho. negaret. 3. contra Gen. cap. 92. vel quam homines eis dederunt. quamobrem, & signa data ab hominibus dici possunt, nimirum à Caldęis, Assyrijs, & Aegyptijs, vti Cicero lib. 1. de Diuinat. testatur. Non igitur luminaria signa sunt diuinitus instituta ad per se manifestandas hominum electiones, & res. Et hæc profectò ratio firmissima est, licèt Iulius Sirenius lib. 9. cap. 37. ex aduerso proferat caniculam indicare maximum æstum; & hyrundinem, aduentantem Verem; ac neutrum tamen esse eorum vel causam vel effectum. vtrunque certè Picus negaret, & rectè quòd canicula & hyrundo potius obseruatione humana tanquam signa illarum rerum capta fuerint, quàm vt sint à natura data, vt eas præsignent. quod si cõtenderit, natura quoq; hæc præsignate, reponet Picus opinor, & caniculam esse causam quandam partialem, illius æstus, quamobrem tunc flagrare aer videtur, & Ver, loc cit, aeris tem-

Cõtra Plotinũ Origenem, & alios quosdam.

verba Orig. 1. Periar c. 1. cõtendunt, vt neges, cogi necessitate hõĩes rectè agere vel male, & stellarum motũ cãm esse eorum quæ agimus, &c.

ubi & Ferrariensis argum. Ioan Pici dissoluis.

periem,& frigoris à loco expulsionem,esse in causa cur sese ad hæc loca hyrundo recipiat: attrahuntur enim à commodo continente corpora quadátenus,si Alberto in lib.de natura locorum,auscultamus,atque adeò hic efficiens quoque causa motus localis eorum est; quanquam præterea extra controuersiam est, animalia ab Intelligentia non errante eò dirigi ac excitari, vbi & seruari illæsa & commodius posse viuere perspexerit; & proinde locum esse tanquam intentum,vt causam salutis eorum,ab auctore naturæ.Itaque licèt Plotino,Origeni, Eusebioque visum sic fuerit,& proinde D.Aug.lib. 5. de Ciuit. Dei.cap.1.dixerit opinionem hanc Viris non mediocriter doctis placuisse, & Gulielmus Parisiensis lib.1.de Vniuerso, argumentis & testimonijs stabilire eam conatus sit; mihi tamen Ioannes Picus accessisse propius ad veritatem illis in hac controuersia videtur, ac Scripturis magis consentanea docere.

Improbatur opinio illa, quæ sydera res nostras efficere ait.

Portò autem opinio illa, quæ tantam vim syderibus vendicat, vt & præsignent, & nostra quoque omnia per se & constanter efficiant,non modò à Theologis nostris omni laude maioribus, sed à grauioribus quoque Philosophis iamdudum splendidissimis rationibus repudiata, ac profligata longius fuit. Si enim voluntates hominum,astrorum dispositioni & legibus subiacerent, quomodo,rogo,liberi essent? quomodo aut bonis præclarisque operibus laudem,& præmium,aut malis,& facinorosis, vituperiũ, & supplicia promererent? Rursum, consilia,leges,& reliqua omnis humana societas & fides hac execranda opinione tolluntur abolenturque ergo iure,& meritò,toto titulo de Maleficis,& Mathematicis ĩ Codice,legibus Imperatorum Astrologi(quos,& Mathematicos,& Genetliacos appellant) damnantur. sed & Plotinus in lib.vtrum stellę aliquid agant,eos apprime irridet,& transire in aues ex Platonis sententia in Thimæo putat,quòd nimirum leuissimi homines sint,& frustra in rebus sublimibus curiosi,adeóque insani,vt oculorum iudicio confisi altissima & abditissima sese consequi posse non dubitent.Repudiat & eos Scriptura, Deut.4.& Hierem.10. vbi dicitur, *A signis cæli nolite metuere:* Si enim per se nobis euenta quæ euitare nequiremus, cæli efficerent (infortunia præsertim & calamitates) quomodo fieri posset, vt ea præsentientes non timeremus? Reijciunt, & concilia,Toletanum primum Can.21.& Bracharense cap. 9. & 10. & 20.ac in vniuersum ex Ecclesia proscribunt. Postremò & D. Ioann Chrysost.hìc Hom.5.& 6.vanam,falsam,ridiculamque,D.Basilius Hom.prima & 6.occupatissimam vanitatem, D.Ambrosius lib. 2.Examеron,inutilem & impossibilem, vocant.Amplius, & Suidas Astrologorum tributũ quod Alexandriæ pendebant,hoc est, stultorum tributum fuisse appellatum testatur, quod videlicet nonnisi à stultis Astrologi consulantur,& stipem accipiant. Disputarunt præterea aduersus vanissimos homines istos D. Epiphanius,vbi scribit in Manichęos; ac D.Aug.permultis capitibus loco citato, & cumprimis cap.4. vbi Esau,& Iacob qui vno parentum congressu fuerunt procreati, vitam & mores accuratè hunc in modum persequitur: *Tanta*(inquit) *in eorum vita, moribusq́, diuersitas, tanta in actibus disparitas, tanta in parentum amore dissimilitudo fuit, vt etiam inimicos eos faceret ipsa distantia.*

D. Aug lib. 5. de ciuit. Dei, hæc enim opinio quid agit aliud nisi vt nullus colatur aut rogetur Deus?

vide Ioannem Picum lib. 1. contra Astronomos qui multo plura ad hanc confutandam persequuntur.

distantia.& paulò postea,*vnus duxit mercenariam seruitutem,alius non seruiuit,vnus à Matre diligebatur,alius non diligebatur; vnus bonorem qui apud eos babebatur amisit,alter adeptus est,quid de vxoribus,quid de filijs,quid de rebus,quanta diuersitas*?Sed de his scripsere cum laude iamdudum Ioannes Picus latissimè, licet Pomponatius de incantationibus cap. 12.eum arrogantiæ, & petulantiæ (bili percitus, opinor, nam iudicium iniquissimum est)redarguat,ac fermè eius operis faciat compilatorem & furem, & Hier. Sauonarola pressiùs atque simpliciori stilo. *Pro Ioan.Pico contra Pomponatium.*

Sed expedit tertium quoque beneficium,quod nobis Astra exhibent audire: *Et tempora*.Tigurini vertunt, *Et stata tempora*,& vt mihi quidem videtur,Salomon Eccles.cap.3.locum hunc ita illustrauit,*Omnia tempus habent,& suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo. Tempus nascendi,& tempus moriendi,tempus plantandi,& euellendi quod plantatum est.Tempus occidendi,& tempus sanandi, tempus destruendi, & tempus ædificandi,tempus flendi, & tempus ridendi*, & quæ his deinceps latè subiecit.Vbi vides negocijs obeundis certa quædam & stata tempora à cælis veluti nobis præscribi, in quibus cùm fiunt, opportunè tempestiueq; fieri dicuntur. Quamobrem quòd multa nocte nihil actionum ciuilium agi tempestiuum sit,intempestam noctem Latini vocarunt.nam & Septuaginta locum hunc vertentes non Κρόνους sed χρόνους.i.rerum bene regendarum occasiones dixerunt. Moses igitur indicat cælorum vicissitudine,& conuersione fieri nobis tempora commoda & opportuna ad seminandas & demetendas fruges,ad nauigandum,& id genus negocia conficienda, quæ nostris vsibus inseruiunt,& quę si qui nouerunt appręhendere sapientiores cæteris existimantur. Ad hæc,& *Stata tempora*.herbis quidē,& arboribus semina,floresq; & fructus emittendi,& maturādi; animalibus verò inuicē congrediendi, cōcipiendi, ouificādi,pariēdi,& id genus.Possumus & aliter, *Stata tēpora*,interpretari, videlicet certas ac determinatas rerū conditiones,& periodos quæ syderibus subiectæ sunt:Vox enim, *Moed*,quemadmodum periti adnotarunt, significat Hebræis præfinitum quoddam & statutum tempus. Deut. 16. *Moed*.i.*Tempore statuto,quo ex Aegypto egressus es* 2.Regum 24. *Et dedit Dominus pactum in Israel à mane, vsque Ethmoed*.i. ad tempus limitatum,quare subindicasse nobis potuit Deum rebus omnibus quæ conuersionibus cæli subijciuntur, pręfinisse tempora vitæ durationis,& consistentię, quæ præterire non possint quanquam & sæpe homines ea sibi imminuunt & Deus quoque propter scelera decurtat Psal.88.quod à peccato Adæ, attulit profectò hominibus beneficium non vulgare. Nam vitæ huius erumnis, & calamitatibus puriores animæ liberatæ meliorem vitam adipiscuntur:quàobrem & longioris vitę eas sæpe tedet.Psal. 141. 3.Reg. 19. vt Emphaticoteron dixerit Socrates in Platonis Phedone, eum qui mortem molestè fert,non esse Philosophum,sed Philosomaton.

Tertium luminarium beneficium.

D Basilij verba sunt, Tempora existimamus scripturā dicere quatuor vicissitudines tēporum hyemis,veris,æstatis & autūni.

Hiero. ab Oleastro,& Glossa.

Et Dies.Sunt pręter Solis cursum qui dies lōgiores efficit ac breuiores, alia quoque dierum discrimina & mutationes, quæ ab astris efficiuntur,sicut Manilius scriptum reliquit & sunt dies Alcionij de quorum numero controuersia est, referente Suida,& dies Nautici,quos Cælius Rhodiginus *Quartum beneficium luminarium.*

Q.4 enumerat,

enumerat, & pluuiosi cùm Pleiades quas & Vergilias nuncupant oriuntur. Rursum, & dies Festi, & profesti: si quidem Hebręi, & nos ac cæteræ omnes gentes festos dies à luminarium conuersionibus & vicissitudinibus capiunt. & Hebręi quidem Neomenias, Scenophegias, Pascha, & Pentecosten à Luna Ecclesiast. cap. 43. nos vera à Solis, & Lunæ conuersionibus. Non igitur intelligas capi diem hic in trita vulgarique sua significatione. Sic enim Solis iubar, ortu, occasuq; suo diem à nocte nudiusquartus seiunxerat. Sed primùm quidem pro definiendis & diuina & humana lege cùm ad cultum & obsequium Dei, tum verò ad peragenda alia negocia, mox verò & pro Criticis Theoriticis, Medicis salubribus, & insalubribus de quibus & Galenus & Paulus Aeginas, & Cornelius Celsus, & alij quidam apud Cælium Rhodiginum lectionum antiquarum libro 14. cap. 2. disputant. Porrò autem dies albos, lætos faustos, & his aduersos Aegyptios, postriduanos, & infaustos ad obeunda negocia, de quibus idem cap. 9. tractat tanquam ex Ethnicismo ad nos profectos Ecclesia Christi iampridem mira consensione Sanctorum repudiauit.

Iudæos vero & Maumetani fermè sequuntur, vt audio, in capiendis & assignandis suis festis diebus annualibus.

Et annos. Vt Sol conuersione sua solarem efficit annum, ita Luna, & cæteri errones, suos singuli conficiunt annos: quamobrem sunt alij breuiores alij verò longiores, sicuti & Mercurij, & Veneris æquales solaribus sunt: fortè, quia ad generationis perfectionem Soli adscripti ab Opifice comites Mercurius, & Venus fuerunt: quod Iamblicus quoque arbitratur. Etenim Venus eodem tempore cietur in suo epicyclo quo Sol in suo deferente orbe: eademque Mercurij motus fermè ratio est. quare ne duobus quidem signis Venus à Sole vnquam digreditur, & in vna linea epicycli coniunguntur, vnumq; tunc centrum habent; vt mirum minimè sit, si pares fermè cursus conficiunt. Inuenies quoque annos magnos, & maximos, de quibus, & nos superiori quadam prælectione disseruimus, & Lilius Gregorius Gyraldus latius in suo lib. de annis & mensibus accuratissimè scripsit. Nec est profectò dubitandum prodesse nobis plurimum ad rectè, salubriterque vitam nostram transigendam annorum dierum, temporumque varietates, & veluti proprietates cognoscere. vt proinde Aeneas Syluius, qui dicebat, *Pulchrius esse quàm vtilius syderum inuestigare cursus*, & cæteri omnes qui cunctam syderum contemplationem inanem esse existimant, & infrugiferam facilè hoc verbo Dei, *Et sint in signa tempora dies & annos*, redargui possint, ac præterea quod indoctos imprudentesq; vltrò nos esse velint sapientius profectò consuluit qui dixit:

Quintum beneficium luminarium.

Ventos & varium cœli perdiscere morem.

Sic certè nobiscum D. Basilius Ambrosius Aug. Hugo de S. victore, & veteres alij sentiunt vide Opusculum S. Tho. adscriptum de iudicijs astrorum.

Sed & D. Ioannes Chrysostomus, *Non paucas vitæ huius commoditates* (inquit) *temporum scientia, dierum numerus, & anni circulus adferunt, nec est qui singulas recensere possit*. Et ex his quartum, & quintum luminarium vsum habemus. Nunc ad sextum deuenio.

Et luceant in Firmamento cœli, & illuminent terram. Alij, *Et luceant in extensione cælorum, & illuminent terram.* Ergo & supernis & infernis corporibus luminaria prosunt. Perfundunt luce cælos, qua actuosiores, & potentiores efficiuntur, siquidem agunt motu & lumine, aerem deinde

Sextum luminarium officium.

de terramque & aquas illuminant, quæ affecta luce, concipiunt, pariunt, alunt, & fouent, herbas fructices plantas, & animalia. Inde noctes in plenilunio calidiores sunt ac pisces efficiuntur pinguiores. Ad hæc, vt dies Sole, ita nox Lunæ & astrorum radijs itinerantibus, & negocia obeuntibus opportunè deseruit. Et vide denique Creatorem patenter declarare gratia cumprimis hominum se efficere luminaria: nam quibus alijs, rogo, data fuerunt in signa tempora dies, & annos, nisi hominibus? Et quorsum voluit, vt illuminarent terram nisi propter homines? quis hæc, rogo, non perspicit? O igitur beneficentissimum, & sapientissimum Opificem.

Et factum est ita, siue, *& fuit ita*. Quæ verba indicant Dei omnipotentiam. Psalmus 32. Et modum manifestat Moses quo ita fuit, vel factum est, subdens.

Et fecit Deus duo luminaria magna. Verbum *Fecit*, cooperatores omnes excludit, fecit nimirum se ipso immediatione virtutis & suppositi, vt dixi. *Duo*, vbi sunt Pythagorici illi qui numerum binarium vbique improbant, & infamem esse arbitrantur? refellit eos certè hoc Dei Opificiũ. Porrò autem hi duo Planetæ, & Dioscuri, & Germani quoque dicuntur. Quamobrem & hæc Phœbe dicta est. Non sunt autem dicta magna mole, aliorum astrorum comparatione, sicut Beda, & Steuchus existimarunt: siquidem Astronomi contendunt, iustisque signis, & argumentis euincunt, nonnullas stellas esse Luna maiores, sed magna dicta sunt, quòd reliqua astra his à quibus longius multò absumus minora nobis videantur, & quòd præ cæteris fulgeant, & munera, atque beneficia meliora ac magis conspicua Mundo exhibeant. Quamobrem Orpheus Solem Mundi dominum, & Lunam astrorum Reginam vocauit, & Albumasar, ac Ptolomeus ab vtroque vitam infundi dixerunt. Magna proinde sunt functionibus efficacia, & beneficijs. Nec mihi obijciat iuuenis, stellas his esse situ superiores, atque adeò inde consequi eas potentiores, & efficaciores esse Sole, & Luna, & erraticis præsertim, quod Scotus in quarto, distinct. duodecima, quæstio. tertia, hoc esse verum simpliciter & in vniuersum dixerit, vt agens quod præstantius entitate est, virtute quoque & efficacia perfectius sit. Sed rectè quidem hæc, ac tempestiuè dicerentur, si de actione quæ per motum fit, sermo nunc haberetur: sic enim, hoc est, quatenus cælestia corpora per motum in inferna agunt, tantò viuaciora, & virtuosiora sunt, quantò sunt entitate præstantiora, atque ob id superiora situ. At verò de iuuamentis nunc disserimus, quæ ab ipsis, perq; speciales afflatus & virtutes illis ab Opifice traditas (qui singulis eas impertitus est, vti voluit) lucem potissimum nanciscimur, in qua stellæ fixæ à Sole & Luna proculdubio superantur, siue quod eam quam habent à Sole totam habeant (vt de hoc antea dicamus) siue quod nimium distent ab elementis, & in ea per lucem non admodum afficiant, quod alij malunt: & proinde in hac entitate eminet Sol non stellæ, quamuis in entitate formæ substantialis, simpliciter erronibus fixæ fortasse eminent. at verò in hoc saltem Luna commendatior nobis ac præcellentior est, quia eius motum effectusque quos in hæc inferna efficit, exactius certè percipimus quàm stellarũ aliarũ functiones & officia.

Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe.

D. Ambr. hic, non tam aliorũ comparatione magna quàm suo munere.

Est

Interpretatio reguli Scoti. Est ergo Scoti regula vera, si per entitatem, non modò substantiam, sed & rationem agendi intelligit. atqui Scriptura nunc refert, Opificem voluisse, vt ratio agendi Soli & Lunæ inesset præstantior; quàm astris, & quantum ad lucem pertinet, & (vt arbitror) quantum quoque ad influentias speciales. Et proinde, vt superna secundùm situm, atq; adeò entitate naturæ simpliciter perfectiora, minus actuosa & efficacia in hac agendi ratione sint hisce infernis: vt sicut supernis quantum ad situm & motum Sol & Luna subsunt, & minus conspicua sunt; ita illa quantum ad lucem & quædam specialia Dei dona locum his sua sponte concedant. Et hæc quidem mihi magnopere consentanea esse huic oraculo videntur, *Fecitq; Deus duo luminaria magna, vt vnum diei, alterum vero nocti præesset.* pre ceteris nimirũ, ac luce & virtutibus alijs quæ in maiestate naturæ latent ex quibus omnibus planè regula talis confici potest, ac (ni fallor) regula Scoti luminosior:

Regula Auctoris. Agentia essentialiter ordinata quantò superiora sunt, ac proinde entitate præstantiora, tanto quoque in ea ratione agendi quam iuxta naturæ præstantiam communicant, sunt infernis validiora: secus verò vbi alia quædã efficiendi ratio infernis melius & cumprimis inest.

Luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Et si Sol, Lunaq; magna sint, non fuerunt tamen creata aut magnitudine, aut luce æqualia: vt hinc videas, quàm sint Thalmudistæ inepti & ridiculi, qui dicunt Lunam, quoniam de Sole ad Deum falso quædam detulit ac planè calumniam, diminutam fuisse lumine, de qua re Viues, lib. 3. de Veritate fidei Christianæ mentionem facit. sed creauit vnum Deus altero maius: nam

Sol multis modis Luna maior est. Sol, maior Luna est, multis nominibus. Primũ mole, Plato. n. in Thimæo, Cicero in 2. de natura Deorum, & Plinius lib. 2. ostendunt Solem esse terræ multis partibus maiorem: nec desunt qui centies sexagesies sexies continere terræ magnitudinem dixerunt. Et Auerr. 2. Cœli 42. esse maximũ omnium stellarum dixit. Constat autem Lunam esse minorem terra, quod vel cuspis, vel conus pyramidis vmbræ terræ eam obscuret; & dicitur esse vigesimaoctaua pars terræ, quamuis Plinio lib. 2. & alijs quibusdam aliter visum sit. Secundò lumine, nam vel Sol natura solus lucet, vt hac proinde ratione Solem dictum esse velint, & ab Heraclito appellatum fontem luminis: quod & Aristo. quoque in 2. de Anima visum fuisse existimatur; vel certè cuius luce perfusa astra, licèt non nihil quoq; natura luceant, iuuentur tamen plurimum, & auctiora, vigorosioraq; euadant, ac in terris conspiciantur, cumprimis autem Luna quæ aut à Sole habet, vt splendeat,

Opinio Cardani de Luna. aut certè vt vsque adeò, hoc est, ita insigniter. Etenim in deliquio rubere cernitur, tanquam pruna ignis. Est autem contra sensum, vt mihi quidem videtur, quod Cardanus lib. 5. de Subtilitate existimat, hanc in plenilunio Solis radijs adiutam, esse splendidiorem Sole: & signum quod affert aliam puto habere causam à fulgore Lunæ Aquilam nimirum non audere in hanc, tunc temporis visus aciem figere, quam tamen in Solis iubar fortiter figit. Claudianus lib. 1. contra Ruffinum:

Et variam Phœbem alieno iusserit igne
Compleri, Solemq; suo. Et quantò maiore Solis luce perfusa est, tantò

magis

magis salutaris viuentibus est. Quamobrem Iamblicus scitè dixit, cuncta bona nos habere à Sole, vel solo vel ab ipso per alia. & Proclus in Thimęũ Platonis, Solem in rerum genitura & ortu patrem propter calorem quo affluit, appellat; & Lunam matrem, propter humorẽ quem infundit (nam calore & humore gignuntur omnia sensilia mixta, alunturque & conseruantur) & in Scripturis vsurpatur interdum Sol quidem pro Symbolo prosperitatis & consolationis, videlicet cùm adfulget & splendet. Psal 20. *Per diem Sol non vret te*, hoc est, consolaberis & eris voti compos. Aliàs verò pro symbolo mœrornm, & calamitatum cùm nimium obscuratur, ac veluti occultatur. Hier. 15. Iohelis 28. Amos 8. Tertiò præcellit Lunã Sol motus simplicitate: nunquam enim Sol à medio latitudinis Zodiaci, hoc est, ab Ecliptica decedit, cùm Luna & Planetæ reliqui nedum recedant, sed etiam tanquam sacram vereantur. Quamobrem Astronomi reperto Solis motu, facilè inuéniunt, & metiuntur aliorum Planetarum conuersiones. Quartò auctoritate, & principatu: Planetæ enim qui Soli coniuncti sunt, & concordes, summi, atque directi vocãtur: contrà verò cùm ab eo regrediuntur, discordes, infimi, retrogradi, & oppositi. Deniq; à Sole habent vt orientales, & occidentales efficiantur. vtrobique.n. conditionem, & cognomentum mutant; & cùm lumine in hæc inferiora agant, & ab eo lumẽ mutuo capiant, coguntur quoque suas eorum vires magna ex parte eidem acceptas referre. Et necesse est, vt facultates quæ illis formaliter insunt, Soli quoq; vel formaliter vel eminẽter insint. His adducti rationibus Chaldei, & Astronomi, Solem in medio Planetarum, tanquam eorum dominum, & qui vtrisque, supernis videlicet, atque infernis lucem commodius impertiatur, situm esse arbitrãtur. Plato vero, & Arist. sequuti Eudoxum & Callipũ illum e uestigio supra Lunam inter geminos Mundi quinarios reponunt, vt scilicet quinque planetas desuper habeat, Mercurium, Venerem, Martẽ, Iouem, Saturnum, subtus Lunam, ignem, aerem, aquam, & terram. Quintò denique analogia quadã proportionalitatis ad Opificẽ Deũ: etenim vt Sol nedum visibilia omnia superat, sed ea quoq; oĩa quæ vidẽt (nec.n. cuiusq̃ oculus diutius eum intueri põt) ita sanè Deus à nemine intellectu creato sciri exactè & comprehendi potest. Secundò, Sol colores efficit (aut certè medium illustrat) & oculos veluti gignit, ac fouet; Deus intelligibilium rerum & intellectuum simul auctor est, & qui solus mentis nostræ tenebras verè ac prorsus discutit. Tertiò, vt nihil est magis alienum à capienda Solis luce, elemento terræ, ob sui videlicet crassitiem, opacitatem, ac durstiẽ; ita qui terrenis rebus affixi, & graui ac terreo corde sunt, nihil intelligẽtiæ Dei admittere possunt, quandiu tales perstiterint 1. Cor. 3. & Ioan. 1. Quartò, vt Sol perspicua corpora primùm illustrat, & confestim calefacit, atque opaca econtra primum calefacit, extenuat, moxq; illustrat: ita Deus animas inquinatas peccatis primùm depurat, afficitque, ac postmodum intelligentia donat. Vnde Dauid subtiliter & appositè dixit, *Gustate, & videte*. Psal. 33. Denique, vt omnia astra à Sole lucem habent, ita Angeli, & creaturæ reliquę omnes, Dei insigni quadam liberalitate, esse, sentire, viuere, & intelligere obtinuerunt vt merito Plato Solem vocauerit Filium conspicuum

vide Ptolomeũ lib. 1. Almagesti.

cuum

cuum summi boni vocauerit statuam Dei in mundano Templo ab eo positam, & Lunam Solis imaginem, & speculum. Nec longius abit D. Dionysius de Diuinis nominibus: & impurus Manichęus propterea vtrunque sidus vocabat scaphas animarum, apud Epiphanium lib. 2. Tomo. 2. Sed audiamus quæso D. Ioannem Chrysostomum, suis verbis hoc loco loquentem, *Magnum est miraculum elementum hoc* (loquitur autem de Sole) *nec est qui eius laudes pro dignitate prædicauerit.* Mirũ ergo minimè est, Idololatras, qui in vanissimis, impijsq; suis superstitionibus, multis modis ĩ diuersum tendebant, in adorandis tamen his syderibus eximio quodam & insano cultu mirificè consensisse: cuius sanè cultus meminit etiam Iob. 31. cùm ait: *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo.* Sol igitur luminare maius meritò dictus est. Cæterùm Cicero in 2. de natura Deorum, Lunam dictam esse putat à lucendo; & vt mihi quidem videtur ante illum quoque Marcus Varro in 4. libro de Latina lingua, vbi sic dictã fuisse arbitratur quòd sola noctu luceat: quamobrem & noctiluca dicta est, videlicet insigniter, & vsibus hominum atque animalium præ cæteris astris suo splendore inseruiens: quanquam enim interdum minima, & à terra remotissima videtur, hoc est, cùm in coniunctione & oppositione Solis est; & aliquando maxima, ac nobis propinquissima, videlicet cùm sub quadratis Solis radijs est; & aliàs in medijs longitudinibus, bis quidem dum est in Solis Trigono, & quasi plena, & bis quoque in sextili: nihilominus principari se huic inferno Mundo semper declarat; vt proinde reliqua astra & si noctu quoque emicent, & vt sum dicturus etiam præsidere videantur, tamen asseclæ potius sint duorum Principum, videlicet Solis & Lunæ.

Hoc & D. Basilius hom. 6. disertè docet.

Quod verò additur, *Vt præesset diei*, Vatablus vertit *In dominium diei*. Tigurini clarius apertiusque dixerunt, quòd *dominaretur interdiu*. vbi obserua non dixisse prima tantum diei hora vt Astronomi quidam frustra contendunt, quorum alij quidem secundam Mercurio, Tertiam Veneri, Quartam Lunæ, Quintam Saturno, sextam Ioui, Septimam Marti, Octauam rursus Soli. Nonam denuo Mercurio, & cęteris sigillatim in circulum remeantes hoc modo deinceps dispertiuntur. Alij verò secundam diei horam Planetę cuius nomini dies est inscriptus, & tertiam eius similiter qui Planetam hunc e vestigiò secundùm situm subsequitur; & ita singulas consequenter singulis pro libitu insani assignant. cõmentitia sunt hæc, & vana. Verbum Dei est, *Vt præesset*, siue vt, *Dominaretur diei*, nimirum integrè, ac propterea singulis eius horis, hoc est, quandiu lucet: Sol enim interdiu, vnius, aut alterius Hemispherij terras illustrat, calefacit, occulta in apertum profert, gignit, vegetat, mouet, exhilarat, fouet: & hoc est, eum dominari. Quamobrem & diurna natiuitas, melior nocturna existimatur; & cùm Sol ascendit medium cæli, etiam melior (est enim veluti in Regni sui arce) & regiones, quę à Solis lumine & calore remotę sunt, cẽsentur pariter remotæ à vita. *Et luminare minus, vt præesset nocti*, siue quòd dominaretur nocti. Nox vt quietem hominibus affert, Psal. 103 & alius.

Nox

Nox hominum genus, & duros miserata labores,
Retulerat somnos, & fessa silentia rebus,
Sic dono diuum gratissima serpit.

Ita horribilis aspectu esset, nisi stellarum radijs vtcunque mitigaretur, vt per translationem, proinde dicamus cùm fortunam nobis esse aduersam & nullam nobis patere viam ad illam superandam significare volumus, nulla mihi stella lucet. At verò, cùm & Luna fulget, fit prætereà iocunda & delectabilis. Quamobrem ēt creatam fuisse plenam ego minimè dubito. Alioqui quomodo quarta hæc dies tota fuisset serena & luminosa vt volunt? est enim nox diei naturalis pars. Amplius cùm cætera omnia integra magnitudine & robore Opifex creauerit quomodo non etiam Lunam integrā fecit? Sol igitur diei dominari dicitur, & Luna noctu. tropo eleganti quod alternis officijs suas fermè facultates inferiori Mundo tanquam ei præsidentes motu & lumine vibrant & impertiuntur, vt si corpora cælestia alijs quoque influentijs in hæc inferna agunt, omnino oporteat luci, & motui illorum eas esse coniunctas atque vt luculentius dicā lucē & motum esse earum vehicula quoniā his præcipuè dominantur ac proinde intellige potentiorem esse Lunam cùm plena est. Quamobrem & Græcos hanc præcipuè obseruasse scribunt, quicquid essent rerū auspicaturi, siquidem Licurgus etiam lata lege vetauit Lacedęmonijs ne ante plenilunium bellum inirent, teste Luciano in libello de Astrologia, &c. *Et stellas.* Hic vides stellas seiungi à Sole, & Luna nomenclatura, quemadmodum & apud illum tantummodo à Sole, qui dicit:

Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori.

Astrorum decus. Nam quæ sub aliquo genere obscuriora, vel minutiora sunt, cómune generis nomen sibi retinere solent: ea verò, quæ eminent quoq; sunt magis conspicua, vendicant sibi specialia nomina; Stellas autem hic intellige, & erraticas, & applanes, quarum quædam maiores sunt, aliæ verò minores quemadmodum, & cælestes globi, qui eas deferunt, quorum alij sunt qui ambiunt, alij qui ambiuntur. Quinimmo sicut & Angeli qui globos illos conuertunt: vnus enim alio specie virtuteque præcellit, & censent Peripatetici totam horum vim exhauriri, absorberique sui cuiusque mobilis conuersione vt si astrum cui malueris cælo Deus insereret, validiorem posceret ille orbis motorē, quàm hic sit, qui nūc illum mouet. Porrò autem Astronomi, ad quattuor gradus magnitudinis tanquam ad quattuor classes stellas fixas omnes incomparabili diligentia redigerunt. & ex his imagines quadraginta octo (demptis Zodiaci duodecim signis) constituerunt: quas, & si Auerr. vnius esse speciei omnes existimet, quod circulariter omnes cieantur, & vnius sint figuræ S. Tho. tamen supra tex. 59. 2. de Cælo, sequutus Ptolomeum in 1. lib. quadripartiti, singulas inuicem differre specie, nec sanè temerè putat: Etenim proprietates viresque specie seiunctas singulæ habent, quod & de Angelis vbique constanter docet & magnis viuacibusque argumentis profectò adductus: quanquam Albertum Magnum, D. Bonauenturam, & primæ notæ suæ ætatis Magistros magnopere quoque auersatos fuisse opinionem hanc probè intelligeret,

telligeret, sed & vnitas conuersionis & figuræ cęlorum ac stellarũ, solam infert vnitatẽ generis siue speciei subalternæ, non aũt specialissimę (vt loquũtur.) At verò vires oĩum stellarum illus ipsus nouit, qui eas condidit: quãobrem & solus eas oẽs dinumerare in Ps. 147. dicitur, *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* vbi fortasse *Nomen* pro virtute, & *Vocare*, pro facere intelligenda sunt. Nec tñ Maigretus. 2. Cæli. q. 3. inde rectè colligit, eas orbi nõ esse cõtinuas si specie ab eis sciungũtur; arbitratus fieri nõ posse, vt q̃ specie inter se differunt, continuari per se possint. Quod tñ non ita est: nã vidimus freq̃ẽter in tabulis marmoreis venas lapidũ quasdã, ac riuulos, qui nihilominus inter se specie, hoc est, formis & ꝓprietatibus sciuncti insigniter erant, videlicet Iaspidis, Serpentarij, Calcedonij, Numidici: non igitur tuta aut rõ, aut coniectura est, stellas non differre a cęlis specie, quod cõtinuari cũ eis credantur: ac minimè desunt alia quoque exempla, quibus repudiari hęc opinio possit.

Contra Maigretum.

Et posuit eas in Firmamento cæli, siue *in expansione cælorum*, vt habent Hebręi. D. Ioã. Chrysost. adnotauit verbum, *Posuit* non pro *Infixit* capiendum esse: nam & posuit Adamum in Paradiso terrestri, nec tñ infixit) alij dicunt Aplanes quidẽ positas, hoc est, fixas fuisse tanquam orbiũ partes; & q̃uo natura posuit nodos in tabulis: quæ profectò opinio vulgatior est, ac vt puto ẽt verior. Posuit inquam singulos errones in orbibus proprijs. & præterit Moses deferentes epicyclos, eccentricosque, vel qđ in sola Astronomorum imaginatione sint, vt ego quidem suspicor, & Hieronymus Cardanus Mathematicus præstãtissimus Philosophusq; eminentissimus lib. 2. de Varietate assentitur; ante quem (ni fallor) & Hieron. Fracastoreus Veronensis illustris doctrinæ vir, atq; Ioan. Baptista Amicus Cõsentinus libellis editis non infæliciter hoc ipsum demõstratũt: licet Fracastoreũ, Cardinalis Contarenus, & Cardanus in nonnullis postmodum subnotauerunt. Et certum est, Ptolomeum Astronomorũ Principem eccentricos, & epicyclos nequaquam reuera esse affirmasse; sed hæc dũtaxat dixisse satisfacere, si ponantur, ad effectus erraticorũ syderum dignoscendos: ergo, vel quia nusquam sint, vel certè quod hæc rerũ genera remotiora sint non modò ab intellectu nostro, sed ab ipsa fortasse pietate, & quæ nobis in futura vita manifestãda seruãtur, nullam prorsus eorũ mentionẽ Moses fecit. Videtur iam verò esse hoc loco inter D. Basilium, & Ioan. Chrysost. mira diaphonia. Cùm hic magno verborum apparatu (vt solet) eos repudiat qui plures esse cælos affirmant: Ille verò econtra, fortioribus, & viuacioribus argumentis plures cælos statuit, & (vt opinor) rectius S. Tho. tamen pro sua eximia erga Patres reuerentia, conciliare eos vtcunque conatur. 1. q. 68. art. 4.

Cardanus, Hiero. Fracastorius & Io. Bap. consentiunt.

Vt luceant super terram. Functionem stellarum notiorẽ, ac excepto motu fortasse præstantiorẽ, recenset, suppressis earum influentijs. Et vide, non vsque adeò eas à terra distare, vt eam omnes non splendeant, magis licèt, & minus. Et vide, inquam, causam, cur eas Opifex effecerit: nam ob solum motum satis fuisset cælos absque stellis fecisse.

Cur stellis opifex fecit.

Et præsint diei, ac nocti. Alij, & *vt dominarentur die, ac nocte*: gemino, videlicet motu, cuius nõ modò Aristoteles in 12. Meta. sed Plato quoq; in

secunda parte Thimęi,& Plotinus in lib. de motu cæli, verba fecerũt, proprio nimirũ qui ab occasu in ortum fit,& eo quoq; quo à primo cælo rapiuntur, adhæc suis proprietatibus & luce. Ergo nedum Sol & Luna, sed & stellæ quoq; reliquæ moderantur inferna corpora, licèt fortasse allucinentur permulti in assignandis earũ præfecturis, in quibus est Cõciliator dña nona. Et miror sanè Patrẽ Medinam alioquin doctũ scriptorẽ in sua parenesi lib. 2. discrimẽ hoc inter Solem, Lunam,& astra esse dixisse, vt Sol quidem die, Luna aũt noctu præsint, stellas aũt nec interdiu nec nocte præsideãt, aut diẽ à nocte distinguãt; cũ tñ nũc scriptura diserte dicat, Deum eas fecisse, vt pręsiderent diei, ac nocti, sed nõ absq; Duce tñ,& Rege. Quinimò sub Sole ipsę quoq; præsunt, ac fortassis ẽt sub Luna. Nec. n. præsidẽtes desunt, qui ab alijs quoq; reguntur,& pendẽt: vt proinde si pluralitas principatuum hic esse videatur, mala tñ non sit, qñ pulcherrimo quodam & incõparabili ordine ab vno tota pendet & regitur: Rectè igitur hunc stellarũ ordinẽ dixeris Magistratũ exercituũ & militiã, vbi multi sunt Duces sub Imperatore vno. Quamobrẽ Hiere. 19. Amos 5. Esaiæ 40.& alibi illustri ad modum metaphora ab exercitu militari capta, *Militia cæli*, nuncupatur,& Esaiæ 57. *Exercitus cæli*, nimirum (vt dicere sæpe cogor) ob instructissimũ, præstantissimumq; illum ordinẽ, quem perenniter & inter se,& in exequẽda, ac veluti propugnanda Principis Dei voluntate ubi iusserit seruant. Pręsunt igitur suo quodam modo, stellæ diei, ac nocti, ac sensili huic & inferno orbi beneficia exhibent.

Admonetur Michael Medina erroris qui tamẽ lapsu memoriæ, ei potuit inter scribendum obrepere, nam cum superiora verba examinet,& interpretetur (licet non rectè) hæc tamẽ quæ splendissimã, illam eius glossam reijciũt nõ profert.

Et planè D. Io. Chrysost. hom. 6 ad stellas oẽs in genere, hæc fuisse dicta ait, Et luminibus quoq; disertim.


Et diuidant lucem à tenebris. Stellæ igitur etiam suo modo secernũt, atq; secernere nos faciunt lucem à tenebris, vt ad unum effectum plures uideas formatas fuisse subordinatas causas, Lunam Soli,& vtriq; stellas, Dei imperscrutabili consilio. & licèt etiam Solis lumine stellæ duntaxat nobis splenderẽt, non ab eo tamen vires omnes suas ac proprietates habẽt quas motu & luce à Sole capta ac repercussa deorsum exerunt,& emittunt. *Et vidit Deus, quod esset bonum.* Cælo videlicet, elementis,& hominibus, bonum, inquam, vtile, decorum,& iucundum. Vide Arist. 1. Metheor. cap. 1. 8. Phys 1. Et bonitas Solis, Lunæ,& astrorum, tanta est, vt nulla in corporibus, aut melior, aut ea æqualis vnquam visa sit. *Et factum est vespere,& manè dies quartus.* Dies hic, quemadmodum adnotauit D. Hieronymus in Psalm. 93. medium locum in hebdomada obtinet. Tres enim se anteriores habet,& tres qui illum confestim subsequuntur, vt non admodum difficile sit intelligere, analogiam inter illum,& cæli ornamẽta: nam & hæc media esse uidentur inter Angelos & elementa, ac si Solem illorum ornamentorum pręcipuum decus spectes, medius certè est, vel inter errones, vel inter quinarios illos quorum mentionem fecimus. Rursum, sicut quadratũ non fluctuat, non est instabile; ita corpora cælestia cumprimis luminaria similiter natura stabilia, et perennia sunt, eodemq; modo semper se habẽt 2. Cæli 1. Et Manilius,

Non aliam videre patres, aliamue nepotes,

Et de cœlorum luminarijs dixisse hactenus Theologo satis erit.

LECTIO

LECTIO XXII.



Ixit autem Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis. Iam verò summus rerum Opifex, à cælis ad aquæ & aeris elementa quæ inter illos,& terram intermedia corpora sunt, nunc primùm locupletanda & venustanda descendit, & vtrunque vno dumtaxat mandato,& replet,& ornat.Cuius profectò rei ratio desideratur, nempe cur simul vtrunque hoc elementum vno die,vnoque mandato Opifex ornauerit. Cardinalis Caietanus hãc esse causam existimauit,quoniã aquæ et aeris animalia, pisces videlicet et aues ex vniuerso suo genere imperfecta sint: nullum enim eorum animalificat in semetipso:(sic enim loquitur)hoc est,nullum eorum viuiperum est, sed sunt ouipera omnia,et proinde vno die, vnoq; verbo, vt in lucem hæc et illa prodirent,ab Opifice iussa sunt.

Caiet.opinio.

Sed si Arist.lib.9.de historia Animalium.cap.37.Plinio lib.9.cap.8.Alberto Magno.lib.24.de Animalibus cap.1. et denique Magno Basilio hoc loco fidem adhibuerimus,fallitur vir hic alioquin longè doctissimus.Nam & Delphinus,& Cetus,& Vitulus marinus,& pisces alij quidam, viuos fœtus vtero gerunt,& pariunt,nisi fortè quod dixit Caietanus, *Ex suo genere,* perinde dictum voluerit,ac pro maiori parte:quod vtique nemo non fatetur. Quamobrem dicerem ego disertius, vt puto, esse inter vtrunque elementum arctam quandam cognationem, & sympathiam, quæ Opificem Deum,vt simul vtrunque fœcundaret,ornaretq; adduxit.Est enim vtrunq; humidum, vtrunque alieno termino terminabile, vtrunque perspicuum, vtrunque permeabile, & liquidum, vtrunque ventis simul agitatur & feruet,& denique vtrunque simul vel illustratur, vel obscuratur; vt proinde mirum neutiquam sit,si vtrunque simul expolitum fuit,& repletum hodie animalibus. Adde,esse similiter magnam cognationem inter vtriusque elementi animalia:pisces enim & aues,similiter fermè mouentur.Nam pisces pinnulis flumina & maria tranant,aues alis in aere volitãt,illi pedibus vt plurimum carent,hæ quãquam pedes habent tñ dum volitant minimè eis fermè vtuntur. Ad hæc, cùm auribus careant,meatus quidam in vtrisque aurium officio funguntur.2.de partibus animalium cap.12.Rursum, vesicam non habent.3.de partibus cap.8.ne videlicet volatum impediret, nec mammas,& lac denique non mittunt.3.de historia animalium.cap.20. & ita quidem Arist. existimauit. Verùm recentiores qui de piscibus scripserunt,cetacea quædam mammas habere affirmant,et gignere lac. Rondelatius enim scribit detractos fuisse in littore Aquitanico è Balenæ mammis lactis cados duos.Postremò videas auium genera quædam in aquis natare,piscibusque vesci. Amplius,et uideas alias esse aues quæ amnes,lacus, et maria tranant; cygnos videlicet, grues, anitras,anseres, fulicas, smergos alciones, quas Varro lib.3.Alcedones Latinis uocari dicit,ut si aliam causam huius diuini operis à constanti eius beneplacito et summa libertate exquirere liceat,causa hæc probabilis sobrijs et pijs hominibus esse possit.

Refellitur illa opinio Caiet.

Cõmoda interpretatio opinionis Caietani.

Opinio recentiorum.

Producant aquæ. Robertus Stephanus, & Tigurini vertũt, scaturiant aquę Glossa ordinaria & Aug. Steuchus. Aestuent, efferueant, ebuliant: Verbum enim *Sarar*, quod ponitur hic Hebræis est in multitudine gignere. Voluit autem Deus, vt pisces ingenti numero essent. primùm quidem, quia elemẽtum aquæ vastissimum est. Secundò, quia pisces breuioris vitæ, vt plurimũ, sunt ob exiguum calorem, & exuberantem humiditatem. Tertiò, quia minores, esca maiorum sunt, & proinde, ne species aliquando diffluant, & pereant, incredibili numero eos esse iussit, & maiore profectò vti D. Ambrosius arbitratur quã sint animalia terræ: licet Piccolomineus in illo suo libello Italico hęc existimet plura esse: Attestatur autem eorum multitudini, ouorum copia quam cernimus, quanquam reuera permulta dilabuntur. siquidem non omnia maris semine asperguntur, sine quò ouatio irrita fit. quod tamen intellige in eo genere hoc euenire in quo mas inuenitur & fæmina. nam sunt qui existimant, in nonnullis piscium generibus mares non inueniri, & proinde eorum oua absque masculi opera esse fœcunda. quòd verò bicolorata nõ sint, quemadmodum sunt auium oua, in quibus vitellum ab albugine colore differt, & figuram acuminatam, & rotundam non habeant, sicut volucrum oua habent, causa esse existimatur, caloris inopia, qui cùm sit in quibusdam ouis volucrum fortior & vegetior, in alijs verò languidior, & in vno eodemque ouo varius & difformis, dissimiles, quoque colores in eis efficit; & in quibus est validissimus, ambit, continetque eorum extrema, & orbiculatam gignit figuram, & mares procreat, sicut cùm minus fortis est extrema ambire non potest, & propterea efficit acuminata, ex quibus fęmellæ eduntur. At verò in ouis piscium caloris vis vbique exigua est, & propemodum languida, auium ouis comparata; ob id informes colore, & forma esse omnes videntur. Dicit autem numero maiori, *Aqua*, quod & si occulta quadam venarum, & meatuum continuatione, vna denique aqua sit, seiunguntur tamen inuicem sitibus, locis, salsedine, & dulcedine, ac differẽtijs quibusdam occultis prodigiosis, & admiratione dignis, quas persequũtur quidam latius & D. Aug. in lib. de Ciuitate Dei aliquot recenset. Vbi & emanare apud Garamantes fontem ita interdiu frigidum scribit, vt bibi eius aqua non possit, noctu verò, tam feruidum vt sustineri nequeat, esseque in Epiro alium dicit fontem, in quo faces accensæ extinguantur, extinctæque accendantur: quę venire nobis in falsitatis suspitionem non possunt, cùm à grauissimo, sanctissimoque Doctore perpetuo mendaciorum hoste scribantur: quippe qui tam multus in eliminandis à Christiana Republica mendacijs fuit, vt nullus eo magis. Porrò autẽ & Plinius, & Albertus Magnus hoc genus admiratione digna permulta recẽsent, quæ & intempestiuum esset hoc loco afferre, & à vobis fortè qui philosophos vos esse profitemini, risu exciperẽtur hæc vt alia quædam, contemnerentur. Nec.n. me latet quosdam ex vestris scribere vtriq; fuisse sæpe ab impostoribus egregiè impositum, ergo satis nobis constituere nunc erit non quamlibet aquam omnia illa quinque genera piscium Aristotelica scaturire, sed alia Indicũ, alia Athlanticũ, Mediterraneum deniq; alia & in hac alia Euxinũ, alia Icaricũ, alia Adriaticũ, & rursum salsæ alios gignũt,

Non oẽs pisces vbilibet gignũtur.

atq; alios dulces & indulcibus, alios ftantes, alios decurrẽtes & in decurrẽti bus, alios limosę alios petrosæ. Hæc & D. Basilius ex veteribus accuratè & Volaterranus lib. 25. Cardanusq; & alij quidam recentes authores dilucidè & copiose sunt persequuti, vt nostra proinde diligentia sit in præsenti omnino superuacanea. Dictum igitur rectè est, *Aqua*, purali numero, quòd generatim omnes hodie vno Dei imperio facultatem acceperunt proferendi ꝓ sua vnaquæq; natura, proque qualitatibus, & locis, varios, multiformesque pisces, quibus & repletæ subinde fuerunt ac mirum in modum ornatè. Quòd si obijcias in lacubus quibusdã magnorum montium, qui in Australibus regionibus sunt, nimirũ in Athlante, & in Peru Chersonesso pisces nullius generis procreari: Respondebo aliunde hoc euenire quàm ab aquæ natura, aut etiam (vt putant quidam) à nimia quæ inest lacubus illis frigiditate: etenim in mari Baltico sub Vrsa, quod ob frigoris nimiam asperitatem maxima anni parte concretum in glaciem est, magnam gigni piscium multitudinem scimus, qui in vsus plurimos quàm vt edantur, absumi ab incolis solent, quemadmodum Olaus Magnus latè persequitur. Rursum, & in lacu qui dicitur Albus in Boristene vltra Moscouitas, & locis denique alijs frigidissimis, multorum generum pisces reperiuntur: ac præterea non video causam, cur pisces qui natura frigidi sunt melius gignantur seruenturque in aquis feruidis quàm in frigidis. illud verò nos in agro Patauino vsu experimur. Putant igitur quidam causam, cur in Oceano glaciali, & lacu Albo pisces tam multi ac varij generis gignantur & nutriantur esse hanc, quia vtrobique terra aut fundum bituminosum sit, & proinde calidum & pingue: at verò, quia in lacubus Australibus fundũ bituminosum non est, ideò pisces in eis non gigni, sed (vt mihi quidem videtur) nituntur ij solis coniecturis, cùm reuera causa occultissima sit, vt sunt quoque multarum rerum causæ mortalibus abditissimæ.

In aliquibus aquis nulli pisces nascũtur.

Reptile: Idiotismus Hebræorum est, quo ea quæ specie seiuncta sunt, singulari voce generis, vno veluti fasce, complectuntur. sic volatile paulò postea pro volatilia & hîc reptile pro reptilia dictum fuit. Sunt autem reptilia quæcunque ita se loco dimouent, vt ventre vel alia corporis parte à pedibus, sese proripiant, siue illos habeant, siue non. Nonnulli Vermes ore repunt, serpentes ventre, & costis pisces pinnulis insecta quædã anulis; lacerta, cocodrilus, stellio, cancri, ventre & pedibus: quod (vt existimo) pedes habeant graciliores quàm vt tantam molem absque ventris auxilio mouere loco possint: quamobrem & cum pauore gradiuntur: vt mirum non sit reptilia Hebræis dicta fuisse à pauore & non in vniuersum omnia (vt arbitror) sed permulta. Nam possumus inde coniectari cocodrilos non progredi semper cum pauore, & firmiores habere pedes, quòd aliquando visi fuerint citissimè currere, longioraque itinera (quæ à fluuio Nylo distarent) ocyus conficere quàm credi possit: quamobrem & gloriæ symbola esse dicuntur, quòd persequantur strenuè fugientes, & aufugiant celeriter persequentes: quod sæpe solet nominis gloria facere & hanc esse causam puto, cur Moses natatilia appellauerit generatim reptilia, quòd etsi eorum quædam pedibus in fundo maris progrediantur, multò plures tamen ventre,

vide Satellitiũ Ludouici Viues

branchijs

branchijs, & pinnulis adnitantur ac se se propipiant, & illa quæ in fundo gradiuntur, cum in alto aquarum sunt, ita natant vt repere videantur.

Animæ viuentis. Quid hoc est, auditores, an reperiri quidpiam potest, quod animam habeat, & minimè viuat, vt propterea Moses dicat, *Animæ viuentis*? certè vbi anima est, ibi quoque & vita est: superuacaneum ergo fuisse videtur addere *viuentis*. Caietanus dicit Mosem sequutum fuisse vulgi sermonem, qui non nisi ea quæ sentiunt viuere putat. Sed & hic quoque dissentiri ab eo cogor, quòd in neminem è vulgo vsque adeò obtusum & socordem aliquando inciderim, qui ita loqueretur, quiq; arbores, herbas, & frutices viuere, & mori rogatus, non fateretur, ac nihilominus eas carere sentiente anima diceret, vt proinde vulgi sermo reijciat hanc doctrinam. Dicendum itaque est, additum fuisse *Viuentis*, pro sentientis: nec enim oīs anima sentit, & si quælibet viuit, id verò satis declarat nomen Hebræum *Nephes*, quod nostri animā verterunt: Nam (vti Docti testantur) significat halitum, aut rem quæ halitum habet vel habuerit: certum est aūt, cuncta quæ halant, & spirant viuere, non ecōtra, quare plantæ, & si viuant, nec perceptiuè tñ, aut sensitiuè ob earum crassitiem & materiam sunt, nec halāt: ergo quod hic dicitur, *Animæ viuentis*, reddi Latine poterat, *Animæ halātis viuentis*, & facta simplici vocum conuersione viuentis halantis, seu spirātis animæ. Et vide quomodo subtiliter Moses nos edocet, pisces respirare, quod & Platoni in calce Timæi, & Galeno de vsu partium quoque visum est, & Plinius lib. 9. cap. 7. multis argumētis euincit. Nec obstat quod Arist. de sensu, & sensili obijcit eos carere pulmone: possunt.n. vel branchijs attrahere aerem & emittere vti Galeno videtur, vel certa viscera habere quæ pulmonis officio fungātur, quemadmodum Plinio placet quod Arist. quoque lib. 4. de historia animalium vidit, aut deniq; habere foramina nonnulla angusta, vt hoc tempore quidā putant. Spirant igitur pisces quāquā nec omnes, nec ita frequenter vti animalia cætera quod frigidiores sint, quamobrem qui inter illos calidiores sunt, & affluentiorem sanguinem habent, halant sæpius quàm alij, & si respirant, quid, rogo, affirmare vetat, eos etiam audire, & olfacere, atque adeò omnes sensus habere? Dico autem pisces perfectos. Mugil certè, lupus, salpa thunnus egregiè audiunt, ac præter Galenum, Plinium, & Albertum, qui ita hæc se habere constanter affirmant, nostrates quoque piscatores qui vsu & experientia hæc sæpe didicerunt perspicuo testimonio confirmant, videlicet permultos audire, ac dormire, & prius quàm escam appetant odorari, & hanc esse causam asseuerāt, cur non omnes vna esca capiantur, sed multiplici, & varia. Enimuero & Plinius scribit Delphinum ab Aphricæ proconsule Flauiano odoribus, & vnguentis delibutum ea sensisse. Non puto tamen esse verum quod affirmant quidam oculos omnium membrorum primos in his gigni. Est enim rationi consentaneum magis, vt cor, cerebrum, iecur & intestina anterius in eis gignantur, quemadmodum & in aīalibus reliquis. Porrò aūt si oībus sensibus prædi ti sunt, ergo extimationem quoq; atq; memoriam vt habeāt (ni fallor) oportet, tametsi Plutarco secus visum est ī libro, vtrū sint aquatica prudētiora terrestribus, cui, & Magnus Basilius in explicatione opis diei

Caietanus.

Author.

Hiero. ab Oleastro.

D. tamen Basilius inficiari videtur pisces respirare.

sequētis subscribit. Etenim quibus oēs sensus insunt, existimatiua quoq; facultas & memoria adsunt, q̃q; præterea contra Plutarchū D. Aug. lib. 3. sup Genesim, Plinius lib. 9. Arist. lib. 8. Lucianusque in sermone de Syria Dea sentiunt. Etenim non semel fuisse perspectum in viuarijs dicunt, pisces quosdam cum deambulantibus hominibus deambulasse, vocatosq; & inclamatos, aduentasse ad manum: quod & Cicero in quadam Epistola ad Atticum testari videtur. & non desunt Auctores qui scribunt, Marcū Crassum extinctā Murenam fleuisse, & tumulo cohonestasse, quòd ad eius manus cùm iuberet, vltrò veniret. & Hortensium similiter fermè effecisse, cùm aliam Murenam, quam magnopere adamabat, mortuam conspexisset. Sed & Cælius Rhodiginus lectionū antiquarum lib. 18. ex Xenophonte refert, fuisse in Syria amnem, in quo viserentur pisces miti, mansuetoq; ingenio; quos propterea Syri Deos esse existimabant, ac nunquam lædebant. Deniq; trita illa sunt, quæ de ingenio, humanitate, disciplina, consuetudineque & societate Delphinorum cum pueris & hominibus Herodotus, Appion, Plinius, & cumprimis Gellius memoriæ tradiderunt: & si non insulsis scriptoribus fides adhibenda est, humano quoq; more concumbunt. Vna fœmina vni mari adhæret, lactat filios, imbecilles gestat, & mortuorū curam præterea habet. Non igitur pisces in vniuersum memoria & æstimatione carent. Fateor tamen obtusiores esse & crassiores terrestribus, & aereis animalibus, ob exuberātem videlicet humiditatem, & crassitiem, quæ ingenij acrimoniam vimq; in eis obtundit: quod & D. Basilius ait, magis tamē, vel minus, iuxta vniuscuiusq; constitutionem, vt nobis quoq; hominibus vsu contingit. Nec enim, quia elementum totum frigidum & humidum est, existimandum propterea est, pisces æqualiter frigidos & humidos esse oēs: inæqualis enim est eorum constitutio, & crassis: quamobrem eorum quidam saxeis tegumentis operiuntur, conchæ videlicet, ostreæ, turbinata pectines, testudines, lymaces, siue mauultis coclea marinæ, & similes: hæc enim a D. Basilio in hac classe dinumerantur; quanquam eorum quædam videam auctoribus Latinis hisce nominibus non appellari. Quidam crustis quemadmodum cancri, locustæ, gamari, alij corijs & pillis, in quibus vitulus marinus, hypopotamus, & cetus dinumerantur: alij cute duriore, & nonnulli meliore, quidam squamis carent; quos & lex vetus Hebręis generatim interdixit. Leuit. 2. Deut. 14. Rursum, multos videas armatos spinis, aculeis, seuis dentibus, aut etiam ingenti mole, & alios inermes qui sola celeritate, & fuga sibi salutem parant. & hæc ratio est, cur nonnulli incedunt soli, alij gregatim, ac turmatim. Non sunt itaque vnius cōstitutionis omnes: & proinde quidam salubriores, aut certè minus insalubres alijs sunt: quòd & eorum victus in causa est: vescuntur enim eorum quidam limo, alij alga, nonnulli muscho, siue mauultis lanugine arborum, quæ in locis humidis adnascitur, cæteri piscibus minoribus, & alijs obsonijs, quæ sors obtulerit. Num verò sola aqua nutriri possint, Rondelatius putat, Cardanus negat: & disputatio hæc infrugifera modò esset. Cæterùm quod hic dicitur, *Producant aquæ*, ne existimes hunc habere sensum, vt fuerit vis efficiēdi pisces, insita aquæ: est. n. hæc materia, ex qua ab efficiēte formātur,

Mira sunt hæc in bestiis.

& materia

& materia nunquam cùm efficiente in vnum coit.sed sensus est,vti Glossa rectè exposuit, progignantur, & promoueantur ex aquis pisces, & non ex aquis dumtaxat,sed ex his præcipuè,nam & si alicubi longo maris à terra recessu pisces,& conchas congestas atque in terra concretas cum lapidibus & marmoribus reperies,quemadmodum è quibusdam agri Veronensis montibus,amicus mihi crebro huc dono pertulit, & Alexander Neapolitanus lib. 5. Genialium dierum cap.9.se in montibus Calabris vidisse,scriptum reliquit, intelliges profectò aquas illis in locis vel Noatici diluuij tempore (quod Paulus Orosius mauult)aut arcana alia ratione(quod probabilius puto) extitisse; siquidem , & hac ducti coniectura , Plutarchus in Iside & Osiri, Olympiodorusque in 1.Metheororum existimant, Aegyptum olim fuisse mare, quòd in eius montium fodinis inuenta fuerint conchilia.longa.n.vicissitudo rerum ac temporum hæc & id genus plura solet afferre.

Et volatile super terram sub firmamento cæli Ab aquis ad aerem,hoc est, à piscibus ad aues , tanquam ab imperfectioribus ad perfectiora animalia nunc Opifex conscendit,quod Phylo dudum quoq; adnotauit. Sunt enim membra auium inuicem magis distincta q̄ piscium;quod satis demonstrat eas esse perfectiores Prisci Patres Græci,pariter & Latini,ác denique Scholastici Theologi subaudiri hic existimant. *Producant aquæ*, & proinde fuisse aues formatas ex aqua arbitrati sunt, quos sequutus eius Hymni auctor,quem feria quinta in Vesperis canimus,sic Deum alloquitur. *Num aues ex aqua productæ fuerint.*

Magnæ Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortum genus,
Partim remittis gurgiti.
Partim leuas in aera,
Demersa lymphis imprimens.
Subuecta cælis irrogans,
Vt stirpe vna prodita,
Diuersa rapiant loca.

Quamobrem & magnopere æstuant,vt quonam pacto id fuerit exponant. Et D.Basilius quidem hoc ideo dictum fuisse putat, quòd cognationem aues habeant,dum volát, cum piscibus, quando tranant,quemadmodum superius disserebamus,vt proinde aues quoque natare dici possint. Verùm non sequitur inde,vt propterea ex aquis fieri debuerint. D.Aug.in opere imperfecto (cui subscribit Eucherius) existimat, aquarum nomine etiam aerem hic venire,quod(vt inquit)hoc elementum interdum aqua in Scripturis appellatur. Sed desideratur à studiosis firma aliqua huius rei probatio.S.Thom. 1.quæst.71.dicit, Aerem se ipso insensilem esse, sentirique eius eminentiorem partem cum cælo , infernam autem cum aqua , cuius vaporibus & exhalationibus concrescit, constipaturque & conspicua fit, atque adeò cùm alites in hac versentur, ex aquis proinde prodijsse dicuntur. sed si à Mose dictum fuisset,alites versari in aquis , quis rogo responsioni huic obstrepere posset , aut etiam Diuo Augustino . Atqui Moses, *Loca enim quę ille profert ambigua sunt.*

vt ij volunt, eas ex aquis fuisse productas, ait: quare his responsionibus non docemur, quomodo ex aquis aues formatæ fuerint: nam rei huic admodum obstat, quòd eas esse aereas perspiciamus, huicq; elemento esse ornamento, atque decori. Aegidius in Hexameron octo modos afferre pergit, quibus fieri quidpiam ex aliquo dici potest; & eo denique vir doctissimus sese recipit, ac tanquam nauem in portum proiecta anchora sistit, potuisse Deum effecisse aues ex aqua: de qua re, nemo nostrum, aut dubitat, aut nunc percunctatur. Verùm danda est venia clarissimis hisce Ecclesiæ Catholicæ luminibus, si in re vsque adeò salebrosa desudauerint: habuerunt enim codices vitiatos. Et profectò miror, quî factum sit, vt vel saltem D. Hieronymus linguæ sanctæ consultissimus, & interpres accuratissimus, nec in quæstionibus Hebraicis, vbi singula quæq; ex Hebręo diligenter expendit, nec alibi vspiam vitium hoc nobis patefecerit: quinimmo similiter legerit, vti nostra habet editio, vti videre est in Epistola ad Oceanum (ni fallor) & ad allegoriam transfert. Ergo recentiores ad vnum oēs ita ex Hebręa ueritate textum hunc Latinis hominibus integrum reddiderunt, *Et volatile volet* seu *volabit super terram*. Quorum attestationi, vt assentiar non eorum modo cōsensio facit, sed glossę quoque testimonium. Deerat igitur exemplaribus Patrum verbum, *Volet*, aut *Volabit*, & proinde regi sententiam hanc à verbo *Producant*, existimauerūt, nec afferre eis suffragium vllum poterat Græcum participium, quod volantes verti potest, aut paraphrasis Caldęa, quæ sic habet, *Et auem quæ volent*, vt nemo vestrū est qui non facilè intelligit, quorum tamen vtrunque videlicet verbum, & participium Latinis nostris codicibus deest, Dei itaque mandatum bifidū fuit, scilicet vt ex aquis pisces producerentur, & vt aues volarent super terram, quæ profectò hodie ex quattuor elementis, sicuti & reliqua omnia mixta compactæ & effectæ fuerunt. Quamobrem sequenti capite Moses scriptum apertè reliquit eas fuisse formatas *Ex humo*, & in eis, sicut & in aliquibus mixtis terra & aqua secundum quantitatem prædominantur & cum primis terra, quod profectò earum grauitas, opacitas, terminatio, & sensilitas manifestè probant. Nec enim aut solum siccum, aut solum humidum, terminatiuum est, sed vtrunque simul. 4. Metheororum 29. At verò aęr virtute in eis cætera elementa superat: hic enim & ignis secundum virtutem in mixtis potiores partes habent dissimiliter tamē, & magis vel minus quod elementa hæc minus crassa sint, & actuosiora, & hæc ratio est cur aereæ dicuntur, quinimmo & cælestes, Psal. 8. & censetur hoc elementum eorum locus naturalis, in eo siquidem tanquam quod cum earum natura magnam consensionem habet mouentur, versantur, quiescunt, mouētur, inquam, non motu qui corporis constitutionem, & pondus sequitur: sic enim ad terram feruntur, sed motu animali qui fit apprehensione, & appetitu boni conuenientis, & ad omnes loci differentias, ac positiones: quāobrem, & laborant in volando, ac defatigantur longęuo motu. Proinde sapientissimus Opifex eas bipedes fecit, non quadrupedes, ne tot oneribus grauarentur, rostro, vnguibusq; armauit, vt commodè sibi alimenta pararēt, quæ tamen organa leuiora dentibus, maxillis, & animalium cæterorum vngulis

Excusantur Doctores qui non satis rem hanc explicauerint.

Aues ex oībus elementis formatæ fuerunt.

Aues cur aereę

Aues cur bipedes, & cur oneribus carent aerq; armatæ.

gulis sunt. Suffulsit denique plumis & alis, quibus commodè tolluntur in altum, & aerem secant & permeant: quam quoq; ob causam eas voluit vesica carere. donauit insuper omnibus sensibus, & cumprimis auditu, & visu, vt sibi facilius possent ab aucupantium insidijs cauere. vnde & permultas ingenio & memoria pollere, & disciplinabiles esse perspicimus, licet nō omnes. Etenim cùm quædam earum, quæ ex putri gignuntur memoriam non habeant, & omnes auditu careāt, ex hac classe eximuntur. & sunt aues aliquot, quæ vsque adeò ingenio vigent, vt institutione, & assuefactione humanæ vocis sonos & verba sic assequutæ fuerint, vt magnos quoq; principes fefellisse scribantur: in quibus sanè eminent Montanus, Pica, Merula, & harum princeps Psitachus, quamobrem & latiorem linguam habent:

Aues cur plumis suffulta & alis.

Aues oībus sensibus prædita sunt, atque etiā ingenio.

Quis expediuit Psitacho suum (hiere?
Picas quis docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingenijsq; largitor,
Venter &c.

Nec desunt graues auctores q uelint aues solertia, & acumine ingenij, quadrupedibus generatim præstare: quibus ne facilè assentiar, prodigiosa illa faciunt, quæ de elephātibus, simijs, & equis, Solinus, Plinius Arist. & Albertus scribunt. superant enim (vt mihi quidem videtur) studiosam illam, & fælicem nostri sermonis imitationem, quam in auibus conspicimus. Porrò autem præter omnibus perspecta & nota beneficia quę capiunt homines ex auibus, est hoc quoq; qđ à uiris doctis non postremum existimatum est: etenim permultæ cùm aquatiles, tum verò terrestres garritu, & volatu, imminentes nobis aeris, marisque vel serenitatem vel tempestatem, tanquā Dei internūciæ indicant: sic Gallus aeris mutationem coruusque futura bella dicuntur præsentire, quinimmo & aeris infectionem generatim præsentiunt, quamobrem videas alicubi assuetas, commigrare tunc temporis alibi, scribit de his Arist. de Histo. Animal. lib. 9. cap. 1. & 31. lib. 2. de cælo tex. 10. Cicero lib. 1. de diuinat. Et quanquam existimo hæc vobis carmina notiora esse, adferam ea tamen, quod & sæpe profectò meditato facio, ac nedum vt hoc genere musices vestras defatigatas aures vtcunq; oblectet ac veluti reficiā, sed & præterea quòd eius magnā esse vim intelligā, ad segregandos à corporibus animos & in rerū diuinarum contemplationē erigēdos, quod nō modo Platone in Timęo, & Plotino de triplici ascensu animi ad Mundum intelligibilem auctoribus, sed experimento quoque didici, hoc verò Theologi interpretis cùm primis officium est, ne quis putet hoc me absque consilio agere.

Aues solertia & acumine ingenij non superant oīa animalia terrestria.

Aues aliquot Dei internūcię.

Cur auctor carmina afferat poetarum.

Cùm medio cæleres reuolant ex æquore Mergi,
Clamoremq́, ferunt ad littora, cumque marinæ
In sicco ludunt fulicæ, notasq́, paludes
Deserit, atq; altum supra volat ardea nubem. Et hoc profectò illud augurium, atq; aruspiciū est, quod ex nostris quidā naturale appellāt, & religio nostra non reprobat: eo enim agricolę, nautæ, artificesque, & itinerantes admonentur quid deliberare eos oporteat, modo saluti, commodisque vitæ consultum iri velint. Cæterùm superstitiosa illa Gentilium Auguria

Augurium & aruspicium.

Rupertus Abbas hoc loco grauiter in vanissimos istos homines inuehitur.

& aruspicia, quæ cùm in publicis, tum etiam in priuatis ineundis officijs, ab auium numero, positione, volatu garritu, & gemitu capiebant, & artificiata vocantur, quorsum nunc attinet commemorare? Etenim Christiana pietas tanquam non modò vanum & delirum hoīum commentum, sed & tanquã malorum dæmonum artificium longius proscripsit, & Cicero iampridem repudiauit, licèt Plato in Phędro vulgaribus, vt opinor, arridens inter scientias dinumerat, & laudibus attollit.

Et volatilia volent super terram sub Firmamento cæli. Puto fuisse positũ actum pro facultate, hoc est, *Volent*, pro *Volare* possint. volant autem ita super terram, vt tamen supremam aeris regionem nunquam attingãt, quinimmo earum cõplures nec etiam mediam. Porrò autem quod dicitur sub Firmamento cæli potest esse oratio intrãsitiua, & hunc habere sensum, Sub Firmamento quod cælum est, & tunc cælum propriè capitur. Verùm littera Hebræa habet, *Halpene, rachia, samaim*, super Firmamento cæli, siue super extensione cæli: & vel de aere sermo est, in quo aues ita volant, vt super partem eius aliquam semper ferantur: et proinde super extensione cæli, nimirum per synecdochem: vt intelligas, volucres non esse inter terrestria animalia simpliciter computandas, cùm, vt volucres sunt, Opifex illis locũ super aerem, & in aere assignauerit: quamobrem Catherinus, qui voluit elementa iuxta eorum nobilitatem à Deo exornata fuisse, nullo modo euadere potest, quin volucres debuerint aquatilibus pręferri. Et vide rursum, vt hic locus patenter probat aerem quoque Firmamentum vocari, quod in secũda die dicebamus quanquam præterea non erit inconcinna expositio, si super cælum propriè dictum eas volare dixerimus. etenim super alterã eius superficiem, concauã, videlicet & quæ nobis patet, eminetque, ferri conspiciuntur, sicut tunc quoque diximus. *Creauit Deus cete grandia*: iussio fuit ab ęterno, exequutio nũc primùm facta est: ipse igitur qui iussit, exequitur: & verbum *Creauit*, pro eo positum est, ac formauit, effecitq́; vt videas hoc verbum non semper id nobis significare quod est de nihilo facere, & quod dicitur, *Cete grandia*, emphasim habet. & significat vasta, & immania; sic & Vergilius immania cete dixit: nam & Græca vox cete magnitudinem & vastitatem significat. & scribit Plinius libro 32. cap. 1. visos fuisse in Arabiæ flumine magnitudinis sexcentorum pedum, & latitudinis trecentorũ sexaginta, quin etiam Theodoretus hic ait, eos si quãdo in summos fluctus natarint insularum speciem exhibere. Vastissimum est aquæ elementum, ideoque & vastissimas belluas habet: sic enim humoris exuberantia in terrestribus animalibus vasta corpora efficere solet: sunt autem ceti, orcæ, pristres, rhini, vituli, delphini, & similes, qui omnes Aristoteli cartilaginei sunt, hoc est, absque spinis, & squamis, sed generatim tamen multo abundant sanguine, spirantq́; & sensu magnopere præstant; & horum piscatores, cetarij dicti sunt. Hebręæ tamen voces *Hataninim, Hagedolim*, significare dicuntur, dracones magnos. Deut. 32. *Fel draconum vinum eorum* Hebraicè *Hataninim*: & esse dracones in aquis certum est, & scribitur Hierem. 51. *Absorbuit Methatatum*, idest, sicut draco, & Psalm. 150. *Dracones, & omnes abyssi*. existimant igitur quidam cetos idcirco appellari Hebiæis

bræis dracones, quod longitudine & forma Dracones referant. Sed vix ego credam omnes eius generis pisces, draconum figuram habere; & si pistres figuram illam habeant, quamobrem suspicor inde eos hoc cognomentum acquisiuisse, quod vti terrestres dracones veneno, & eorum quidam truculento halitu, & oculis virulentibus, terrestrium animalium lues sunt, vt proinde ab eis cætera longius aufugiant; ita ceti sua ingluuie, & voracitate perditio sint, & consumptio cæterorum piscium: quapropter & sapientissimus Opifex prouidit, vt minus fœcundi animalibus paruis sint. primo de Generatione Animalium. cap. 8. Nec tamen inficior veros quoq; dracones in aquis existere, in quibus, & quidam sint cætero quidem corpore vti reliqui pisces, sed oculis tamen, & capite non dissimiles terrestribus draconibus, qui & squamis præduris quibus teguntur, atque aculeis cùm tangunt, venenum quo infecti sunt, linquant. Enumerantur in his, scorpij pastinacæ, torpedines, ac præ cæteris lepus, quem solo tactu malè afficere dicunt. Porrò autē ridiculum esse videtur quod quidam aiunt, si manu dextera hoc animal adripias, experiare reluctantem, & contumacem; si leua, subsequentem. *Notatur vulg. terantur.*

Proferuntur autem à Mose hoc loco de nomine ceti, quòd grandiores sint cæteris piscibus, & magis insignes: vt cùm Deum creasse hos intellexeris, & quæ marmoreo fert monstra sub equore Pontus; ne dubites minores quoque creasse. Rursum, vt intelligas hoc quoq; genus aliquo vsui, & commoditati interdum hominibus esse posse: quēadmodum Ionæ naufragium postmodum nos edocuit. Et non absurdè meditatur D. Basilius, qui, vt creatos aliquos pisces ad nostrum timorē ait, noxios videlicet; ita creatos fuisse cetos ad nostrum stuporem existimat: vastissimæ enim belluæ illę rapiunt hominem in admirationem quandam insignem, ac stuporem potentiæ & sapientiæ Dei, sicut Iob 41. sub nomine Leuiathan pulchrè Scriptura indicat, quod nequaquam vulgare est, aut exiguum beneficium. Caietanus censet idcirco portentosa animalia hæc fuisse de nomine nunc accersita, ne cum nonnullis erraremus, qui ea non ex intentione Dei, sed ex materiæ necessitate prodijsse dixerunt.

Et omnem animam viuentem, atque motabilem. Animam capi pro animali in Scripturis interdum notius est, quàm vt probatione indigeat: & hic locus ostendit apertè. Hugo autem, & Iunilius fuisse additam à Mose particulam *Motabilem*, dixerunt, ad differentiam humanæ animæ: hæc enim sola *Motabilis* non est, quia perennis & immortalis vitæ est: cæteræ *Motabiles*, quoniam de esse ad non esse progrediuntur. at verò intempestiuè hæc dicuntur: littera enim Hebręa *Reptantem* habet, vt motatio hæc sit reptatio, & de loco ad locum migratio, & ratione dicta superius, piscibus accommodata est, vt sensus sit, Et omne animal quod in aquis reptat. *D. Basilius hæc latè hæc & eleganter persequitur.* *Quam produxerunt aquæ in species suas.* Produxerunt Deus, & aqua, species omnes piscium, non sanè sicut Sol & homo hominem gignunt, quemadmodum periclitatur glossa, oblita eorum, quæ superius dixerat, cùm *Producant aquæ*, exposuit: sed sicut efficiens, & materia: *Et omne volatile.* Recentiores interpretes addunt, *Alatum*, siue *Pennatum*, & exprimitur,

mitur organum volatus, vt significet alitum membra esse nobis satis nota, quantum ad eorum functionem spectat, quæ tamen non vsque adeò nobis in piscibus patét: sunt.n.minus distincta.& hoc quoq; loco, vt vides, littera nostra mutila est. *Secundum genus suũ*, hoc est, iuxta qđ vniuscuiusq; species & natura exigit. Quapropter & illis nihil defuit, & nihil quod supuacaneum esset, Creator adiecit, sed oẽs integras, absolutasq; facultatibus, sensiterijs, & organis ita formauit, vt nec Momus ipse aliqñ posset opificẽ accusare. Nec inde tñ iuuenes existimẽt pisces & aues quadrupedibus generatim præstare, quod aqua & aer elementa nobiliora terra sint & scripserit Arist. 1. Cæli. 22. & Auerr. 12. Meta. 44. nobilioribus substantijs nobiliora loca deberi: hoc enim cùmprimis intelligendum est de substantijs quæ de præcipua consistentia Mundi sunt, cuiusmodi sunt quinque prima corpora. *Et vidit Deus, quod esset bonum.* quidquid nimirum hac die effecerat, Præclara enim laude vtrunq; Dei opus dignum est: est nanque præstantissimum vtrunque, & iocundum & magno nobis iuuamento (modo ratione vtamur) ad transigendam commodè vitam nostram.

LECTIO XXIII.



Enedixitq́; eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Facilè animaduertẽt qui Scripturas sanctas legerint, induci nobis quidem Deum, crebrò qui dicat, aliàs verò (& hoc quoque frequenter) qui benedicat, interdum verò (licet fermè raro) etiã qui maledicere videatur Genesis. 3. *Et dixit Dominus ad serpentem maledictus es inter omnia animalia terræ.* & ad Adamũ, *Maledicta terra in opere tuo.* & vt videò, *Dicere* Dei, efficit res; *Benedicere*, auget, & promouet ad meliora; *Maledicere*, bonum aliquod antea collatum subtrahit. Quamobrem, & cùm in Euangelio Dominus ficulneam maledixisset, mox illa arefacta est, & vitam amisit. & cùm damnatis dicet, *Ite maledicti in ignem æternum*, spem omnem illis adimet consequendę beatitudinis ergo cùm Gen. 12. Dominus dicit, *Maledicam maledicentibus tibi*, & Malachiæ 2. *Maledicam benedictionibus vestris*, sensus prioris loci est, Regerã in illorum capita damna illa quæ tibi imprecabuntur. & posterioris, Adimiam vestris benedictionibus vim cæteros ad meliorem frugem adducendi. & vtrobique comminatio est, Vetatur autem, nobis hominibus maledicere, Rom. 12. 1. Petri. 3. quòd sæpe cæco iudicio simus, ac perturbatione animi, hoc est, ira & cupiditate vindictæ, atque etiam temerè, multa id genus faciamus. Quamobrẽ Theodoretus Dialogo primo ait, Paulum non simpliciter nobis prohibere ne maledicamus, sed ne temerè, ac perturbatione animi: ipsumq; inducit Galatas vocantem stultos Gal. 3. & Cretenses malas bestias, ventres pigros, & quibus venter Deus sit, & alia id genus ad Titũ primo, quibus vel mentem, vel bonos mores omnes adimit, hoc est non adesse testatur, & eis proinde honorem detrahit. Hæc ergo Dei benedictio noua quædam eius

Dei dicere benedicere & maledicere.

Orig. teste D. Hiero. lib. 2. aduersus Ruffinũ ne diabolo quidẽ audebat ma

beneficentia

beneficentia est ac prioris exhibiti beneficij auctio, & incrementum; vt quod hic dicitur, *Benedixitq́, eis*; perinde dictum sit, atque Benefecit, siue Beneficium auxit; cùm enim piscibus dedisset esse, & vitam; nunc vim procreandi, & ob id perennitatem veluti quandam, & immortalitatem munificentissimè superaddidit. sic etiam ca.24. legimus seruum Abrahæ testari, Deum hero suo benedixisse, hoc est, opes, & substantiam plurimam tribuisse, auxisseque: vt disertè videas quod nunc dicebamus Scripturã appellare Dei benedictionem, incrementum & auctionem suorum donorum.

ledicere, & pro hoc afferebat Zacharia locũ c.3. vbi dicitur Increpet Dominus in te Satan, *& aliũ huic in Epistola Iudæ, similem &c.*

Dicuntur iam verò in Scripturis homines quoque Deo benedicere, sed mutata verbi significatione, quæ tamen cum priore analogiam quandam habet. Nam cùm pro Dei benedictionibus, hoc est, pro acceptis ab eo muneribus & beneficijs gratias ei rependunt, encomijs attollunt, depredicantque, tunc ei benedicere dicũtur; & quoniam iugis erga nos Dei beneficentia est, & nullo vnquam tempore intercisa; ob id perpetua debet in nobis esse illius præconizatio, Psal.73. Denique reperimus homines quoque hominibus benedicere, hoc est, vel beneficia impendere, vel certè pro acceptis, aut etiam alijs de causis laudare, & præcari omnia prospera, & fausta. Et obserua esse Dei donum, etiam non vulgare (vt mihi quidem videtur) permultos habere, qui tibi vel saltem hoc postremo modo benedicant, hoc est, qui desiderent, prçcenturque tibi omnia secunda & fœlicia: vt enim in benedicentibus est argumentum amoris atque etiam obseruantiæ (si minores fuerint) ita in his qui benedicuntur, illustris quędam nota est probitatis sapientiæ & charitatis: propter hæc enim homines bene audiunt, & benedicuntur. At verò quanti bona fama fienda est, Scripturæ explicant Prouerb. 22. Eccles. cap.7. vt proinde, cùm à benedictionibus multorum, quosdam Dei verbum laudat, Eccl.44. & 45. indicare summatim velit eximij præclarique nominis eos in populis extitisse, ac à populis fuisse mirifice adamatos. D. Aug. in regula, Præposito consulit, vt amari cupiat potius quàm timeri. Amor enim laudes & uota fœlicia exerit, metus verò & exerit interdum & extorquet execreationes & infaustas ominationes. Antiqua sententia est (inquit D. Hier. in Epistola ad Thophilum) *Quem metuit quis, odit; quem odit, periisse cupit.* Quamobrem & sanciuit Deus, vt qui bona pijs hominibus aut suppetunt, aut precantur, multiplicem ipsi quoque benedictionem tanquam mercedem obtineant: quapropter Gen. 27. legimus, *Qui tibi benedixerit, benedictionibus repleatur.* Declarauimus autem in commentariis Epistolæ ad Hebræos cap.7. quomodo Pauli sententia illa intelligenda sit, *Sine contradictione, maior est qui benedicit, quàm qui benedicitur.* proinde nunc satis animaduertisse erit, Dei benedictionem (cuius Moses hic verba facit) effecisse vt animalia fœtus sibi similes procreare cùm possint, tũ etiam appetãt. Et fortè hçc ipsa fuit quæ semini vim illam formatiuam indidit, quam Philosophi, diuinum quidpiam, & meritò profectò vocant: Est.n. in semine diuinus quidam veluti artifex, qui corpora fingit, format, viuificat que. Quamobrem Arist. 2. de Generatione animalium. cap.3. dixit, omnes animas potentia esse in semine, mente excepta, quæ de foris venit; & vt Moses sequenti capite ait, à Deo inspiratur. Itaque nulla

Homines Deo benedicunt, & Deus hominibus quomodo.

piscium

piscium species desitura aliquando est, quo ad piscium genus Mundo futurum ornamento est, & hominibus vsui, quamobrem & congenitam vim hanc procreandi pisces omnes habent (consequitur enim eorum formam, non qua sensitiua, sed qua vegetatiua est.) exponit igitur cùm paulò antea, tum verò in præsenti Moses & rerum formas, & vires ac pondera esse dona verbi Dei: etenim nulla afferri ratio alia à voluntate Dei potest, cur has & illas rerum formas, hæc & illa accidentia, congenitęque qualitates consequantur. *Crescite, & multiplicamini*: si priora illa vtriusque sexus indiuidua quæ in illa prima rerum genesi Deo iubente prodierunt in lucē, statura, & corporis robore non fuissent integra, & perfecta, vtique posset referri verbum, *Crescite*, ad eorum incrementum, secundum quantitatem continuam: crescunt enim corpora, & adolescunt ad certam vsque ac determinatam staturam; quinimmo, & reliqua omnia. 2. de anima 41. & verbū, *Multiplicamini*, referendum esset ad quantitatem discretam, hoc est, ad prolificationem, & numerum sobolis: Nunc autem cùm minimè dubium sit, primis specierum indiuiduis, cùm primùm substiterunt, nihil defuisse, quod ad eorum integritatem faceret, & ea corporis firmitate singula fuisse creata, quam eorum robustissimus annus hoc tempore ferre solet. Hic autem vt in homine est tricesimus, & ī pecudibus tertius, vti D. Hieronymus in Esaiam cap. 15. dicit, ita alijs animalibus alius est, ob id cogimur geminum hoc verbum ad eorum nonnisi numerum & multiplicationem referre. & tunc eundem sensum vtrunque habebit, cui tamen commentario hoc certè obstat: quoniam frustra gemino verbo eandem rem prorsus significante creator nunc vsus esset: erit enim crescere idem quod multiplicate, & multiplicare idem significabit quod crescere. Proinde recentiores interpretes paulò aliter vertunt. Nam verbum *Parath*, quod interpres noster vertit, *Crescite*, significare Hebræis dicunt, *Fructificate*, & verbum, *Rabab*, multiplicate, quamobrem legunt, *Fructificate, & multiplicate*, ac rursum aliter, *Fructus edite, & augescite*, vestri nimirum generis sobolem ac per omnia vobis similem. constat autem aliud esse, *Fructificare*, & aliud *Multiplicare fructus*. Fuerunt igitur animalia hęc creata perfecta & dare operam procreationi confestim poterant, quod vt esse verum minimè dubito; ita cōmodior mihi ac certior horum verborum interpretatio est, vt ad facultatem potius quàm ad actum referantur, sicut dicturus inferius cumulatius sum. Itaque hęc Dei benedictio sensum hunc habet, nedum vos hoc munere in præsenti dono, vt fructus vobis similes, ædatis, sed etiam vt cumulatè ac largiter fructificetis, & verbum secundum auget beneficium, nam multiplicare fętus, largior Dei benedictio est Psal. 127. & Psal. 106. rursum legis, *Et benedixit eis, multiplicati sunt nimis*. Et vide quomodo Deus in prioribus illis animantiū indiuiduis post eriora quæ ex eis prodierunt, complexus patenter etiam est ac sua benedictione initio fæcundauit, & in honestam Venerem fermè excitauit, ac proinde voluerit naturalissimum omnium operū viuentibus esse generare sibi simile. 2. de Anima. 36.

Contra Aristotelem. Aberrat autem Philosophus hic, cùm pisces in vniuersum nullum habere genitalium perspicuum meatum putat. Nam perspexi ego non semel

organa

organa mihi nostris ostensa, quibus mas, & femella pisces crustati, quos Itali vocamus Granceolæ, & Granciporri inuicem, congrediuntur: quod si ad eos qui his perfectiores sunt, hic Philosophus præsertim inspexit, similiter quoque nullo negotio deprehenditur errasse: cunctum enim piscium genus viuiperum hæc habere organa Cardanus lib. 10. de subtilitate, testis est, vbi & fœminas habere etiam geminas mammas ait, pro gemino fœtu quem parit, & mares habere genitale extra prominens, quamuis testes intus reconditi sint, ne natationi obsint.

Et replete aquas maris. Pagninus vertit, Et replete aquas in maribus videlicet diuisas: & glossa ita Hebraice legi fatetur: sed scabram esse ait ac duram Latinis lectionem hác, & ob id Interpretem nostrum, *Aquas maris* vertisse: sed fortè Hebræa lectio plenior ac dilucidior Latina est. Nec enim vnum tantùm mare piscibus Opifex assignauit, sed omnia: nec vnum duntaxat repletum est, sed aquæ omnes in maribus, hoc est, amnium quoque & lacuum, denique & quæ salsæ sunt, & quæ dulces: etenim dictum à me sæpe est, congregationes aquarum vocari Hebræis Maria. Numerus igitur hic maior extendit, amplificatque Dei benedictionem luculentius quàm singularis ille: ergo quod dicitur, *Replete*, sensum hunc habet, Nulla sit aquarum confluentia, quæ suæ relicta naturæ pisces non habeat: quapropter & intra montes ac terræ viscera, quod aquæ cæcæ, crassæ, abditæque alicubi sint, pisces reperiri Arist. alijq; auctores tradunt: & quod ægre ab indoctis recipi poterit, etiam in feruentissimis Apponi Balneis visuntur pisces, vermes: vt facilè propterea Aeliano credam, cùm in Africa paludem feruentem esse ait, in qua pisces viuunt. Et Plinio qui hoc idē contingere in aquis calidis prope Pisas scriptum reliquit. ingentem itaque procreandi locum Opifex piscibus assignauit.

Auesq́, multiplicentur super terram. Pisces in secunda persona alloquutus est Deus, cùm eos benediceret: *Crescite*, dixit, *& multiplicamini*: aues verò non item. Cur, cedo, hoc? Existimo, eadem orationis formula aues quoq, Dei benedictionem accepisse, qua & pisces: etenim & hac ipsa fermè alloquuturus Deus est perendie homines: sed pręterijt illā Moses, vt alia multa, quod animaduerteret facilè intelligi à cordatis posse; ac minime nunc hæc Dei verba affert, tanquam quibus benedixerit auibus, sed tanquam quibus locum alium à piscibus ac diuersum assignauerit, in quo sobolem alites ederent, & nutrirent. & hoc est, quod Opifex nunc iubet, *Auesq́*, subintellige, similiter volo, vt fructus plurimos edant & augeantur: sed tamen, *Multiplicentur super terram*, siue in terra. In auibus igitur discrimen sexus est, quemadmodum & in piscibus, qui, & si ouiperi vt plurimum sint eorum, tamen aliquot viuiperi sunt, sicut dicebamus. Vnde nec terra omnes indigent, vt in ea fæliciter suos fœtus ædant. & hæc causa est, cur nulla de terra in eorum benedictione facta est mentio, sed dictum eis fuit, *Replete aquas maris*. Aues verò omnes ouiperę sunt, vno Nicticorace, aut si mauis Vespertilione excepto, qui solus viuiperus est, dentibusque armatus, ac solus caret plumis, & pennis (ut meritò auis, & non auis, in enigmate à Platone in. 5. de rępublica dictus sit) & propterea vel terra, vel his quæ terræ in-

fixa

fixa sunt (arboribus videlicet, rubetis, sentibus, & domibus) indigeat, in q-bus nidos construant, oua pariant, foueantque, & pullos tãtisper alant, quo ad sibi parare victum adulti possint, vt proinde nemo admirari debeat, cur terram Opifex eis nunc tanquam oportunum & commodum locum assignauit, in qua fœtus ederent, & multiplicarentur: Vt ægrè profectò recipi possit, quod viri docti quidam narrant, repertam fuisse nuper auem Indicã quandam, quæ in sublimi semper feratur, nec sese ad terram vnquam demittat: quippe quæ pedibus caret, aliq; vel crassioribus aeris vaporibus vel alitibus minutioribus, ac denique super alterius dorsum oua parere incubareq; quoad fœtus exierint. Etenim hoc mihi verbum Dei aliter docere videtur, cùm dicit, *Auesq, multiplicentur super terram*: & si enim terminus indefinitus sit, capitur tamen vniuersaliter (ni fallor.) & ea quoque disertè videtur reijcere, quæ de Phœnice se se comburente, ac denuò ex cineribus rediuiua scaturiente, peruulgata quamuis & à magnis viris memoriæ tradita dicuntur, à Plinio scilicet lib. 10. Cornelio tacito. lib. 5. Solino, & Suida, ac denique à Tertulliano à Lactantio, & à D. Ambrosio in libro de resurrectione carnis: nam

De aue Indica & de Phœnice.

Vt possit nasci, hæc appetit ante mori. si quidem nunc Opifex ait: *Et aues multiplicentur in terra.* Et rostrum, id latum ac prędurum quod Indica illa auis habere dicitur, mihi satis patẽter aperit cibis illam crassioribus vesci, quod & pennæ grandiores, & plumæ densæ, ac magnæ, & organa quibus egerit excrementa, eodem modo quo in cæteris auibus formata similiter confirmant. Non pugnabo tamen acrius, quod dici posse videam relatum fuisse ad vniuersas, quod à maiori earum parte perspicitur fieri. Vnius enim, aut alterius, monstruosa procreatio generali procreandi multiplicandiq; aliarum omnium modo præiudicium inferre nõ debet. Nam & Strutionis procreatio cuius meminit Iob 39. singularis ac propemodũ monstruosa existimatur. Vt enim hæc auis deperderit plumas (quod contingere ei secundo anno creditur) neutiquam super oua cæterarum in morem cubat, quinimmo ea tegit occulitq; arena, & cùm Solis viuifico æstu in integrum maturuerint repente pulli ex eis prodeunt. Contentus itaq; Moses fuit, generalem ordinariumq; naturæ statum narrare. Scribuntur autem à nonnullis permulta, quæ vel falsa sunt, vel certè casu semel aut secundo contigerunt, & inter monstra reponenda sunt: vt enim Philosophi ea ab arte reijciunt, quæ raro aut fortuito veluti contingunt, & rectè Iurisconsulti euenta omnia fuisse legibus comprehensa negãt, ita earum rerum quæ in natura, aut fortuito contingunt, aut præter generalem naturæ modum gignuntur, Moses in hac Genesi nullam fermè rationem habuit. Proinde quod aiunt quidam, neminem marem in vulturibus reperiri, vt propterea Aegyptijs hæc auis fuerit naturæ symbolum, inde vt hoc crederet contigisse arbitror, quod organa sexus abditissima omnes habeant, quanquàm non abnuo esse nonnullas ignobiliores species, quæ discrimine sexuum carent. Itaque generalis regula sit, si qua est piscium, volucrum, quadrupedum, ac serpentum monstruosa procreatio, & natiuitas (qualis quoque viperæ, Plinio lib. 10. cap. 62. est, & quod plurimum refert, etiam Gal e-

verba Tertulliani loco citato sunt, illum dico aliũ Oriẽtis peculiarem de singularitate famosum de posteritate mõstruosum, &c.

no

no (si nihilominus hic eius libri auctor fuit, qui de Theriaca ad Pisonem inscribitur) generali huic Dei benedictioni non derogat: Hæc enim nobis exponit quid communiter, hoc est, à pluribus fieri Opifex initiò decreuerit, quanquam permultis experimentis compertum est, Galenum, & Plinium alicuius impostoris falsa enarratione fuisse aliquando hallucinatos, sicut & Albertum Magnum sępissime: vipera enim eodem modo quo & serpentes reliqui parit; & fictitia cætera sunt, quę de eius partu feruntur.

Cæterùm, si roget quispiam causam incrementi ac multitudinis pisciũ, Auium, terrestrium animalium, stirpium & sensilium aliarum rerum: Respondebimus, eam esse perennem Vniuersi integritatem, secundamque perfectionem quam hoc modo sartam, & tectam seruari Opifex voluit. Quam obrem natura (inquit Auer.) solicita est, & eò tota incumbit, vt seruentur species, non magnopere solicita de indiuiduis: qua ratione quoq; efficitur, vt quæ sempiterna sunt, Astra cæli, Angeli, sigillatim omnes vnam constituant speciem & nō multiplicentur in ea: & vt breuioris vitæ animalia, quæ nimirum sunt corruptioni facilè exposita, ingenti ac indicibili numero prosiliant, cuiusmodi sunt formicæ, apes, lumbrici.

Animalia terrestria generatim diùs viuunt quàm pisces.

Videtur autem Arist. existimasse in libello de causa longitudinis, & breuitatis vitæ, animalia marina longioris esse vitæ agrestibus: quod existimo, nec generatim, nec ita facilè admitti posse: Primùm quidem ob ceruos, & Elephantes, quorum vita longissima est. Deinde, quòd teste Auerr. in 5. colliget. animalia quæ nascuntur in aqua, & frigida sunt & humida; frigiditas autem vitæ inimica est: quamobrem arbores ac stirpes terrestres durabiliores aquatilibus sunt. Itaque esse magno numero indiuidua sensilia ideo oportuit, vt vel hoc modo certiùs Dei æternitatem quanquam eminus cōsequerentur. 2. de anima 35. Ad hæc, & gratia hominis qui finis earum est. 2. Phys. 26. sic enim, & ad victum, & ad reliqua vitæ commoda opportunè illis & quando ei adlubescit vti potest; Vt videas hinc sensilia mixta gemino modo à Deo prouideri, nimirum vt & ipsa ordinata ad finem quendam sunt; ac rursum, vt media sunt, quibus aliud quidpiam finem indipiscatur, homo videlicet quem paulò postea Deus stirpium & animalium dominum efficiet. Et vides ex his præterea non esse generatim ac simpliciter verum, quidquid diuinæ benedictionis indulto infernis rebus collatum initiò fuit, similiter quoque fuisse ab eo cælestibus corporibus, ac spiritibus traditũ. cæli enim sydera, & Angeli nequaquā vim obtinuerunt sese propagandi & augendi. quomodo quidam obtinuisse existimauerunt. quare & quod 4. Metheor. Arist. dicit, *Tunc vnumquodque perfectum est, cùm alterum sibi simile procreare potest*, ad animalia tantùm; & plantas restringi solet, quæ tanquam morti obnoxia, hac Dei benedictione cumprimis indigebant, si modò duratura in specie perenniter erant. Frustra profectò rebus immortalibus data hæc benedictio fuisset, quæ non minus sempiterna in indiuiduo sunt quàm cætera quæque in specie, non igitur quòd hæc plus Opifex illis amet, hanc acceperunt benedictionem: sed quia hæc, non verò illa ea indigerent. Vnde cùm à resurrectione futuri sint homines sempiterni, nec nubent certè nec nuptui tradent. Etenim adepto fine, cessat motus.

motus. Ergo & quod dici à Theologis catholicis solet, esse hominibus nobilitatis & perfectionis, vt beatitudinem liberis actionibus, & meritis nanciscantur. (sic enim & ipsi quadantenus eius causa esse videntur) rectè quidem illi & acutè: at verò indoctè intempestiueque ab illis conuellitur, qui Deum ex aduerso proferunt, qui nulla actione, nulloque merito est beatus: indoctè, inquam, ac parergon, quia non quidquid nobilitatis & præcellentiæ alicui est, in alijs quoque eo melioribus simpliciter eodemq; modo nobilitas, aut perfectio est, cùm possit modo eminentiori ac sublimiori esse, vt multis exemplis periclitari possumus. Proinde catholica propositio de his intelligenda est, quæ aliunde beatitatem habẽt quales Angeli sunt & homines. At verò Deus à nemine habet, vt sit beatus, sicut nec habet à quoquam, vt existat. *Et factum est vespere & manè dies quintus.* Nec sanè quinarius numerus suis laudibus caret. Etenim Plutarchus in libello, cur oracula siluerunt, hæc de eo fermè scribit: Quinario (inquit) numero natura ipsa, resq; omnes naturales potissimum constant, & sensus animalium quinque sunt, facultatesq; animi quinque digiti manuum, ac pedum, quinque cæli zonæ quinque, harmoniæ interualla totidẽ omnia deniq; quinario numero videntur facta. Sed hic dicendi finẽ facio.

LECTIO XXIIII.



Ixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secũdùm species suas. Tertia die terram herbis & arboribus Opifex cohonestauerat, deinde tulit tantisper manum de tabula, quoad Sole, (& fortassis vento illo quoque cuius aliàs meminimus) exsiccaretur, ac fieret animalibus quæ tunc animo parturiebat, habitatio commoda & iucunda. Recens enim aquis detecta madidior erat, quàm vt illorum vsibus esset idonea. Geminum proinde diem interiecit, in quo hæc quidem exsiccaretur, ipse verò in ornandis primùm quidem cælis, confestim verò aqua, & aere replendis & venustandis incũberet (ne putes interim vacasse ocio) quibus transactis ad supremam ei manum imponendam, hoc est, animalibus, & hominibus replendam & locupletandam nunc denique accedit. Vt rectè proinde dixerit Beda Actorum 17. Non in principijs perfecta quæruntur, sed de initijs ad ea quæ perfecta sunt peruenitur. de qua re, & aliàs à me dictum fuit. Et hæc est summa operis sextæ diei. quod, vt postremum extitit, ita quoq; omnium pulcherrimum est ac præstãtissimum.

Iam verò cùm dicit, *Producat terra*, si spectabimus Latinam phrasim inditam fuisse terræ vim quandam intelligimus, qua procreare animalia posset, & proinde terram non esse eorum tantum materiam, sed causam quoque efficientem. Nemo enim diceret. Producat pannus vestem, producãtq, asseres rhedam & currum, quòd pannus tantummodo materia vestis sit, & asseres illarum rerum identidem sola materia. Et si quis ita pronunciaret, ineptum se & ridiculum exhiberet. Quamobrem formula hæc loquendi

qua

qua Scriptura vtitur videtur in speciē magnopere suffragari D. Ioan. Chrys. commentario in illa verba *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, vbi vitalem quandam operationem elementis insitam fuisse intelligit, qua & motionem, & procreandi animalia vim quandam sint consequuta: & præterea eorum Philosophantium sententiis fauet, qui rationes seminarias (quas & inchoationes formarum vocant) præexistere in materia volunt. sed & stare ab Auicenna etiam videtur, qui cuncta animalia, hoc est, & perfecta quæ omnibus suis partibus constant, & imperfecta, inchoataque qualia sunt insecta & conchilia, posse gigni ex terra, actione Solis affirmat, cui Auerr. 8. Phys. 46. & 7. Meta. 27 & meliores Peripatetici permultis argumentis obuiam proficiscuntur: ergo Caietanus vir subtilissimus, vt hæc incommoda euitaret (vti opinor) terræ nomine hic venire mixta terrena docet, sicut & cùm hesterna die dictum est, Producant aquę, venire existimat aquatilia, vt hæ orationes sensum hunc, nobis pariant prior quidem: Producant terrestria mixta: & posterior, Producant reptilia, idest pisces. Quam doctrinam vel ego nō capio, vel certè manifesto instoq; argumento possum repudiare. Etenim cùm toto hoc capite sermo sit de primis animalium oīum indiuiduis quæ fuisse eo sine intermedia vlla causa adiuuāte facta Scriptura illis verbis, *Fecit Deus creauit Deus*, aperte cōmemorat, non possunt profectò orationes illę aliquem hic locum habere: neque enim prima indiuidua ab alijs mixtis sui generis suę que speciei producta fuerunt. Melchior igitur Cano, cùm lib. 12. locorum communium à Caietano merito dissentiat, ac in margine adnotauerit illum turpiter esse lapsum, non mihi tamen probatur, cùm ait fuisse his Dei verbis vim quādam elementis tributam atque pręterea cæteris corporibus quæ ex elemētis constant, vt in posterum illa omnia efficiant quę ipse tunc per seipsum effecit. Etenim elementa nunquam vim vllam efficiendi sunt consequuta sed patiendi: sunt enim materia ex qua. Rursum animalia, non his verbis, *Producat terra*, aut, *Producant aquæ*, vim efficiendi quod fecit Deus consequuta sunt, sed fausta illa benedictione, *Crescite & Multiplicamini*. Proinde esse hanc Hebraicam phrasim non dubito & vtrobique in sensu passiuo Dei verba interpretanda esse. Etenim eruditissimi in sancta lingua notant capere Hebręos aliquando actiua pro passiuis, & passiua pro actiuis vt proinde hunc esse germanum horum verborum sensum existimēt, *Producantur ex terra iumenta*, & cętera quę recensentur animalia, atque hoc quidem, non ob id quòd ex sola terra compacta illa fuerint, sed quod pręcipuè ex hac, & quod in ea degere, & capere alimenta deberent, ac tanquam cum qua eorum temperatura consensionem magnam habet. Vnde & pisces eisdem rationibus iussi fuerunt ex aquis effici. Et cùm Deus dicit, *Terra*, totum id exprimit huius elementi, quod eminere aquis nudius quartus iussęrat, pro uarietate tamē climatum & regionum. Nec enim climata omnia consensionem habent cùm animalium omium naturis, & constitutionibus, quamobrem, neque vno loco omnia nascuntur, ac, vt quidam scribunt, Asia effeтaciora, Europa fortiora Aphrica multiformia gignit, & nondum satis perspectę nobis cunctorum species & formę sunt. quod verò di-

Opin. Caietani.

Refellitur illa opinio.

Melchior Cano.

Sic certè leo castro in Esiā, & alij sentiūt.

cit, *Animam viuentem*. sunt qui fortè putabunt à parte totū nunc de nominari, animal. s ab anima quasi per synecdochē, aut etiam per antonomasiam: quod & Glossa, & eminētis doctrinæ viri videntur existimasse: denominatur enim vnumquodque à forma. Sed reuera dictum est anima viuens, Hebræorum idiotismo, pro animante seu animali: quamobrem Tigurini verterunt, *Producat terra animans viuens*. & Robertus Stephanus, *Producat terra animal uiuens*: ponitur enim genus pro speciebus. & adnotauimus dudum, *Nephes*, significare Hebræis *halitum & spirationem*. quare sensus est, Producantur ex terra viuentia quæ halent, & spirent. Et si enim in toto animalis corpore anima distributa sit, residet tn̄ ea parte corporis cumprimis, quæ principatum in eo obtinet, quemadmodum Aristoteles De iuuentute, & senectute, ait, quæ vel cor est, (vt hîc ipse existimat) vel cerebrum, sicut Galenus contendit. Itaque licèt motu, & sensu, hæc ipsa se patenter manifestet, tamen halitu, & respiratione, hoc patentius agit, ac præterea modo nobiliori, hoc est, qui non ipsam modò animam, sed corporis temperaturam & qualitatem quoque aliquando indicat. Quamobrem & de quodam qui anhelitum graueolentem habebat, dixisse alium legimus, fœtet illius anima. Porrò autem animalia quæ vtroque elemento participant, & in vtroque viuunt (in terra scilicet & aqua) quemadmodum ranæ sunt, ac testudines, & cocodrili, Græcis propterea dicta amphiuia, quòd ancipitis naturæ esse videantur, computantur in hac rerum genesi cum eorū alterutro, hoc est, quocum deniq; magis cōueniūt.

In genere suo, Glossa perinde hoc dictū putat, quòd generatim. sed (ni fallor) manifestat particula hæc terrestria animalia esse inæqualia, hoc est, diuersorum generum, & specierum quomodo quoque Plantæ, Pisces, & volucres sunt. quorum species sicut numeri sunt. Nec quod dicimus animal immediatum & proximum omnium quadrupedum genus est, sicuti arbitrantur quidam: cùm enim mulus ex asini, & equæ congressu nōnisi procreetur, consequens fit, vt vtrique speciei, commune quoddam proximum genus sub animali sit, quod licèt nobis & anonymum sit & incognitum, probè tamen cognoscitur à natura, & ab ea quæ huic præfecta est intelligentia: quod & disertè docuit S. Thomas in.q. 3. de potentia Dei, & Auerr. non abnuit 12. Meta. 13. cùm hoc animal gigni, ait à suo quadantenus simili. Verùm & si innumerabiles esse videantur animalium terrestrium species, quarum nonnullæ etiam nos lateant, complexus tamen illas Moses nunc omnes est, inque tres classes, ita secreuit:

Iumenta, reptilia, & bestias terræ. Gellius lib. 20. cap. 1. scribit iumentum dictum veteribus fuisse à iungendo: quod si verum est, leones quoque in iumentis locum habebunt: nam & Cibelis currum hos trahere Poetę dixerunt, & iunxit eos Marcus Antonius dum triumpharet, videlicet

Magnanimos cessisse suis Antonius armis.

Ambage hac cupiens significare duces. Rursum, & elephantos affirmant Magni Pompei currum aliquando subijsse, Sed quoniam rarum hoc est, & prodigiosum, ea propter sola animalia quæ generatim, & de more iungimus, equos, boues, bufalos, vros de quibus Cæsar in 6. commentario.

Ringiferosque

Ringiferosque qui ceruorum genus quoddam est, veteres iumenta dixissent. Sed placent magis recẽtiores Romani, qui malunt iumentum per sincopam dici, vt sit quasi iuuamentum, & proinde ea animalia quæ passim operas suas nobis ac generatim exhibent, iumenta appellant. Nec enim oĩa animalia sic nobis inseruire idonea sunt: enimuerò Iob. 39. onager, & rhinoceron proferuntur tanquam nobis hisce in rebus prorsus inutiles, & Damascenus ait quædam ad escam, quædam ad ministerium, alia verò ad oblectationem & iocunditatem (vti simia est) fuisse ab opifice facta. Quibus ego non dubito addi & quartam classem posse videlicet alia fuisse facta ad medicamenta. Verùm si horum Placitum recipimus multo plura quadrupedia dici iumenta poterunt quàm vt communiter existimatur: etenim ferme omnia alicui oportuno vsui & iuuamento nobis esse visuntur. Partim quidem nos, sarcinasque nostras dorso vectando, proscindendisque glebis, naues aduerso flumine, currus, rhedasque pertrahendo, turres bellicas sustinendo in qua classe sunt, Equi, Muli, Asini, Bufali, Cameli, Dromedarij, Boues, Elephanti. Partim suis eorum corijs, & pellibus nobis calceos, ocreas, penula, suffulturasque vestimentorum aduersus hyemis asperitatem & cæli inclementiam suppeditantes, quod faciunt, Agni, Martures, Mures Pontici, Ceruasij Lupi, & id genus: Partim ex quibus medicamenta nobis pro expellendis morbis conficimus quomodo de Castore vulgo fertur, ac de alijs Dioscorides, & alij quidam scripserunt & scitum est onagri vngulam Herculeo morbo laborantibus prodesse, vt proinde non sit nobis id animal omnino inutile. Partim suis eorum excubijs illęsas à muribus & furibus domos nostras seruantes, quemadmodum feles, & canes, quorum vti Cicero lib. 2. de natura Deorum scribit, tam fida custodia est, tanquam amans dominorum adulatio, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, & in uenando alacritas, vt nihil aliud significent, nisi ad hominum commoditates esse generatos. Nam & sunt qui dicunt eos quoque currus in Moschouia vehere, & Plinius libro 8. ait, ac vsu omnes probamus eos dominum cognoscere, suaque nomina ac vocem domesticam: nec animalibus vllis præter hominem maiorem in esse memoriam, & Argo canis Vlixis, exemplo ex Homero petito periclitatur, quorum genera, ac discrimina Volaterranus lib. 25. ex Poluce latè persequitur, & denique partim ex quibus cibos & obsonia ad delicias quoque sibi homines parant cuiusmodi præter quotidiana & peruulgata, Caprei, Cerui, Vrsi, Aprique sunt, in quibus voraces & ingluuiosi homines nullum modum vnquam seruarunt.

Vide Cardani lib. 1. de varietate. cap. 4.

Sunt & q addunt etiã quartã videlicet ad panam.

Quanta est gula,
Quæ totos sibi ponit Apros?
Animal propter conuiuia natum.

Vt & si abstinentia ab esu carniũ, quã vsq; adeò Porphyrius deprędicat, cũ non propter Deũ & ad subigendã carnis petulentiã suscipitur, sed inani quadam parcendi animalibus superstione, Pythagoricum dogma sit, ac ẽt

S 2 Encra-

Encratitarum hæresis, teste Nicephoro lib. 4. cap. 4. immoderatus tamen eorum abusus, & Siculæ illæ mensę, ac Luculli Apollines, nec Christiani sint, nec philosophici, quinimmo & sanitati magnopere noxij, & quàm perniciosi. Itaque si Ethimon hoc admiserimus, longè, lateque patebit iumentorum classis.

Verùm Auctores ij communiter affirmant, iumenta dumtaxat nuncupari, quæ operas suas nobis in comportandis sarcinis prębent. Alij rursum neglecta nominis ethymologia, iumenta esse dicunt, quæ herbis dumtaxat vescũtur: quod fortè verius est. Hieronymus enim ab Oleastro Genesis 45. ait, ea dici Hebræis *Beir*, quòd sic herbam depascant & vorent, ac si comburerent. Reptilia verò esse, quæ humi serpunt, lacertos, stelliones, viperas, angues: quorum Plinius lib. 8. cap. 22. meminit, & serpentes appellat. Bestias autem terræ intelligit feras, nempe Leones, Tigres, Pardos, Pantheras, Rinocerothes, Vrsos, Lupos, & denique animalia omnia quæ carnibus generatim pascuntur: & dicuntur etiam belluæ, quia inter se iugiter bellantur: quamobrem & non nisi in syluis & nemoribus degũt. Et ita Deut. 32. capitur hæc vox Bestia, quanquam quoque indiscriminatim & promiscuè docti & vulgo homines illam cicuribus, ac mansuetis interdũ attribuũt. Cicero nanque in 5. Tuscul. bestias appellauit pisces &: volucres & Hebræis hoc quoque vsu uenire, idem ab Oleastro hìc fermè indicat, à quibus *Behema* iumentum, & *Charah*, bestia promiscuè usurpari testatur, licèt reuera aliquod est inter utrunque discrimen. Arist. libro 1. de natura animalium, secernit cuncta animalia in perpetuò cicures, perpetuò feras, & quæ mansuescere facilè possunt: Plato verò in Politico magis ex arte in duo genera, ferum videlicet, & mansuetum. Sed vt mihi quidem videtur, Moses cõmodius in mansueta, serpentes, & feras. Hugo tamen existimauit, iumẽta à Mose nuncupari quæ mansuescunt, & reptilia quæ sese repunt, quæ & triplicis esse generis, ait, ac denique bestias quæ vnguibus, ac dentibus sęuiunt.

Et factum est ita, videlicet sexta die à creatione Mundi, quemadmodum pro die hac dixerat, hoc est, decreuerat ab æterno Deus. velox igitur cucurrit per totum terrarum orbem verbum Dei, ac vt tunc ita nunc quoque & quoad stabit Mundus operatur. *Et fecit Deus bestias terræ, iuxta species suas, iumenta & reptile terræ in genere suo.* Quod dicitur, *Fecit Deus*, mixta terræ Caietani disertè reijcit, hoc est, agentia omnia, cùm vniuoca, tum etiam æquiuoca. Prima enim quadrupedum indiuidua primus ipse & summus solus Opifex hodie finxit, mares videlicet & fœminas, non vnum ex altero, sed vtrunque sexum ex terra, ac se solo: & proinde repetit Moses, atque inculcat tanquam rem admiratione dignam, nec duo tantùm, vti Theodoreto, & alijs quibusdam visum est; sed plura (ni ego planè fallor.) Nam terram totam alloquebatur Deus, cùm dixit, *Producat terra animam viuentem in genere suo*, non solùm hortum, in ędem, aut vicinam ei dumtaxat regionem. Rursus, cùm eiusdem generis animalia apud Antipodes reperiantur quæ apud nos sunt, nec sit rationi consentaneum ea

omnia

omnia ab hominibus vltro citroque fuisse aduecta, aut etiam ipsa tranasse pelagus quod nos ab illis hominibus latè disterminat, videtur probabilius, plura quàm duo fuisse initio ab opifice formata. Adhæc, legimus ex pellibus animalium Deum fecisse tunicas Adæ, & Euæ: quod sanè testimonium euidens facit plura quàm duo eiusdem speciei indiuidua initio fuisse ædita, præsertim si eadem die Adamus eiectus è Paradiso fuit, & opertus pellibus, nisi ad miracula, & nouas formationes cum quibusdam confugiamus: quod D. Aug. prudenter vetat. Et fortè plures fæminas in gregibus & armentis mundis Deus effecit quã mares, vt species citius augerentur, quòd videamus vnum marem plures fæmellas generatim fermè implere, quamuis sub diluuium plures seruati mares fuerint quàm fœminę ob sacrificia, & in immundis pares ex æquo mares & fœminę.

Animalium iam verò plura & perfectiora sanguinem habent miris inter se differentijs proprietatibusque disiuncta: ac volupe nobis erit D. Basilium rem hanc eleganter ac à nobis notis periclitantẽ audire, *Bos* (inquit) *est constans, asinus piger equus libidine incenditur, petitque impetuose fæmellam, lupus mitescere nequit, vulpes insidiosa, astuta, callida, ceruus timidus, canis gratiosus est, & ad beneuolentiam amicitiamq́, propensus, singula cum sua peculiari natura creata sunt.* At verò cætera exanguia sunt, quorũ quattuor manifesta genera Arist. 1. de partibus animalium cap. 3. & 4. recenset, *Crustata, testata, insecta, & mollia*; quibus neque venæ insunt, neque pulmo, neque epar, neque renes, neque vesica. Et vide vt Moses primo loco commemorauit superius iumenta, & postremò bestias, nunc verò his primùm locum dat, vt significaret nullam esse naturæ præcellentiam inter hos animalium ordines, hoc est, inter mansuetum, & ferum, cùm in vtroque sint species perfectiores, & minus perfectę, sintq́; admirabiles naturæ impetus, & complura Dei dona, quibus probè perspectis non possimus non magnopere laudare creatorem, & magnas capere vtilitates & voluptates. Quãobrẽ & laudauit Hyppocrates Democritum magnopere, quòd cum inuenisset animalium viscera in horto magna diligentia secantem & perspicientẽ, vti in eius ad Abderitas Epistola videre est, ac eos vacuos mente pronunciat, qui inde existimauerant illum esse insanum.

Cæterùm disputatio foret prolixior, si euentilare nunc Galeni placitum multis argumentis vellemus quod lib. 2. Artis curatiuæ scriptum reliquit. Etenim affirmat. Bestias percipere vniuersale, ac secernere à singulari, quòd (vt ait) asinus viso leone, mox fugam arripit, non verò viso camelo: quinimmo cùm eo libenter obambulat, vt facilè sit intelligere, sic propemodum secum colligere, omnes leones esse sibi hostes, camelos autem amicos, & Platonicis quidem nullum hæc negocium (vt puto) exhiberent, qui vsque adeò liberales rerum nostrarum fuerunt, vt bestijs quoque animas nostras dederint, eas enim transmigrare in bestiarum corpora voluerunt sicut & Plato in Phedone & alibi scriptum reliquit, & proinde faterentur belluas absolutè, scientiam naturæ habere, quamuis nobis hominibus obscuriorem. Quinimmo & inde eas esse immortales nonnulli probarunt: quia apprehendunt vniuersalia quę ęterna sunt, & materia carẽt:

Qũ, an bestiæ percipiant vniuersale.

Opinio Galeni.

Opinio quorundam Platonicorum.

vix enim fieri poteſt, vt quod æternum eſt, ſedem habeat in re corruptibili. ſcientia.n.& veritas in anima ſunt: quæ ratio, & ſi videatur à ſectatoribus Galeni cùm inficiari, tum verò etiam exēplis petitis à Solis radijs, reiici qui, vt Philoſophis videtur, æterni ſunt, & carent contrario; nihilominus, vel per receſſum Solis, vel per aeris remotionem euaneſcunt, ac eſſe deſinunt. Et rurſum ſpecies Solis oculo inſidet, hoc eſt, in re corruptibili.

Refellũtur Galenus & Platonici.

Verùm vtrique egregiè falluntur. Etenim & brutorum animæ intellectu carent, & vnà cum corpore pereunt & euaneſcunt. Vtriuſque rei ſumitur indicatio vrgentiſſima ab earum operationibus, quas omnes habent cũ corporibus communes. Rurſum, quia & natura agunt & impulſu, non autem ratione & mente, vbi enim ratio eſt, ibi libertas eſt, & potentia, ad oppoſita ex 9. Meta. atqui bruta non poſſunt in oppoſita, ſed feruntur perenniter ad vnum, non quidem effectum, ſed ad vnum dumtaxat modum efficiendi: ſemper enim vno modo agunt, niſi impediantur. non eſt ergo in eis facultas aliqua quæ ad oppoſita ferri poſſit: ergo nec ratio, aut intelligētia: & proinde eorum animi mortales ſunt. Adhæc, ſi eſſent ratione prędıtæ peccare poſſent: cur ergo eis non dantur leges? hac certè ratione leges datæ fuerunt Angelis & hominibus. Amplius ſi excurrunt & ratiocinantur, etiam ſe peccare intelligunt, hóc verò (vt arbitror) nemo dicit. Et ſi enim nonnulla diſciplinæ correctioniſque capacia ſint, ac ad præſtanda officia poſſint aptari, hoc illis profectò aſſuefactione, & arte hominum contingit, non eorũ aut intelligentia, aut diſcurſu: vacua ergo ratione & mente ſunt. Poſtremò nec inefficax omnino eſt indicatio quam D. Baſilius à figura & forma noſtri corporis ſumit: vt enim hæc cæteris animantibus longè antecellit, ita præſtantiorem admodum nobis ineſſe animam demonſtrat. Vana igitur ſunt hæc, & Galeni & Platonicorum placita. Et vide ex his, vt etiam Alexander toto cælo errat, ſi intellectus materialis nihil aliud ei eſt, quàm animæ præparatio quædam, qua efficitur apta & idonea ad rerum intelligibilium ſpecies recipiendas, & hanc ipſam præparationem nobis cum animalibus communem faciat ſicut Alexandrei quidam non obſcuri contendunt: cum enim diſertè negēt beſtijs ineſſe rationem & mentem, ſi vltra hanc illis præparationem tribuit: & ſi ineſt, vel illa intellectus dici non poteſt, vel certè illis quoque intellectus adeſt. Itaque vt ad Moſem reuertamur, cum Hebræa littera beſtiam terræ, iumentumque minori numero habeat: mirum profectò eſt, cur noſter interpres alicubi quidem Hebraiſmos ſeruauerit, ſingulari numero vſus, alicubi verò neglexerit vſus plurali: ſolet enim numerorum variatio tenebras lectoribus offundere, niſi fortè in animum ſibi induxerit, hac varietate admonere lectorem vtriuſque phraſis, Hebreæ videlicet & Latinæ. Addit autem, *Reptile terræ*, ad differentiam Reptilium aquæ, de quibus heſterna die egimus.

Nemo creatorē accuſet quòd animalia venenata exitialiaque ac neci noſtræ para a ſeceris feras, videlicet & ſerpentes, fidei demonſtrationes ſunt confidis in domino ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis & cõculcabis leonē & draconem, ita ferè D Baſilius Utrum prodierint aīalia oīa, integra & perfecta à Deo. hac prima orbis ſeptimana: Pro parte negatiua.

Eſt autem hic vulgata percunctatio à DD. Baſilio & Auguſtino examinata, an omnium animalium citra vllũ diſcrimen Deus immediatus Opifex initiò extitit: ſunt enim qui inficiantur ea quæ gignuntur ex putri, ſex primorum dierum interuallo prodijſſe in lucem. Primùm quidem quod videantur veluti à caſu, & citra naturæ deliberationem oriri: deinde

verò,

verò, quoniam species quæ adulterinæ vocantur, in quibus est mulus opera, & industria hominum narrantur prodijsse: inferius enim cap. 36. scribitur Annam quandam ex pronepotibus Esau, congressum asini cum equa primum excogitasse, cū patris sui Sibeon asinos in deserto aleret, nec alio modo procreari potest, vt mihi quidē videtur. Nam muli à toto genere steriles sunt, vti Arist. de Generat. animaliū. cap. 6. philosophatur, vbi & causas affert, licèt fœmellam aliquando peperisse dicat quod sanè fuit prodigiosum. Nam quod dicitur in Syria, & Phœnicia omnes mulas concipere, vti 6. de natura animaliū. cap. 24. videre est, quodq; Theophrastus scribit cōtingere in Cappadocia, vel fabulosum est, vel alterius generis mulæ sunt ab eo de quo nunc verba facimus, aut denique prodigij loco habendū est, vti antea dicebā, & Herodotus in Thalia & Suetonius in Galba, & Plinius lib. 8. cap. 44. subindicant. Palam autem est hoc animal esse perfectum, & nihilominus, quoniam præter naturæ consilium oritur, non cum cæteris animalibus initio prodijt: proinde multò minus quæ gignuntur ex putri, quæ imperfecta sunt. Aduersus hæc tamen, & rationes non pœnitendæ, & Patrum testimonia nonnulla, quæ magis vrgeant adduci cōmodè possunt. *Pro parte affirmatiua.* Et primùm: nulla est species in vniuerso quæ de illius perfectione, atq; ornamento non sit, si quidem nisi extaret, desiderari posset, atque adeò Mundus non esset vniuersum. Atqui videtur Moses toto hoc capite, nihil aliud moliri, quàm vt ostendat Deum se ipso & creasse, & venustasse Mundum, & planè videtur esse fidei dogma. Secundò, nulla est species, in qua Dei bonitas & sapientia non magnopere eluceant, si penitius examinetur, cumprimis verò species, quæ despicabiliores, & minutiores reliquis esse videntur. Etenim hæ singulari quodam modo rapiunt nos in stuporem inenarrabilis Dei sapientiæ, capiq; ex illis illustres, ac salutares doctrinæ solent. Quá obrem & Salomon, Prouerb. cap. 6. hominem pigrum ad formicam mittit licèt Franciscus Petrarcha in libris de Remedijs vtriusque fortunæ, & consilium non magnopere probet, & fermè Solomonem reprehendat, sed & in apibus, in araneisq; quantam, rogo, acrimoniam? quale studium, quantamq; conspicimus diligentiam? Proinde Arist. lib. 1. de partibus animalium cap. 5. ait, nullam esse in natura rem quantumuis licèt vilis, ac despicabilis appareat, in qua non possis diuinum quidpiam, & admiratione dignum inspectare: ergo voluit Opifex *In Præfatione secundi libri.*

Exiguis hunc addere rebus honorem. sed & D. Augustinus ita loquitur, *Inest enim omnibus quoddam naturæ sui generis decus, sic vt in his maior sit admiratio bene considerantis & laus vberior omnipotentis artificis, &c.* & paulò postea, *Vt maiore attentione stupeam agilitatem muscæ volantis, quàm magnitudinem iumenti gradientis, ampliusq; miremur opera formicarum, quàm opera camelorum.* Nō possunt igitur, aut non debent in alium opificē, quàm in eundem primum referri. Quinimmo Hebræi quidam Rabini, (immo & Paulo Burgensi Episcopo testibus clarissimis super Exodum cap. 8.) existimant malos Angelos nullam habere potestatem super minutissima animalia, nimirum ea efficiendi. Tertiò adde, quòd cùm ex his, quę ex putri materia nascuntur, nonnulla quoque interdum inueniantur quę ex maris

cum fœmella congreſſu ædantur in lucem, vt & viri grauiſſimi Ariſt. & Auerr. 7. Meta. 18. & 27. teſtantur, & naturæ exploratores alij permulti luculenter affirmant, mihique (& vt puto ſanioribus etiam ingenijs) dubium minimè eſt, ea omnia vnius eiuſdemque eſſe ſpeciei: eaſdem enim ſpecificas operationes (à quibus præcipuè explorantur formæ) communes, ac promiſcuas habent. quid igitur vetat quominus vnà cum cæteris, ipſa quoq; Deo iubente hac ſeptimana prodierint? Cõfirmant hæc: quoniam ratio ſuadere videtur, vt hic multiplicandi modus qui procreatione fit, anteceſſerit naturæ vſu in vnoquoque modum minus perfectum qui eſt fieri ex putri: longè enim ille hoc perfectior eſt. Ergo & vtrunque quoq; anteceſſit in ſingulis perfectiſſimus ille, qui eſt immediata à verbo Dei emanatio. Rurſum, licet id genus animalia, vt ex putri oriuntur, imperfecta dicantur; quatenus tamen procreant, & ſibi ſimile gignunt, perfecta etiam dici ſolent. 4. Metheororum. Incertum autem eſt, ac (vt ranarij noſtrates conſtanter affirmant) etiam falſum, ranas, quæ coitu ex his gignuntur, nec mares eſſe, nec fœminas, quomodo Ariſtoteli viſum eſt primo de Generatione animalium, capitulo primo, & ſecundo de partibus primo & ſecundo, & ſecundo de Generatione. c. 4. ſicut & falſum eſſe contendunt, quod à quibuſdam dicitur, eas non niſi nocte congredi, mare inuitante fœminam extra aquam: etenim ſe eas vidiſſe affirmant interdiu, & in latis folijs paluſtrium herbarum in ſuperficie aquæ exiſtentium coire. Et ſimiliter inficiantur animalibus teſta coopertis ſexus diſcrimen generatim deeſſe: quod idem voluit. 4. de natura animalium cap. vltimo. Ad hæc, quis neget horum ideas eſſe in Deo? Certè Plato eſſe omnium ſpecierum ideas aſſeuerabat: & Ioannis primo, dicitur, *Quod factum eſt, in ipſo vita erat*. atqui idea eſt ipſa Dei eſſentia, nedum vt eſt ſimilitudo rei intellectæ cùm ad ſubſiſtentia comparatur, ſed vt eſt quoque factiua totius eſſe rei, videlicet materiæ & formæ. *Eſt enim omnium artifex*, Sap. 11. Quamobrem nulla videtur obſtare ratio, quin ſimiliter & hæc animalia, quemadmodum & reliqua, Dei verbo initiò in ſeipſis prodierint. Quintò, quemadmodum primus Opifex ex intelligibili mundo ſenſilem eduxit, ita ſecundi opifices (Natura videlicet & ars) ex primis illis indiuiduis rerum quæ Deus effinxit, tanquam ex prototypis & exemplaribus ſingula quæque pro virili conantur effingere: quod minimè eſſet, ſi animalia inuenirentur, quæ à Deo initiò mundi actu integraque non prodijſſent. Et vide poſtremò, num hæc Diuus Baſilius verè Magnus, nos iam dudum docuerit. Sic. n. ait: *Nec etiam aquarũ pars, ea quæ limoſa tunc erat, atque paluſtris ocio indulgebat, aut expers muneris officijq; creationis remanſit: ſed inde ranæ ſtatim, inde culices emergebant. nam ea quæ nunc fieri conſpiciuntur, præteritorum ſanè ſunt argumenta*. Ranas commemorat, & culices, animalia quæ gigni quoque ex putri certum eſt. Rurſum, ea inquit, quæ nunc fieri conſpiciuntur (nimirum vt frequentius) & ex certa quadam, & aptata materia, vel ab vniuocis vel ab æquiuocis procreantibus, præteritorum ſunt argumenta, vt verè *Nihil ſit ſub Sole nouum, aut valeat quiſpiam dicere. hoc penitus recens eſt*, Eccleſiaſt. primo, quod videlicet po-

Vide 8 Phyſ. 75. & 1. Cæli 18.

ſteriora

steriora similia illis prioribus sint, quæ Deus initiò fecit. Sed & D. Ambro. Basilium sequutus (vt solet) ita scribit, *Sic & pisces exibant de flumine, Delphines præludebant in fluctibus, conchæ saxis, ostreæ adhærebant profundis.* Conchæ, & ostreæ similiter ex putri fiunt.

Sed, vt dicam quod sentio, media opinio & verior est, & sanctorum Doctorum commentarijs magis consentanea. Videlicet, ea animalia quæ non nisi ex putri gigni possunt, prodijsse ab Opifice nunc in suis duntaxat principijs & seminarijs. Quæ à D. Augustino libro tertio de Genesi ad litteram, præseminatam materiam, Theologi posteriores rationes seminales vocarunt; quæ nihil aliud vtique sunt, quàm rerum qualitates & vires actiuę & passiuę, quomodo S. Thom 1. quæst. 115. articulo secundo explicat. Facit autem cumprimis, vt hoc existimem esse verissimum, quia hoc genus fermè omnia cum iniuria & internicione rerum nascuntur, ex quibus prodeunt: hoc verò vt contigerit, quando vix res ipsę prodierant in lucem, absurdum & inopinabile reuera est. Rursum, fecisset Deus Adamum cum vermibus in intestinis & pediculis? quis hoc aut dicat, aut sentiat? At verò animalia quæ vtroque modo gignũtur concubitu, videlicet maris cum fœmina, & etiam ex re aliqua putri, probabilius mihi esse videtur, vt ab Opifice Deo integra primùm & suis absoluta facultatibus prodierint: hoc enim & rationes quædam allatæ nunc, & testimonia DD. Basilij, & Ambrosij patenter indicant: perfectum enim semper antecedit imperfectum. Alia autem argumenta poterunt mediocriter eruditi facilè dissoluere. Opin. Auctoris

Fateor tamen non probari omnino mihi, quod quidam aiunt, animalia cuncta quæ oriuntur ex corrupta materia, oriri fortuitò ac citra naturæ deliberantis consilium: nam si de certis, ac determinatis indiuiduis verba facerent, non esset cur loquutionem improbarem: at verò cùm de speciebus sermonem faciant, diuersa, atque etiam contraria mihi opinio est. Etenim existimo, omnes species esse à generali natura intẽtas. Rursum, nec fiunt omnes ex quauis corrupta materia indiscriminatim, sed suam singulæ sibi vendicant aptatam nimirum ac præparatum: quod manifestat eas fieri naturæ atque adeò intelligentiæ non errantis consilio & prouidentia. Neque enim Muscę ex quouis cadauere, sed ex humano solo: sicut vespe, & crabrones ex carnibus equi. Apesque gignuntur ex tauri cadauere. quamobrem & à Sophocle apud Suidam, taurorum filiæ dicuntur. Rursum, ranæ, bufones, culices, & vermium genera quædam, nonnisi ex limo nascuntur. Tinea, & blattæ non ex luto, sed ex corruptis vestibus, & corijs, cimices ex lignis, pulices ex puluere, pediculi ex viuentis hominis carnibus scaturiunt. Sunt & alia quæ nonnisi exhalationibus vini & aceti, quæ Auerr. 12. Meta. 18. appellat Mussiliones, sunt & quæ ex herbis, & floribus corruptis, & horum quædam ex vno olerum genere, alia ex alio, de quibus Arist. lib. 5. de de Hist. Animalium cap. 5. latius scribit: & proinde Auctor imperfecti hom. 40. in Matth. acutè dixit ex omni re nasci quod rem ipsam exterminat. effecit autem horum plura Opifex non modò ad ornamentũ & integritatem Mundi, sed etiam ad puniendos homines, sicuti in plagis Aegypti postmodum manifestauit,

qua

Germadius sed in vtroq; genere inutilia penitus condidit, imo vero formidolosa ne temerè elatum mortale genus præter modum ferociret, vt qui causam cur cętera creata essent sibi vendicaret, &c.

qua ratione & feras nõnullas etiam edidit, Deut. 37. 1. Regum. 17. & alibi. Denique, ne demissa hac & putida oratione, vox longius protraham, crediderim cuncta rerum genera afferri minimè posse: ex quibus horum animalium species, Solis, syderumque opera, & actione determinate emergunt. quamuis Glossa, Petrus Comestor, & D. Aug. lib. 3. super Genesim, quibusdam videantur ea omnia attigisse, quòd sex genera subduxerint. Porrò autem quantum ad mulum pertinet, non desunt eruditissimi homines qui recentiorum translationem, quæ 36. cap. huius lib. illius originem Anna (siue vt loquuntur alij Annam) adscribit, pluribus peijciunt, & profectò obscura ipsis quoque Hebræis, littera illa est. quamobrem vetus interpres legit, *Inuenisse aquas calidas*, Lusitanus, *Inuenisse venas aquæ salsæ*.

Laudari potest eximia diligentia Rupertus Abbas, qui illo sæculo versiones alias à vulgata accuratè quoque consuluit, sicut & hoc loco videre est, & alibi sæpe.

Et posteaquam huc nostra deuoluta oratio est, erit fortasse iocundum hoc quoque examinare anteaquam ad alia progrediamur, num adulterinę animaliũ, & stirpium species de perfectione Orbis sint? & voco adulterinas quæ vel hominum opera, & arte inuectæ in Orbem fuerunt, qualem dicebamus mulum, cui & Tytirus addi potest, qui hirco ouem ineunte nascitur, & solent aliquando opiliones vtrunque iungere, vel etiam spontaneis animalium congressibus gignuntur, cuiusmodi crocuta est, de quo etiam Arist. meminisse dicunt, quod animal ex lupi cum cane congressu procreari aiunt, ac Thoes de quo Oppianus, quod concipit Panthera cùm à lupo initur; & linx q ex lupo cũ cerua coeunte gignitur Ruperto Abbate teste, ac deinceps formæ aliæ permultæ quas cũprimis Aphrica gignit? Cùm enim longe lateque Prouincia illa pateat, ac siticulosa admodum sit, ob aquæ fontium, & amnium inopiam, coguntur cuiusuis generis animalia, è longinquo etiam, vbi aquæ sunt, bibendi gratia, frequenter congregari, mares promiscuè & fęminę, ac solent tunc libidinis æstu percita, inter se commisceri, & nouas animalium formas procreare, vt proinde feratur Adagio, semper Aphrica noui aliquid affert, illis videlicet qui in Europa, & in Asia habitant. Nam Aphricæ incolis formæ illę familiares iampridem sunt. Scripsit de his Ioannes Porta quatuor libros nostra hac tempestate doctè & diligenter, ac de Magia naturali, eas inscripsit. Itaq; quoniam Iuuenes sciscitari possent, num species hæ ad perfectionem Mundi spectent nec ne, age & hoc quoque examinemus, si placet.

An spẽs adulterinę ad perfectionem Mũdi spectent.

Argumenta ad affirmatiuam.

Et quidem quod pertineant ratio hæc non infæliciter suadere vr: quoniam si deessent, desiderari possent, atque adeò Mundus dici Vniuersum non posset. Rursum, quoniam ex permultis earum capit homo iuuamenta, & commoda non vulgaria, quinimmo ex quibusdam maiores vtilitates capere solet quàm ex alijs: quod profectò cernere est in mulis, qui fortissimi in ferendis sarcinis habentur: sed & capit etiam ingentes voluptates vt palàm est in stirpibus, quarum quę insitæ sunt, solent fructus ædere nostro palato suauiores, quod nimirum succi melioris sint, ac grandiores quoque sæpe prodeant. Quamobrem qui de Agricultura scribunt, in quibus accuratissimus, & huc totus intentus Constantinus Cæsar est (vt Plinium omittam & alios) illud diligenter docet, quomodo homines inserere debeant arbores, confirmari hęc possunt: quoniam certissimum esse videtur

Deum

Deum omnibus suis numeris Mundum absoluisse, cumprimis verò quantum ad species rerum perfectas pertinet, quales huiusmodi adulterinę existimantur: & propterea vendicare sibi videntur, vt eodem modo Opificis verbo prodierint, quo id genus species aliæ nimirum in se ipsis, & non tantùm in causis.

At verò his primùm dici potest, nequaquam ad perfectionem Vniuersi exigi quascunque species quæ simpliciter possibiles sunt, sed eas dumtaxat quas sapientia & voluntas Opificis ei decreuit. Etenim posset, his si vellet, etiam longe plures efficere quàm effecerit & alias partes, ac alios bonitatis gradus rebus creatis addere, vt est vis eius inconsumptibilis, & quę nunquam potest exhauriri. Secundò dici potest, animalia hæc nō pertinere simpliciter ad integritatem Mundi, quamobrem & infœcunda ac sterilia esse solent: vt enim omnium consensione causantur monstra interdum quidē seminis defectu, aliàs verò redundātia, nec non sæpe ablatione, aut adiectione, ac denique vuluæ flatuatione, & alijs modis: ita cùm hæc eadē gignuntur infusione ac transpositione seminis in aliud speciei vas ab efficiēte, peccata sunt naturę particularis, & monstra veriùs quàm aliud quidpiam: & hanc ego præcipuam esse causam arbitror, cur Leuitici 19. ita iusserit Deus, *Iumenta tua nō coire facies cum alterius generis animantibus.* quanquā nō me prætereat afferri à S. Tho. 1. 2. q. 102. alias causas quæ à cōmentarijs passim probantur, nec eas ego repudio, vt ex hoc Scripturæ testimonio nobilis indicatio capiatur Opificem istas adulterinas species non creasse: neque enim improbasset in alijs quod in se laudasset. Tertiò dici potest vt quemadmodum de Mundi integritate hoc ordine manente est, vt quædam necessariò, alia uerò contingenter efficiantur: ita fortassis de eius quoque integritate esse, vt Opifex & se ipso initiò permulta, ac deinceps præterea intermedijs cælo, homine ac cæteris animalibus, alia quoque nonnulla efficiat: vt proinde siquis illas rerum formas & species in auctorem alium quàm in Deum retulerit, aberrabit à veritate quàm longissimè. & dexteritatis profectò esset illa Domini verba huc quoque extendere, *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.* etenim posent homines, aut animalia alioquin Dei operibus aliquid addere & proinde etiam auferre, quod tamen disertè scriptura negat, Ecclesi. cap. 3. & cùm intimior ac generalior Mundo sit modus efficiendi, atque sit vna, aut altera species, consultum hoc quoque modo melius Vniuerso ab Opifice fuit, quàm si se ipso statim initiò hæc ipsemet effecisset. Non igitur satis est, vt rem dicam pressius & apertius vt animalia dicantur perfecta vt non generentur ex materia corrupta & putri, sed præterea exigitur vt generentur ab vnius, & eiusdē speciei actiuo & passiuo principio. Quamobrem probabilius est, vt sic initio ea effecerit Deus ea quę diuersarum specierum seminibus procreantur quomodo ea effecit quæ ex putri prodeunt, videlicet earum causas semina ac vires efficiens, vt subinde statis temporibus, certisque locis ac ex determinatis materiæ dispositionibus hominum Animaliumque cæterorum opera nascerentur, vti paulò antea dicebam, *Et vidit Deus quod esset bonum.* Quam particulam cùm superius sæpenumero exposuimus frustra hic denuo

Responsio negatiua.

nuo tractaremus, & hactenus quidem tria animantium genera habemus quæ ſpirant,& ſentiunt aquatilia, aerea, terreſtria: ſupprimit Moſes ignea, vel quòd nulla ſint, ob nimirum elementi huius maximam actiuitatem & vim, vel quòd ſi qua ſunt, ea nobis abdita ſint & certa ratione conſtanter inueſtigari non poſſint. & adhæc præterea, quòd nullo vſui nobis ſint, niſi fortè ad luctam & virtutũ exercitium, & meritorum incrementum, ſicuti

Eph. 6. D.Paulus ait; vt propterea nuſquam elementi huius diſertè in hac rerum geneſi mentionem feciſſe ſanctiſſimum hunc Vatem videamus.

LECTIO XXV.



T ait, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Dicam nunc de poſtremo & abſolutiſſimo Dei opere, cuius gratia hunc ſenſilẽ Mundũ ille effecit: & quidem ſicut D. Ambro..ad Herennium Epiſtola 20. ſcribit; ideo poſt ſenſiles omnes creaturas homo in lucem prodijt, quoniam totius naturæ finis eſt, ac earum omnium vertex & princeps. Sed expedit D.Greg.Nazianzenum in oratione in nouum Dominicum ſuis verbis loquentem audire, *Nil verò mirum, ſi homo nouiſſimè prolatus eſt manu Dei & imagine honoratus, oportebat enim tanquam Regi prius regiam conſtituere, & ita Regem omnibus iam ſtipatum introducere.* Rex igitur omniũ homo eſt, Mundus regia eius eſt cuius ille epilogus quidam & ſumma eſt, ac omnium opificis & creatoris ſimulacrum, & cui non modo Angeli adminiſtrant, ſed ipſe quoque eius Opifex Deus, vitæ profuſione ſalutem præcellẽti ac indicibili eius amore captus (ſuffixus in crucẽ) peperit, vt proinde res tanta attentiſſimos vos & me diligentiſſimum & qui minima etiam quæque accuratè inueſtiget, hic eſſe iubeat.

Ac principio quidem obſeruandum eſt, hac die conditum fuiſſe hunc, qua, & animalia terræ reliqua, quod nimirum cognationem cum illis quandam habeat, (*de terra enim omnia facta ſunt ſimiliterq; ſpirant, ac in terram pariter reuertuntur.* Eccleſ.cap.3.) quæ & commune eorum domicilium eſt, communis altrix & nutrix. Verùm non cum illis, ſed ſeorſum ac ſeparatim, nec ex eodẽ glebæ genere, quòd mente, atq; adeò animæ immortalitate, arbitrij libertate, & multis alijs eximijs donis longè ac multũ illis oĩbus præcellat & emineat. Cùm igitur Plato in Timęo, hominẽ facit cæteris animalibus antiquiorem, ac ex diuerſorum hominum moribus, & vitæ inſtitutis, ea omnia prodijſſe affirmat, videlicet ex leuibus & curioſis aues, ex rudibus & qui ad terram animum abijciunt, quadrupedia, quæ fuere Pythagoræ metamorphoſes & placita, vel certè grauiter errat, vel ad extirpanda vitia, inſeminandaſque noſtris animis virtutes, (vocatur enim animotum Eſculapius) hæc per allegoriam, aut etiam per parabolam intelligi voluit, ſequutus, videlicet veterum Poetarum philoſophandi inſtitutũ, qui fabulis & figmentis, & permulta naturæ arcana & excitationes ad virtutes magnopere utiles, tanquam inuolucris operiebant: ſicut & Ariſtoteles in

D.Aug. in imperfecto. ꝓpter excellentiã rationis ſecundũ quam ad imaginem Dei, & ſimilitudinẽ efficitur homo ſeparatim de eo dicitur poſtquã de cæteris terrenis animanti bus concluſum eſt, &c.

les in sua poesi testatur. Sed Moses noster historiam texit, hoc est, rem gestam pure & dilucidè nobis exponit. Rursum, animalia quidem hæc, Dei imperio queadmodũ & cætera quæ superius facta recensentur, emerserunt in lucẽ. At verò homo, non imperio, sed eius tanquam consilio; & cohortatione. Nec enim audis, *Fiat homo*, aut *Producatur homo*; sed *Faciamus hominem*; quæ oratio consulentis, deliberantis, & cohortantis fermè esse vr: quod & ante nos patres permulti, & præsertim D. Greg. Nyssenus. D. Ioan. Chrysost. & D. Grego. Papa lib. 9. moralium & D. Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, eruditè adnotarunt. Id verò quamobrem? Et illi quidem existimant, & rectè ad explicandam hominis dignitatem & præstantiam, qui solus ratione, menteq; in hoc sensili Mundo præditus est: & proinde, qui debuerit singulari præcellentique quodammodo, hoc est, adhibito consilio fieri. Verùm cùm ea in consultationem nunquam adhibeamus quæ necessariò nobis imminent, sed ea tantùm quæ in nostra sita sunt potestate: hæc quoque arbitror Scripturam patenter nobis nunc aperire, & primùm quidam Creatorem sola electione, & arbitrio, non verò necessitate, aut naturæ impetu, hominem creasse: Deindè verò, quia disquisitio & consultatio eorum non fit quæ certò expedire intelliguntur ac instituto nobis proposito scimus conducere, sed eorum dumtaxat, quæ ne minus consentanea proposito nostro sint, officereque illi aliqnando possint in suspicionem veniunt: eapropter & hac Opificis consultatione subtiliter quidem, sed tamen non obscurè nobis hoc quoque eandem subindicasse existimo quod & Rupertus Abbas dudum adnotauit. Deum antea examinasse vniuersam causam nostram, hoc est, Adę contumaciam, & casum, & qui solus in sensili Mundo auderet eius leges perfricta fronte ac temerè nimium contemnere, illumque deinceps ad dolorem & ad pœnitentiam esset adducturus; & proinde tanq̃ substitisse, ac examinasse num suæ gloriæ expediret ferum hoc; & contumax animal in lucẽ dare, cum quo veluti signa & manus collaturus postmodum, & quidem frequenter esset; ac denique omnibus hinc indẽ veluti lance libratis, decreta, ac præuisa filij sui Incarnatione & morte, & reliquis ineffabilibus bonis probe examinatis, quæ ex Adæ & cæterorum hominum peccatis tanquam ex tenebris lumina & splendores educturus postmodum erat, adiudicasse gloriæ suæ permultum, expedire, vt eum daret; & idcirco, *Faciamus hominem*, deliberando, ac veluti seipsum excitando, dixit: vt videas omnia hominum opera, & præuisa ab æterno fuisse, atque prouisa, inque eorum prædestinatione, ac reprobatione fuisse cõprehensa. & ad hęc Decretũ Dei, vt Filius assumeret hominem subsequutũ esse peccati permissionem, quemadmodum Patribus citra repugnantiam visum est: & quantum coniicio hic Moses nobis subindicat. Quorsum enim Opificem induceret cõsulentem, deliberantem, & veluti se ipsum ad formationem hominis cohortantem? parum profectò idoneus est ad diuinas Theorias percipiendas qui tale quidpiam suggeri in hac verborum formula non intelligit: Sed esto præcesserit decretum assumendi hominem, permissionem Adæ peccati, quod celeberrimis quoque viris visum est, & consultatio deliberatioque subsequuta sit decretum non de assumendo

simpliciter

D. Greg. Nyss. verba hæc sũt, O quale miraculũ, Sol fit & nullũ præcedit consiliũ, cælum quoq. cui nihil in creaturis simile repiĩ &c. ad hominis autem conditionẽ cũ consilio quodammodo Cõditor vniuersitatis accedit etc.

Verba Ruperti sunt, An putas eorũ quicquã quæ circa nos acta vel agẽda sũt, illic defuisse planè ibi oĩs nostra ĩ medio causa posita est mors vel perditio nostra quæ futura erat, illic perspecta est, &c.

Rupertus rursum, Et inde totũ consiliũ habitũ vt vnaqueque psona suã opis partẽ susciperet: pater tunc quidẽ conderet Filius postea perditum redimeret, Spiritus sanctus remissionẽ peccatorũ & carnis resurrectionẽ perficeret.

ſimpliciter homine, ſed de aſſumendo moribundo, & tot ærumnis obnoxio, qualis poſtmodum fuit Dominus noſter (quod profectò non inficior litteram hanc potuiſſe etiam innuere) nulla tamen ratio fert, vt præceſſerit etiam decretum de condendo Mundo, quod Naclantus, Epiſcopus Clugienſis, vir alioquin eruditus, & clarus tanto verborum apparatu contendit: nam cùm humana ſpecies pars Mundi ſit, qûo decretum de homine aſſumendo, atque adeò de eo antea formando antecedere, aut aliquo naturæ ſigno, vt loquûtur Scoti ſectatores, aut noſtra cogitatione, vt melius certè loquimur nos, decretum de creando Mundo, atque adeò vt decretum de incarnatione filij Dei præceſſerit decretum conſtitutionis Mundi? Nec verba Domini, Ioannis 17. contrarium docent, ſicut Epiſcopus ille exiſtimauit, *Pater clarifica me claritate quam habui priuſquam Mundus fieret apud te.* Etenim non hic eſt eorum ſenſus, vt decreta fuerit Chriſto homini, gloria anteaquam decerneretur creatio Mundi; nó, inquam, ſic intelligenda ſunt, ſed fuiſſe ei decretam gloriam reſurrectionis ſecundum æternam prædeſtinationem, atque adeò anteaquam fieret, hoc eſt, crearetur & eſſet initio temporis Mundus, & ita Cyrillus D. Thomas Titelmanus, & Illuſtriſſimi, ac primæ notæ auctores veteres, ac recentiores locum illum ſunt interpretati, ne quis putet deeſſe mihi ſuffragatores, ac præ cæteris apertius D. Auguſtinus tractatu 105. ſuper Ioannem, qui & hoc quoque dixiſſe de electis D. Paulum adnotauit ad Epheſ. 1. Porrò autem aliud eſt conferre decretum de incarnatione Chriſti decreto de condendo Mundo, & aliud conferre illud ipſum rerum creationi & efficientiæ ac exiſtentiæ Mundi. Vt enim hoc ſecundo modo fatemur illud decretum anteceſſiſſe Mundi creationem, ita primo modo, quantum ratio fert, ſubſequutum potius eſt. Ad efficientiam igitur Mundi Dominus illis verbis dumtaxat non vero ad decretum de eo formando reſpexit. Vt ſi in explicanda re hac ſigna naturæ in Deo noſtra cogitatione confinxerimus, in primo decreuit facere Mundum qui omnibus eſſet numeris iuxta ſuæ ſapientiæ, & voluntatis præſcriptum integer, ac in ſequentibus reliqua, ſuo vnumquodque ordine. Et vbi noſtra littera habet, *Priuſquàm Mundus fieret*. D. Auguſt. legit, priuſquàm *Mundus eſſet*, vt ſic conſtruenda ea verba ſint, *Pater clarifica me claritate quam habui apud te, priuſquam Mundus eſſet*. Et hæc nobis arcana vetus noſtra editio vtcunq; aut aperit, aut certè ſuggerit, quàm Vatablus, Pagninus, Luſitanuſque ſequuntur, licèt ſi, *Faciemus*, futuri temporis cum Caietano, Tigurinisq; legeremus, eo deniq; intelligētia ſimiliter recideret.

Contra Iacobū Naclantum.

Et ita decretū de electis ſaluandis præceſſiſſet decretum de condendo mundo.

D. Io. Chryſoſt. tamen ita locū hūc interpretatur, Nunquid cōſilio & circumſpectione opus habet? quid ergo? ſi figura verborū declarare voluit quàm excellētē honorem homini qui formabatur impenderet, *at (ni fallor) vtrunq; & dignitatē hoīs, & quæ dicta ſunt, hac figura verborū declarat.*

Cæterùm Septuaginta qui Ptolomeo Aegyptiorum Regi ſacra volumina interpretati ſunt, non *Faciamus*, ſed *Faciam*, numero ſingulari Græcè verterunt, ne videlicet Rex idololatra arbitraretur (quemadmodum Ioſephus adnotauit) Moſem docere plures eſſe Deos, ſed nihilominus littera Hebræa nemine penitus diſſentiente, *Faciamus*, maiori numero loquitur, quod planè verbum oſtendit, plures fuiſſe in conſilium adhibitos, & ſimiliter quæ ſequitur particula, *Noſtram*. Ea propter exiſtimarunt Iudæi Opificem Deum colloquium habuiſſe cum Angelis, quorum quoque opera, & miniſterio in exhibendo ſibi terræ puluere ad compactionem formationemq;

mationemque corporis Adæ vsum fuisse volunt: nec sanè infrequens est, vt patresfamiliàs, ea quæ facturi aliquando sunt, antea communicent, & veluti impartiantur seruis beneuolis, quorum præsertim operam, vel necessariam, vel adiumento sibi esse existiment. Quemadmodum Simo ille Terentianus cum Sosia fideli probatoque sibi à puero seruo facit D. Ioannes Chrysostomus. Hom. 8. & Theodoretus. q. 19. hoc ipsum quoque figmentum hęreticis quibusdam antiquioribus adscribunt; vt vel hac saltem ratione Episcopus Naclantus, subscribere huic interpretationi nullàtenus debuerit, quæ hostes Catholicæ fidei habet vel patronos, vel auctores: quanquam in Platonem tanquam in fontem & parentem potest commodius, ac veriùs reijci, qui in Timæo, Mundi fabrum accersisse in colloquium secundos Deos scribit, & ad eos animalium formationem reiecisse: quos & si Iulianus Augustus esse Ideas corporum cœlestium putat, vnde mentales & occultos eos appellat: quemadmodum & cælos, ac sydera Deos conspicuos, vt sensus sit: O vos ideæ occulti Dij. Deorum conspicuorum, nimirum orbium cælestium, & astrorum D. Cyrillus tamen libro secundo, aliter verba illa interpretatur & ad Angelos refert, ac repudiat, intelligentiam Iuliani & Cyrillo quidem assentior, non illa sanè ratione quia ideis dicere Opifex non potuerit, *Vos natura solubiles estis*; quia ideæ æternæ sint, ac in summo Deo: etenim Plato non in summo Deo, sed in mente, hoc est, in secunda intelligētia ideas sitas fuisse existimauit, quam & solubilem esse à prima non negasset, sicut Plotinus in libro de tribus substantijs subindicat. sed potius, quia Opifex excitat Deos illos Deorum ad opus, hoc est, ad formationem animalium: quæ res magis certè congruit subsistentibus substantijs quàm adiacentibus illis simulacris, quæ in prima intelligentia erant. Sed & hæc quoque intelligentia, quantum ad Mosem attinet, multis potest rationibus profectò confutari & reprehendi. Primùm, diximus aliàs frequenter & nunc repetere expedit, Mosem toto capite exponere geminam Dei operationem, æternam videlicet eius intelligentiam ac voluntatem de his quæ facturus in tempore esset, ac temporalem quæ æternæ illius definitionis exequutio fuit ac priorem, nobis explicare illis verbis, *Et dixit Deus*: posteriorem verò illis, *Et fecit Deus, & fuit ita, & produxit terra*, & id genus alia: atque vt intelligeremus executionem, nec minimum quidem à decreto eius variasse; totidem fermè verbis singula quæque in executione vbique repetit, quæ antea in explicando decreto scripserat. quod quia indocti non perpendunt, frustra illum repetere multa existimant. Ergo cùm his verbis, *Et dixit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, exponat nobis æternum Dei consilium de condendo homine (licèt non pro æterno) Angelique ab æterno non fuerint; nequaquam intelligere possumus eos fuisse tunc in consilium accersitos. Rursum, Esaias cap. 40. & Paulus ad Rom. cap. 11. disertè negant alium vnquam Deo consiliarium fuisse à seipso. Tertiò, oporteret vnam esse Dei & Angelorum imaginem, quę cùm in Angelis naturalis non sit (sunt enim alterius naturæ à Deo) esset profectò artificialis,

Ita sanè D. Basilius, D. Ioan. Chryso. et Theodoretus Iudæis adscribunt.

Naclantus notatur.

Hoc certe Plato voluit, licet Aristo. 7. Meth. aliter ei adscripserit.

Confutatur Iudæorum, & hæreticorum huius loci interpretatio.

D. Aug. Cū dicitur, & fecit Deus firmamentum &c. & factum est ita &c. intelligimus factā creaturā, non excessisse præscriptos ī verbo Dei termi nos generis sui, &c.

artificialis, hoc est arte, & opera Dei in illis impressa: atque adeò necesse esset, vt permultum ab Archetypo deficeret. Quorsum igitur eam Opifex tanquam exemplar nunc adhibere, & veluti vna secum proferre in formando homine voluit? An non satis erat, vt ipse in se ipsum inspiceret, quemadmodum & quando creauerat Angelos, fecerat? Quem, rogo, egregium pictorem inuenies, qui si hominem aliquem expressurus ad viuum sit, habeatque illum coram, postulet suffragium, aut suppetias in eo deducendo à tabula? Quartò, nunquam Scriptura docet nos esse ad imaginem Angelorum quinimmo testatur, illos esse fratres & conseruos nostros. Apoc. 6. & 22. Quintò, existimant complures doctores vno eodemq; momento visibilia omnia & inuisibilia, spiritualem & corporalem creaturam omnem & in lucem prodijsse, & ornatam fuisse: quam opinionem, & si ego quantum ad ornatum non probem, permulti tamen tanquam meliorem sequũtur, Ecclesiaq; Christi hactenus non improbauit. Quomodo igitur potuit præcedere Dei consultatio cum Angelis de condendo homine, si cum eo omnes vnà prodierunt. Sextò, diximus prima animalium indiuidua, se ipso ex elementis formasse, & nunc facturus hominem, opem veluti & suppetias postulabit ab Angelis? quis hoc credat? Etenim, qui Dei dignitatem & decorum in causam afferunt, cur horum opera in tractando commiscendoq; corporis Adæ puluere illum vsum fuisse arbitrantur, humana profectò imprudentes ad Deum transferunt, cùm tamen optarim ego cum Cicerone, vt diuina potius ad homines transferrent. Et præterea, reddant rationem aliquam, si possunt, cur similiter non eorum opera ille ipse augustissimus Opifex vsus fuerit, cùm bruta formaret. Quòd si cætera quæque fuisse formata eius imperio, hũc aũt eius manibus dixerint, obijciemus e uestigio illis, hunc quoque verbo fuisse formatum Ioã. 1. & Dei manus nobiliores eius verbo nõ fuisse. Et ad hæc summos artifices crebrò vilem degeneremque materiam nobiliori prætulisse, quod intelligerent acuti homines eorũ artem sic fieri magis conspicuam, & melius attrahi acri iudicio præditos in operis admirationem & artificis commendationem, quàm si in preciosa esset, vti Auerr. & ante illum Themistius 12. Meta. 18. testati splendidè sunt quamobrem videas excellentiores fusores, ac probatissimos quosque sculptores Principum imagines quas commendare æternitati cupiebant, & fore maioris pretij volebant, priores quidem in ære potius quàm in auro, vel argento fudisse: hos verò in vilioribus gemmis Ametisto, Sardonio, Agatha, magisquam in Saphiro smaragdo, & carbunculo sculpsisse, non ea quidem ratione quòd viliores gemmas paratiores ad manumq; haberent, sed vt elegantiam artis, magis patenter magisque certo hoc modo declararent, & spectandam proponerent videlicet, vt alibi Ars albi materia esset in prætio sicut & Plinius lib. 33. cap. 8. dixit. Denique & si purum nolit ab impuro tangi (quod ait alicubi Plato) non dedignatur tamen purũ tangere impurum: cùm enim tangit, eluit & emaculat. Ergo nec Scripturis, nec rationibus, nec patribus hæc intelligentia consentit. seipsum igitur Deus consuluit secumque loquutus dumtaxat est. Quæritur proinde causa, cur plurali numero dixit, *Faciamus*, curque dixit, *Nostram*. Non desunt Hebræi

vide in simili Galenũ lib. 3. de vtilitate partium. cap. 10.

Rabbini

Rabbini, teste Theodoreto, qui Heroum Principumq; more, qui, Faciamus Mandemusque, dicere consueuerunt, sic loquutum fuisse Deũ existimãt, & amplitudinis, augustæq; cuiusdam Maiestatis ergo dixisse, *Faciamus*, dixisseque, *nostram*. Reijcit hæc Ambr. Catherinus, rationibus & instantijs ostẽdens hunc non esse sanctarum Scripturarum morem; hac vt formula de se loqui Deum faciãt, quinimmo Exodi. 3. dixisse scribitur, *Ego sum, qui sum*, & Deut. 32. *Ego percutiam, & sanabo: occidam, & viuere faciam*: Vtrobiq; enim audis singulare in prima persona. & denique affert id genus complura testimonia. Verùm illa omnia probant Deum non vbique & semper, heroum principumque more de se verba fecisse, aut à Prophetis, & cæteris hominibus illum in modum fuisse salutatum; non tamen tollunt, quin interdum plurali numero, vel de se loquutus ipse sit, vel ab alijs fuerit compellatus. Nam Esaiæ 6. ad veritatem Hebraicã ita Dominus loquitur, *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Et Gen. cap. 11. *Eamus & confundamus ibi labium*. Vbi vides Nobis, non mihi, Eamus, non eam, Cõfundamus, non confundam. Ad hæc 21. Regum 7. Dauid ita dicit. *Quæ Gens sicut populus tuus Israel, in terra ad quam ierunt Dij ad redimendum sibi populum, & ad ponendum sibi nomen, & ad faciendum nobis magnitudinem*, vbi in 2. persona, Propheta Deo dicit Nobis, & in tertia Dij: non igitur perpetuò, & vbique vno modo, sed vario Scriptura hac in re loquuta est, ac, vt mihi quidem videtur mira quadã prouidentia videlicet vt singulari numero vnitatem Deitatis, plurali verò trinitatem personarum vel quadantenus ac saltem à longe lectoribus indicaret, quemadmodum hoc loco vtrunque numerum nulla alia ratione positum fuisse D. Hilarius lib. 4. de Trinit. D. Basilius D. Ioan. Chrysost. D. Seuerianus, Theodoretus cæterique sancti interpretes summa consensione docent: cùm enim Dñs noster nobis multifariam & disertè aperuerit, tres esse in Deo personas, intelligimus quoque fuisse hoc nobis arcanum hisce verbis, veluti à longè, vt dicebam, subindicatum, ac rectè, appositeque Deum se ipsum consulentem, *Faciamus* dixisse, non autem, *Faciam*, quod etiam D. Ireneus consultus fateretur, quamuis lib. 5. scripserit, *Consuluis se ipsum manus suas*, vnus certè Deus noster ac solus est, non tamen est solitarius. Potuisset forsan Iudæorum responsio veri specimen aliquod alio loco habere, quando nimirum Scriptura Deum de se homines alloquentem induci t: tunc enim si numero maiori vtitur, suspicari vtcunque licuisset more Principum loquentem inducere, vt præcelsam, præeminentemque suam dignitatem, hac loquendi formula exponeret ac decorũ seruaret. Nunc autem nullum hæc ratio locum habet: nec enim cùm hominibus, aut cùm creaturis, sed (vt nobis aduersarij quos confutamus assentiuntur) ipse secum dumtaxat loquitur deliberatque, & proinde frustra de decoro illo hic fuisset sollicitus: ineptus enim esset Princeps qui secum ita loqueretur vti D. Basilius scite prudenterque excurrit, qui præterea & alijs exemplis ab artificibus petitis, intelligentiam Iudæorum ita fermè refellit; *Quis faber aut sutor, aut excussor instrumentis artis sibi præsentibus secum ipse nullo socio comitante, aut faciamus cultellum ait, aut conficiamus calciamentum, aut componamus aratrum, sed non silentio suam cùm libuerit accommodatam,*

Theodoretus, cùm singulari numero loqui consueuerit, finis omnis carnis venit corã me. pænitet me fecisse hominẽ &c. raro itẽ pluraliter loqui consueuit Trinitatis mysterium ostendere volens vt cùm ait, venite vt descendentes confundamus &c.

D Hilarij verba sunt, sustulit singularis intelligentiã professione consortij: consortium autem esse aliquod solitario ipse sibi non potest (& paulò postea) vterq; sermo vt non solitarium ita neque differentem esse significat, lib. 4. de Trinit.

modatam ad artem exequitur operationem? Sunt igitur proculdubio verba hæc Patris alloquentis Filium, & Spiritum sanctum vnius eiusdemque cum eo essentiæ: & quoniam Filius hoc nobis Dei magnum & antiquum consilium sæpenumero, ac patenter exposuit, ob id Esaiæ cap. 9. *Magni consilij Angelus* dictus est. Et vide num Ethnici quidam meliori lumine perfusi quàm lumẽ naturę sit, hæc sint, à lõge tamen & aliud existimantes, (qũo & Cayphę contigit) consequuti. Etenim Sybilla, teste Lactantio lib. 4. c. 6. Filium vocauit, *Sinuulon Dei*, hoc est, Dei consiliarium: & Trimegistus, *Dimiurgontu theu*, hoc est, Dei opificem, quòd eo videlicet consultore, & tanquam eius manibus Pater omnia effecerit: de quorum mẽte diximus aliàs, quod existimamus esse verius. Et vide rursum, in verbo plurali numeri *faciamus*, quàm sit verum peruulgatum Theologorum axioma, operationem Dei ad extra esse indiuisam. Amplius, & quantum inter filium Dei & hominem interest: Nam Deus, fecit quidem hominem, sed filium ex sua substantia genuit. Quare in symbolo dicimus, *Genitum, non factum, consubstantialem Patri*. vnde & hoc aliud discrimen consurgit, vt Filius imago eius naturalis sit, ac in vna eademque natura numero (non autem specie quomodo Philoponus ac Tritheithe, referente Nicephoro, existimabant), & qui naturali generatione prodijt, Homo autem est imago Dei artificialis, hoc est, Dei arte, & in aliena materia indita. & hinc vide etiam tertium nempe Filium esse perfectissimam, expolitissimamque imaginem Patris, eique coęqualem: hominem verò imperfectam, rudẽ, & obesam, de qua re dicam posterius cumulatissimè. Adhęc & quartum, videlicet Filium esse imaginem Patris æternã, hoĩem verò nuperam, & non longe antea factam. Vide & quintò hominem à tota Trinitate Patre, Filio, & Spiritu sancto fuisse conditum, sicut dixi: quare audis, *Faciamus*, non autem, *Faciam*, cùm tamen Filius à solo Patre genitus sit Psal. 2. & proinde homo est ad imaginem Trinitatis, Filius non ad imaginem Trinitatis, si propriè loquamur, sed imago patris. Quare, cùm hũc audis ad Collos. 1. & ad Heb. 1. esse Dei imaginem & characterem, & ad eius referas diuinitatem (vt contextus & verborum series cumprimis & patenter exigit) de persona Patris dictum intellige. Itaque, & si Origenes, D. Amb. & nonnulli ex Patribus ita hæc Dei verba aliquando sunt interpretati, vt hominem esse factum, ad imaginem Dei, hoc est, ad Filium dixerint, reijcit tamen D. Aug. in opere imperfecto, intelligentiam hanc; quòd Pater non dixerit Filio, *Faciamus hominem ad imaginem meam*, aut, *tuam*, sed, *Ad imaginem nostram*: quanquam minimè inficior, hominem habere multis in rebus specialem quandam assimilationem ac veluti cognationem cum filio Dei, vt dici propterea possit ad eius instar præ cæteris personis fuisse factum. unde hac quoque ratione Theol. probãt decuisse hunc præ Patre & Spiritu sancto pro saluando homine, fieri hominem: quomodo S. Thomas in quarto contra Gentes cap. 39. & 42. & alibi quoque subtiliter perpendit: quamobrem & hic ipse pientissimus Dei filius, hac eadem sexta die qua hominem condiderat, homo fieri, & mori denique uoluit, uti D. Cyrillus & alij Patres obseruant.

Hæbraicè est Pele, idest Angelus ille, videlicet qui etiam Deus est, nam Pele, cognomen Dei in sacris litteris est, & significat Dei sectum siue absconditum, vt interpretantur Rabbini, teste Leone Castrẽsi, in locis Euang. Matthei, cap. 27.

Quantum inter filium Dei & hominem interest.

LECTIO

LECTIO XXVI.



DAM, & nostræ speciei commune nomen Hebręis est, ac primi quoque hominis proprium, in quo & natura, & pacto continebamur omnes, qui ab eo deinceps progeniti sumus, quos & propterea in eo sæpe alloquitur: & vt Latinis vel ab humo homo, vel quod malunt quidam ἀπὸ τὸν ὅμον, quod consuetudinem, & vitæ coniunctionem colat; ita Hebręis, Iosepho *Lib. 1. cap. 2.* referente, à terra rubra Adam dictus est, ex qua (vt aiunt) Adæ corpus compactum fuit, quod hoc genus glebæ mixtum aqua, facilius compingatur fortiusq́; conglutinetur. Quamobrem & figulos aiunt ex hac sua vasa formare, vbi commodè possunt. Voluit igitur Deus, vt Adami corpus esset eximiæ robustum, & præclarè compactum: hoc verò quamobrem, nisi, vt diuturnum maximè esset, & contrarijs fortius reluctaretur? Vnde & vixisse illum, & quotquot ab eo ante diluuium geniti sunt, annos fermè mille scimus, vt quemadmodum excellit homo temperamento alios omnes animantes (quod & sensus tactus, nostraque officia, & operationes manifestè probant, & Auicenna in cap. de complex. atque Galenus libro 1. de temp. cap. vltimo & alibi, & Aristoteles denique in libello de longitudine & breuitate vitæ testatur) ita fortasse corporis Adæ constitutio & temperatura reliquorum omnium hominum corpora, æqualitate quadam, ac perfectione & elegantia prorsus transcenderit (excipio veruntamen Christi Domini nostri corpus, quemadmodum sequenti capite cumulatè dicturus sum.) Vnde & percipere excellenter ille ac sentire sensilia omnia, hoc est, & quæ prodessent, & nocerent maximè poterat, si eius corporis naturam spectes: quanquam si donum iustitiæ originalis respexeris nullo certè dolore tunc temporis affici poterat, ac ita audiendus S. Tho. est 3. q. 46. art. 6. Peccata igitur Adamo & nobis vitam non modo decurtatũt, sed in mortem quoque (proh dolor) commutarunt. Rom. 5. Quamobrem immeritò Theophrastus & Plinius naturam accusarunt, quæ homini tam breuem vitam dederit, vt coruus, elephas, ceruus, ac si qua hoc genus sunt animalia longiorem eo vitam habeant, quibus & Lactantius in lib. de opif. Dei, satis commodè respondet. Sed & fortè ex hoc terræ genere Opifex præterea Adamum finxit, vt inde tanquam porrecto indice Angelis præsignaret, ac veluti præmonstraret, futurum hunc esse paulò postea rubrum, hoc est, minimè purũ & candidum, sed infectum videlicet, & præuaricatorem. color enim rubeus malè in Scripturis audit: etenim peccata insigniora *Rubeo filo*, Esaiæ 1. cõparantur, & Psal. 50. existimantur vocari *Sanguines*, vt visa proinde sit, nõnullis Cabalistis hæc nomẽclatura ominosa & infausta. Sed & ĩtelligimus præterea reliqua aĩalia nõ fuisse ex eo terrę genere cõpacta. Etenim similiter Adam dici possent. Quãobrẽ Phylo ait, Adã crassã quãdam ex qua cõpacti sumus, materiã significare, quę tñ simul insitã sibi mentẽ habeat. Et D. Aug. inde arbitratur ex quattuor Mundi præcipuis partibus terrã illã fuisse desumptã, qđ quattuor Grecæ litteræ, ex quibus cõponitur vocabulũ hoc, facilè aptẽtur, vt id significet. Nã vti meditatur. Primum A, significat *Anatoli,*

T 2 Orien-

Orientem, D, *Disin*, Occidem; posteriorē A, *Arton*, Aquilonem; denique M, *Mesinuriam*, Meridiem. Quæ profectò acutè magis excogitata fuerunt quàm aptè: sunt etenim huic loco prorsus intempestiua, in quo de nomine Hebręo loquimur. Hebreæ enim litteræ longè aliam ac planè diuersam intelligentiam pariunt. Porrò autem D. Hiero. in quæst. Hebraicis eruditè admodum & disertè monet, non esse ex peregrina lingua vocabuli alicuius Ethymologiam sumendam. Nomen igitur sortitus homo est à terra, hoc est, ab ignobiliori sui parte, nempe à materia, ex qua primùm prodijt, vt Latinè dici possit Terrestris, vel Terrenus: ad quam nomēclaturam allusit Paulus 1. Cor. 15. inquiens, *Primus homo de terra terrenus*. Non tamen satis assequor, quomodo his verbis Paulus Adæ vocabulum in Græcam vocē transtulerit, sicuti lego quibusdam visum esse: si quidem Græcè ideo *Antropos*, dictus est, quòd solus inter animantia ea quæ conspicit, meditatur expenditque: quomodo Plato in Cratylo ait; non autem quòd luteus, sicuti Hebręis: quam fortè ob causam eorum consuetudine, Adam pro plebeio obscuro, & quem Latini terræ filium appellamus, frequenter capiunt, sicut & *Is* pro primare, & qui vel natalium splendore vel alijs de causis eminet, & conspicuus est. Denique ideo à terra dictus etiam est, vt suæ crebrò memoraretur originis (nominis enim sui nemo obliuisci potest) indeq; veluti admoneretur fastum & elationem penitus auersari. Eccles. cap. 10. *Quid superbis terra, & cinis?* Etenim animal hoc à peccato tumidum est, arrogans, ferum ac interdum quoque truculētum, vt rectè, grauiterq; quidā dixerit:

Hoc quoq; contendit Gaspar Verrerius contra F. Arriū in fictitio Beroso.

Fertur Prometheus addere Principi,
Limo coactus particulam vndique,
Dissectam, & insani leonis,
Vim stomaco apposuisse nostro.

Odit autē, & execratur Deus superbos, & perduelliones Esaię 7. Luc. 1. Iaco. 4. 1. Pet. 5. Quamobrem videas frequenter vocem *Hominem* in sanctis litteris malè audire. Psal. 9. Rom. 3. Cor. 3. Et vt secundùm corpus *Adam*, ita secundùm animam *Enos* nuncupatus fuit, vti D. Hier. in quæstio Hebraicis, & Eusebius lib. 11. de præparatione. cap. 4. adnotarunt. quam vocē quidam miserum, mœstum, pauidum, desperatū, & deniq; inconsolabilē significare dicunt: quæ vix vera esse puto; & pertinere ad statū peccati non dubito, si vera sunt. Arridet autem magis (quod Eusebio quoq; visum verius est) vt ab obliuione deductum fuerit, quòd nimirū oblitus beneficiorū Dei ingratissimus illi extiterit, pareteq; infęlix & insanus contempserit, vt proinde vtriusq; nominis impositione præmonstrauerit Opifex quid deinceps ei subsequuturū erat, nequis vnquā sibi in animum inducat nō præuidisse illum hanc insignem primi hominis ingratitudinem. Etenim & Abrahæ, ac permultis, quid eis venturum esset, præmonstrasse impositione nominum Scripturæ produnt. De qua re scripsimus in Epist. ad Hebręos.

Hiero. ab Oleastro.

Obseruabis autem terram illam, ex qua Adæ corpus compactum fuit à Dei maledictione tunc temporis fuisse immunem: vt si secundus Adamus prioris Opifex & Rector ex sancta, & intemerata Virgine, nulli subdita peccato, aut maledictioni corpus desumpserit, desinas admirari.

Iam

Iam verò & hoc accuratissimè nunc mihi perscrutandum est, quomodo Deus hominem ad sui imaginem similitudinemque effecerit. Etenim commentarijs quibusdam visum est, latum esse discrimen inter imaginem, & similitudinem, hoc præsertim argumento: quoniam si vtraque vox vnam & eandem rem significaret earum, altera omnino esset superuacanea: & ita profectò D. Aug. in libro octuaginta trium quæstionum excurrit ac raciocinatur, nec iniuria: meliores enim Philosophi præsertim autem Auerr. non vno duntaxat loco, sed pluribus arcent à doctrina demonstratiua synonimas voces, quòd illa perfectior sit, quàm vt superuacaneum quidpiam vel patiatur vel admittat. Quid igitur de sacra Scriptura, quæ celsiori & splendidiori loco posita est sentire debemus? Recentiores tamen quidam ac in sancta lingua egregiè docti, vtranque vocem, vnum & idem hoc loco Hebræis significare dicunt, sed ita tamen, vt posterior (vsu an verò natura non exponunt) augeat, amplificetque priorem; voluntque hunc esse horum verborum genuinum sensum: *Faciamus hominem nobis quàm simillimum*. qui certè commentarius multum præ se fert probabilitatis: Et si enim imago & similitudo inter se ita secernantur, sicut secerni species & genus solēt: (nec.n. quicquid alteri simile est, protinus eius imago dici potest; sed necesse p̄terea est, vt eius naturam ac speciem referat, ac vt ab eo deductum etiam sit & exemplatum) & proinde similitudo latius imagine suapte natura patet, vti loco citato D. Aug. vidit, estq; (vt Sancti Thomæ verbis loquar) quoddam eius præambulum genus. nihilominus non in hac capitur pressa significatione vbiq;, sed interdum quidē pro nota, ac veluti periphrasi, quæ perfectionem imaginis aperit. Nam cùm imagines exactè fuerint assequutæ exemplaria, similes, & cùm non exactè, dissimiles, aut minus similes, vulgo quoque dicuntur: & in hac significatione capta, idem re est similitudo cum imagine, nisi quòd auget, manifestatq; perfectionem imaginis: quo pacto potuit in præsenti capi, vt proinde posterior vox nec synonima sit, nec superuacanea: fungitur enim proprio munere, & præstantiam prioris cùm auget, tum explicat: estque mihi non leuis coniectura, sic capiendam esse, quòd superaddita sit imagini, & non fuerit antea posita: si enim dixisset, *Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram*, existimare potuissemus Opificem à genere ad speciem fuisse progressum: atqui retrorsum dixit, nempe, *Ad imaginem & similitudinem*, vt indicasse nobis sensum hunc videatur, *Ad imaginem vtique nobis quàm simillimam*, hoc est, quæ nos quo ad fieri potest, repręsentet & exprimat: à qua significatione, non longius abijt doctissimus Poeta, cùm Reginam, ita dicentem inducit:

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Corpus enim ideo nostri imaginem nuncupat, quoniam illud (cumprimis est quod oculis præsertim & vultu) animi affectus, quos etiam perturbationes Latini nuncupant, Scholastici verò passiones, atque adeò animam quadantenus repręsentare, & veluti coram sistere spectatoribus solet, quā profectò solā esse hominē; & Plato in 1. Alcibiadis, & hic Vates ac Prisci cōplures sunt arbitrati. Cic. li. 3. de Oratore. Imago animi, vultus est; *Psal. 72. imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*

indices oculi D. Aug. in regula. Impudicus oculus, impudici cordis est nũcius: est enim impudicitia fermè perturbatio, quæ certè motus animi est cũ transmutatione corporis.

Sed age, videamus nunc quò præpositio illa *ad*, spectet: sunt enim qui existimant ad exemplar spectare, in quod tanquam in principium actionis respexerit Opifex, quando creauit hominem. & sunt qui referendam illam esse contendunt ad terminum actionis, hoc est, ad rem effectam, quæ homo fuit. Iam uerò & priores inter se non satis consentiunt quod nam fuerit illud exemplar. Nam quidam proposuisse sibi Opificem in exemplar existimant animam Christi, quam ab æterno, aut certè ab initio & ante sęcula absolutissimam effecerat, ac deitati iunxerat: ac putant ad huius instar Adæ animam hac sexta Mũdi die illum creasse. Horum igitur verborum, si hos audiamus, hic erit sensus: Faciamus hominem animæ huic quę nostra imago est, quàm simillimum. Sed peccat multis modis hic commentarius, & hæreticus est. Etenim & Christi anima, in eius dumtaxat conceptione, creata fuit: & locus ille Ecclesi. 24. *Ab initio, & ante sæcula creata sum*, de Sapientia increata cumprimis à sanctis Patribus exponitur. & D. Hilarius in lib. de Synodis aduersus Arianos Anathematismo, quinto causam affert, cur hoc loco creata dicta fuerit: quia nimirum absque Patris vlla mutatione prodijt: (creator enim non mutatur) quamobrem, & genita quoque ibi nuncupatur, vt accepisse naturam Dei Patris intelligeremus, quam tamen nulla creatura accipit. Beda igitur Doctor alioqui iure & meritò venerabilis, referente Magistro. 2. d. 16. visus est ad exemplar increatum illam præpositionem retulisse (ad essentiam videlicet Trinitatis:) Sed reijcit Magister hunc commentarium tanquam improprium: etenim aliud est exemplar, & aliud imago: etenim imago correllatiuum exemplaris est, & impropriè nimis nunc dicta fuisset exemplar. Argumentor & ego, quoniam & quando Opifex cætera quæque animantia effecit, in suam respexit essentiam, tãquam in exemplar, vnde illa omnia deduceret, quanquam nõ vt repræsentantem tot suæ bonitatis gradus, quomodo, quando hominem effecit, scita illa hemistichia sunt, *Tu cuncta superno ducis ab exẽplo*. & nihilominus nemo rectè diceret Deum fecisse reliqua animãtia ad imaginem, & similitudinem suam: ergo planus & verissimus commentarius ille est, quem & Sancti omnes docent, & communiter omnes intelligunt, vt terminum diuinæ actionis illa præpositio referat, huncque sensum faciat: Faciamus hominem, qui imago quædam nostra sit, ac nobis similis, & soli homini in sensili Mundo hoc honoris & dignitatis indultum est: hic eius eximius ille & singularis honor est, incredibilisq; gloria, qua donatus ab Opifice solus fuit, quã & Ps. 8. Dauid commemorat, & non modò effusè lætatur, sed nos quoque omnes ad laudes, & gratiarũ actiones Opifici persoluendas copiosè & ornatè excitat. Vnde homo cæterorum animalium Dominus, & princeps effectus fuit: quia Dei imago est: quemadmodum Eusebius in Catena illius Psalmi eleganter excurrit. Quęritur: ergo quænam denique sit excellens hęc Dei imago in homine. Et sanè Hieronymus ab Oleastro nouitius interpres tãquam res in aperto sit, nos ad D. Paulum

Sic Pastillus et alij quidam.

Hiero. ab Oleastro.

ad

ad Ephes.4.reijcit: sic enim ibi legimus, *Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite uos nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis.* Affirmat igitur Apostolus, vt hic doctor existimat, Dei imaginem fuisse in Adamo iustitiam, sanctitatem, innocentiam, & Deiformes virtutes reliquas. Et huic loco consentiunt verba eius. Coloss.3. *Renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit illũ.* & 1.Cor.15. *Sicut portauimus imaginem terreni portemus, & imaginem cœlestis.* & 2.Cor. 3. *Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eundem imaginem transformamur.* Denique & sanctorum Patrum multis testimonijs stabiliri hæc opinio potest, Irenæi libro quinto, Cypriani in tractatu de habitu Virginum, Theodoreti sæpe, & cumprimis Dialogo secundo. Ad quam tamẽ sententiam euertendam illud afferri potest, quia inde patenter sequitur, vt Adamus confestim atque peccauit, Dei imaginem amiserit (quod Epiphanius Origeni ad hæresim olim imputauit, atque adeò, vt nos eius posteri, cùm nascimur, nequaquam ad Dei imaginem simus, in peccatis enim gignimur Psal.50. quamobrem, & nascimur fermè omnes *Natura filij iræ,* Ad Ephes.4. aut certè (vt volunt quidam omnino.) quod verbo Dei repugnat, Gen.9. Etenim Deus hanc à diluuio, (atque adeò post peccatum) legẽ omnibus hominibus promulgauit, *Quicunque fuderit humanum sanguinem fundatur sanguis illius,* & causam affert, *Ad imaginem enim Dei factus est homo.* Et rursum, inde sequitur, vt quoties à regeneratione peccamus, hoc est, adeptam sanctitatem violamus, toties quoque Dei imaginem non modo polluamus, sed etiam amittamus, & cum in Dei imagine tanquam in solida quadam basi erectum fuerit & stabilitum hominis dominium, de quo paulò postea dicturus sum, hoc quoque eueniet, vt amissa hac Dei imagine, gratia videlicet & sanctitate, eucstigio dominium à nobis in vniuersum tollatur. Quæ videtur fuisse opinio Armacani libro decimo, cap.4. & Ioannis Vs, ac Vuiclefi, quam Auctores Catholici magna nunc consensione repudiant. Ac profectò ius acquirimus hac ipsa imagine, quæ gratia, iustitia, & sanctitas est non in res fluxiles, & caducas, sed in cœlestes, ac diuinas, qualis est sempiterna fœlicitas: vt proinde dixerit Paulus Rom.8. *Si filij & hæredes,* quemadmodum contra Gersonem, & Corradum qui Armacano vicina propemodum docuerunt, Dominicus Soto, libro quarto de Iustitia & iure.q.2. eruditè scribit. Secundò, non satis exploratum Catholicis omnibus est, Adamum creatum fuisse in gratia & sanctitate, quinimmo non desunt clarissimi alioqui, & grauissimi viri, ac Scholarũ antistites, qui id constantèr inficiantur & Concilium Tridentinum decreto 6.cap.1. & 2. *Anathema in eos pronunciat, qui negant Adamum ante lapsum fuisse constitutum in gratia,* creationem silentio obruens. atqui illam Dei imaginem in Adamo nunc inuestigamus, quam certum est in sui conditione habuisse. Tertiò, aduersatur his D.August. in lib.10. 14. & 15. de Trinitate quem Magister & Scholastici omnes sequuntur in primo dist.3. & secũdo, dist.16. Affirmant enim omnes imaginem hanc esse nobis congenitam, deque natura & essentia hominis. At verò Deiformes illæ virtutes non sunt de natura hominis, sed accidentia, & dona liberalitate Opificis ei super addita,

Seueriani verba sunt: Quid autem est secũdum imaginẽ vult Deus nos imitatores eius esse secundum virtutem Deus sanctus est, si sancti erimus ad illius imaginẽ erimus &c. Idem quoq; & Cyrillus &c.

Theodoretus tamẽ alibi aliter sentire videtur vt inferius dicturus sum.

In Epist. ad Io. Hierosolymitanum.

per addita: non igitur res hæc ita in aperto est, vt satis sit ad illam exactè expediendam, lectores ad D.Pauli loca relegare, quinimmo visa est D.Epiphanio lib.3.aduersus hæreses vsque adeò obscura, & sentibus hinc inde obducta, vt adductis reiectisq; opinionibus permultis, dixerit soli Deo notum esse, vbi, & quo imago eius in nobis existat. Itaque sic ego sentio: Geminam esse Dei imaginē in viatoribus, naturæ videlicet, & gratiæ, generationis, & regenerationis, hoc est, alteram quidē carnis procreatione, & reliquam Spiritus sancti largitione adeptam: & priscos quidem Patres vtranq; probè agnouisse, scripta illorum testatur, quamq; eorum quidā de vtraque promiscuè verba faciunt, vt ob id perspicacem, solertemq; lectorem hac in re expetant. Eucherius tamen, & Isidorus (ab Aug. edocti) vtranq; ita inuicem secreuerunt, vt priorem vocari hic imaginē, posteriorē vero similitudinem dixerint. Et propterea imaginē esse oīum, similitudinē verò paucorū; hominemq; peccando nequaquā amittere Dei imaginem: (nec enim peccatum naturam penitus obruit) sed solam similitudinem, quam non natura, sed voluntate consequimur. Nec refragatur Magister 2.d.16. Et vt vides similitudinem non pro genere imaginis, sed pro condiuisa quadam ab ea specie, & quam hæc contingenter subsequitur, intellexerunt. Certissimum proinde esse debet, nos alteram Dei imaginem natura habere, & reliquam regeneratione, & dono Spūs sancti. Veteres sanè Antropomorphytę, priorē esse existimarunt venustam illam & elegantem humani corporis constitutionem, atque effigiem, qua præcellimus cætera animantia omnia: quod & Epicurus quoque in 1. de natura Deorum fatetur, & quam non vno loco Scripturæ sanctæ Deo attribuunt. Sed cùm Ioan.4. Dominus dixerit, *Spiritus est Deus*, & præclara omnis Philosophia viuacissimis argumentis demonstrat, Deum esse cuiuscunque corporis materiæq; expertem, actumq; purissimum & simplicissimum, & proinde constet, & corpus & membra per metaphoram dumtaxat Deo adscribi, meritò eruditi oēs tanq̄ crassam & stolidam hanc intelligentiam auersati perpetuo sunt, & Ecclesia dudum illam proscripsit. Extat lucubratio nobilis sanè, & lectione dignissima, in 4. Tomo operum D. Hieronymi, parte prima, quæ de his quæ Deo in Scripturis sanctis attribuuntur, inscripta est, ibi & confutatur hæc hæresis, & exponuntur Dei membra magna diligentia & perspicuitate. Quamobrem perpendant diligenter Catholici, qui Deum, aut in formando Adamo, aut etiam in venustando mundo corpus veluti humanum tantisper sibi compegisse, aptasseq; existimant, num & si velint ab hoc hæreticorum commentario & sñia longius prudentes abire, ne rerum tñ consequentia ei etiam nolentes cogantur subscribere: Quāquā sanè mihi, & sæpe & accuratè cogitanti, hoc fermè in mentem venerit, parum, aut nihil interesse inter recētiores istos qui Deum cōpegisse sibi corpus, cùm mundū expoliuit, & Adamū formauit, existimant, & veteres illos Antropomorphytas, si rē ipsam tñ penitius inspiciamus. Neque.n. cogitandum est, hos existimasse Deum ita esse corporeum, quomodo lapis ille ac terminus, à Romanis Deus habebatur qui in Capitolio erat, hoc est, qui nec sentiret quidquam, nec viueret. quis hoc credat, de Tertulliano præsertim quē cum his nostri recensent, adducti

Opin. Auctoris quæ & fermè communis est.

Admonentur q Caietan. aut ab Oleastro sequū tur.

Theodorus ī Cathena etiā Melitum quendam cōmemorat qui ꝑ antropomorphitis, cōmentaria ediderit.

verbis D. Aug. de hæresibus ad quod vult Deum, cap. 86. Nam hoc est, clarissimorum Doctorum, de huius ingenio & eruditione iudicium, Lactantij videlicet lib. 5. Institutionũ cap. 1. D. Hiero. de Viris illustribus, & alibi; ac deniq; Vincentij Lirenensis aduersus prophanas hæreseon nouitates, vt fuerit excellenti admodum ingenio præditus, ac Vincentius ille eum existimat esse Doctorum Latinorum facilè principem, & qui oẽm philosophiã, & cunctas Philosophorũ sectas, auctores disciplinas, omnemq; historiarũ, & studiorũ veritatẽ mira quadã capacitate cõplexus sit. Quis hoc igitur de eo existimare poterit? Quis, inquam, eo insaniæ, & stoliditatis lapsum fuisse credat, vt Deum inanime quodã corpus effecerit? Qũo Deus creasset mundum? qũo regeret? loqueretur hoĩbus? & deniq; qũo non ẽt plantis deterior esset? Sunt. n. viuentia meliora, non viuentibus. Sed video me in re notissima demõstranda frustra verba profundere: nam & aliud est Deũ esse corpus, quod ex nostris nullus sanè dixit, aliud verò esse corporeũ, qũo ij esse asseuerabant. prior illa sñia ad stupidos illos & crassissimi ingenij hoĩes spectat, qui non valentes transcẽdere imaginationem (vt loquitur S. Th.) ens & corpus conuerti dixerunt. Quid igitur existimauit de Deo Tertullianus? hoc certè mihi pronunciare difficile magnopere est, licèt eum cum Antropomorphytis, vt dixi, ac ẽt Vadianis, (nam vtroq; noĩe hi hæretici appellantur à nostris, nec tñ causam quis affert, cur Vadiani dicantur) non modo reponant qui de hæreticis scribunt, sed etiam auctorem fermè faciant cumprimis Alphonsus aduersus hæreses, quod mihi certè est magnopere ambiguum. Nã hæretici illi huius generis corpus Deo adesse arbitrabãtur cuius humanum imago & simulacrũ sit, ad illius. n. instar plasmasse Adamum contendebant. Atqui D. Aug. refert, Tertullianum dixisse, Deũ quidem esse corporeum, sed non effigiatum, hoc est (vt mihi quidem videtur) non figuratum, atq; adeò quod termino caret, & finitum non est: qũo ergo id ipsum sensit Tertullianus, quod Antropomorphytę? nisi Alphonsus dictum acceperit non effigiatum, pro non aliunde deductum, aut expressum. sed cui, rogo, in animum venire poterat Deum aliunde suum corpus deduxisse? non erat certè periculum vt cogitaremus exemplatum fuisse, ac secũdum quòd exẽplar, & primum oĩum corporum est: & proinde nihil noui, nihilq; solidi Tertullianus attulisset. sed quale sibi corpus potuerit hic doctor hoc diuinũ finxisse, sine effigie videlicet & sine figura, cõsequi ego nõ possum, licèt Philosophi quidã talẽ quoq; sibi primã materiã cõfinxerint, ac legisse me apud quẽdã, recolo, eorũ quosdã existimasse ẽt, eam esse Deũ, quo certè nihil absurdius & inopinabilius aut esse, aut de Tertulliano cogitari põt: vt proinde subierit mihi suspicio, ideo illud ineffigiatum nuncupasse, quod à nullo creatorũ corporũ aut fuerit expressum, aut ẽt repræsentari, ac exprimi reuera posse. Quod si ita esset, hoc quoq; certius esset, q̃ vt probatione indigeret, fuisse hũc Doctorẽ à Vadianorũ sñia lõgè alienũ. sed quicqd ille existimauerit, ij ꝑfectò hæretici diuino corpori nřm simile faciebãt, vt dixi, ac tãta cõtẽtione & æstu, vt Monachi ægypti plures deliberauerint, sicut Socrates lib x. Hist. tripartitæ scriptũ reliqt, Theophylũ, Alexãdriæ Epm, cõcionib. & scriptis eos oppugnãtẽ, aliqñ interficere, qd & pfecissent,

Hos recẽtiores qui de Hæreticis scribunt, Vadianos quoque appellant.

Alphonsus à Castro.

Niecephorus libro 13. ca. 10. atq; Theophylus, inquit, persape in Ecclesia eos perstrinxit qui de Deo tam crasse opinarentur vt humana forma eum esse existimarent quam sententiam in Epistolam quoque retulit etc.

sent, nisi ille se in eorum concessisse sententiam in primo congressu simulasset. hoc verò etiam existimat Hieronymus ille ab Oleastro, qui nihilominus posset existimari vel hoc ipso alienus ab eorum sententia, quòd cùm illi putarent, corpus illud esse Deo coæternum, ipse tamē malit initio Mūdi fuisse compactum & assumptum. Verùm hoc de Antropomorphytis, nemo quod nouerim prodidit, & si dubia interpretanda in meliorem partem sunt, hoc est, quæ reo sit magis fauorabilis, est certè rationi consentaneum id ipsum eos existimasse quod Oleaster, videlicet vt in formationem Mundi illud sibi Opifex corpus aptauerit. sed fateor aliud cogitari posse inter vtrosq; discrimen, vt videlicet hæretici illi existimauerint, rerum omnium Opificem illud semel à se assumptum corpus nunquam postea, aut dereliquisse, aut deposuisse, (quod de Christi Domini, diuinitate & corpore, Damascenus, & catholica fides docet) & hoc, quia nullibi Scriptura hoc dicit (Tertulliani enim hęc verba sunt, *non recipio quod extra Scripturam de suo refert* in libro de carne Christi contra Marcionem) immo verò frequentissimè humani corporis membra ei patenter adserit, quæ si licet simpliciter & absque tropo intelligere, quorsum, rogo, ad methaphoras, & figuras confugimus? num autem senserit Oleaster, Deum illud corpus omnino deposuisse vt suum confecit negocium ille ipse Oleaster mihi in dubium non semel adducit: nam Exodi. 33. & Num. 12. scribit, Deum coram Mose in humana effigie pertransisse, ac sanè per se ipsum, non vero per intermediam & suppositam creaturam, cuiusque posteriora viderit Moses, non faciem: & Caietani interpretationem, sola sua auctoritate repudiat, hoc verò quid aliud indicat, nisi retinuisse sibi Deum illud semel assumptum corpus? nam quorsum illud deposuisset aliud postmodum assumpturus? Rursum, cùm Gen. 9. Dominus ait. *Quicumque hominis sanguinem effuderit, effundetur sanguis illius, quia ad similitudinem Dei factus est homo*, causam hanc ille perpendens ita scribit, *Ex quo constat hominem non solum in anima, sed etiam in corpore esse, ad similitudinem corporis humani à Deo assumpti, alioqui hominem qui occideret non diceretur Dei imaginem destruere, non enim animam destruit rationalem quæ incorporea est.* & hæc quidem & alia plura, ille, in quibus tot fermè errata notare lector eruditus poterit, quot verba. Sed digredi nunc minimè vacat: in hanc enim causam hæc ego nūc latius persequutus sum, vt vobis multa circunspectione opus esse ostenderem in legendo hoc auctore & in secernenda eius de diuino corpore opinione à sententia Vadianorum, & demum vt non deesse mihi coniecturas probarem quibus dici possit, vtranque sententiam in vnam fermè coire, atque adeò tutissimum esse consilium ab vtraque longius ire. Nam quicquid de Oleastro sit, Vadianos certè cōis doctorū consensus iampridem ex Ecclesia & meritò profectò proscripsit. Quanquam non satis video, cur aut excusantur, aut etiam accusantur rusticanæ simplicitatis à nostris, præsertim verò cùm in eorum classe Tertullianum reponāt: & si enim videantur Scripturę sanctę aduersum eos manifestè pugnare, non deerant illis tamē (vt opinor) sicuti nec desunt hæreticis omnibus glossæ, ac strophæ, quibus sese melius quàm nostri eas intelligere & interpretari arbitrarentur. Nam cùm illis

lis

lis Domini sententia, Ioan. 4. obijceretur, *Spiritus est Deus*, fatebantur (opinor) ita esse, sed qui tamen corpori esset vnitus. Rursum, *Spiritus carnem & ossa non habet*, Luc. 24. qui tñ potest esse corporeus & corpus, sicut est aer &c. Adhæc, cùm dicebatur Dei magnitudinis nullum esse finé, & nihilominus, si figuratus ille esset, etiam esset finitus, circunscriptus, ac nec totus vbique, neque quicquid in eo est, esse perfectionis infinitę; huc sese fortè recipiebant, aliud esse de diuinitatis natura & perfectionibus seorsum loqui, aliud de eius illo corpore, quo vtitur; & proinde Scripturas, & rationem humanam Deo simpliciter multa adscribere quæ illius corpori non modò non insunt, sed etiam repugnant, ac à Domini nostri diuinitate & corpore exempla fortasse mutuabant. Nec inficiebantur, vt arbitror, multa quoque dici de Deo vero per translationem, sicut illud est, *Cælum mihi sedes est, & terra scabellū meorū.* Hæc ideò profero nunc, vt videat Prateolus, quam doctissimè argumentatur Alphonsus à Castro aduersus hos homines lib. 5. contra Hæreses: oportuisset enim & illis occurere quæ cóiectari vir doctus poterat, eos fuisse responsuros: nec enim probabile est, eos hæc omnia & alia plura & nó audisse à Theophylo doctiss. Epo, & in Scripturis nó legisse: sed & minus solida eis ratio videri potuit, quàm D. Gregorius Nyssenus in vita Mosis adduxerat: siquidem sibi capit omne corpus esse solubile, ac inducere multis verbis, inde conatur Deum si corporeus est, esse solubilem: cùm tamen hoc duntaxat sequi videatur, corpus illud esse solubile, non Deum, illudque natura, non verò quod aliquando dissolutum ibitur: nemo igitur similibus rationibus se posse erroris conuincere nunc temporis Oleastrum, putet, aut Vadianos, ob illas cumprimis à nobis vocari hęreticos, sed quàm maximè quòd à communi planaque & recepta intelligentia Scripturarum & sanctorum doctorum, Ecclesięque iudicio vltro ac scientes recessérint.

Aut certe per hyperbolem.

Cæterùm, extat in 4. Tomo operum D. Hieronymi lucubratio nobilissima, quæ explicat, quo nam pacto capienda sint membra quæ Scriptura Deo adscribit, ac Greg. quoque Nyssenus in vita, Mosis de re hac eruditè scribit: vt planè frustra nunc esset de his plura disserere. Rogarem tamen illius opinionis sectatores quo munere fungitur Deus in illo corpore nūc, si illud sibi adhuc retinet? in quem vsum, rogo, illud inhabitat? an vt ab hominibus conspici possit, si quando ei adlubescit? quis hoc credat, cùm Paulus & tota Scriptura illum esse inuisibilem testentur? Sed dicent, Et nihilominus à Mose, ab Esaia, & à Daniele visus fuit. Verum est, ò bone; sed vel formata in eorum fantasia aut mente specie aliqua eum representante, aut certè intermedio aliquo Angelo qui perinde tanquam ipse esset, cuius erat nuncius, loquebatur. sed esto sic olim fuerit, quid verò nunc quando Deus homo factus est? nonne Dominus dicit. Ioan. 14. *Qui videt me, videt & patrem &c*? Amplius, si corporeus erat, cur Hebræis dudum vetauit ne simulacra sibi aut imagines erigerent? an, quia inefigiabilis est, aut quia nepharium arbitrabatur, meliora deterioribus assimilari? Atqui Vadiani dicunt, Adamum ad eius effigiem fuisse factum: ergo & representari, ac exprimi non modò poterat, sed & voluit. Sed & quorsum maiores nostri Ec-

clesia

clesia lumina, atque etiam ipse Tertullianus in Apologetico, tantopere Gentiles quosdam laudarunt, qui in suis eorum templis nullum simulacrum haberent, nullum idolum? quod & Rex Numa Romanis lata lege etiam vetauit, quemadmodum Dionysius Halicarnaseus, & Plutarchus, Viri grauissimi, litterarum monumentis tradiderunt. incorporeus igitur Deus erat, ac proinde nephas etiam erat tunc temporis ei simulacra & imagines erigere: quia mendacium erat, & imago id quod non erat falsò indicasset: quæ sanè ratio nunc prorsus euanuit, quando, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, quod vtinam aduersarij nostri serio perpenderent. Non ergo imago Dei quærenda in corpore Adæ est, sed in anima & mēte: quod & inde quoq; intelligi vtcunque potest, quoniam vix quispiam euaderet, quin præter hominem, alia quoque essent animalia, quæ Dei imagines dici possent: quod magna quoque consensione omnes negant, & vestigia vix esse velint. Nec proferam simiam hîc, quam antiquitas nobis quàm simillimam esse putauit, cùm reuera nobis admodum sit dissimilis & Neteidem Theodori Gazę, quæ pubetenus muliebri forma erat, reliquo verò corpore locustę similis, sed tamen squamis obducta: & cùm suspiria & lachrymas sæpe emitteret, eam Theodorus (illius miserta) mari reddidit: hæc, & id genus animalia longo interuallo ab hominis forma recedunt, & si præ cęteris nobis notis videantur propius ad illam accedere. Hoc certè non omittam, quod Cardanus de Varietate cap. 7. ex Cornelio Amsterodamo recitat, in oppido Edam Pomeranicæ regionis, post seuas maris tempestates eiectam inde mulierem mutam & salacissimam fuisse, quæ pluribus annis superuixerit. Piscis hęc proculdubio erat, cùm è mari in quo degebat eiecta fuerit, & muta penitus esset. Rursum præditus erat humana forma cùm mulier dicatur, & rectus proinde incederet; quid igitur vetat, ne & ipse ex horum sententia fuerit secūdum formam corporis, ad imaginem Dei? licèt non ita fortè perfectè vt sumus nos. suspicari certè non audeo grauissimos istos homines lectoribus imponere voluisse, ac ob id esse mentitos, qui ergo illam peremisset, criminis reus atque adeò morti obnoxius secundum leges fuisset, quia (vt ait ab Oleastro) Dei imaginem destruxisset? Quis hoc dicat? Nō igitur in corpore vt rursum repetā, sed in anima quæ melior hominis pars est, imago hæc quęrenda reuera est, quemadmodum Catholici meliores cùm prisci, tum recentiores senserūt.

Origenes hic: Non enim corporis figmentū imaginem Dei continet

Aug. lib. 3. de Gen. ad litterā, Non corporeis lineamētis, sed quadam formę intelligibili mētis illuminati.

Quāquam non satis conuenire inter se videntur in explicando modò & ratione, qua illa melior nostri pars Dei imago sit: quinimmo videri possunt syluam opinionum quandam effecisse: etenim hoc ipsa illam esse Dei imaginem nonnulli affirmant, quoniam immortalis est, & vitæ perennis, quemadmodum & Deus qui solus habet ex se immortalitatem. 1. Timot. 6. & hanc Auctor lib. de quantitate animæ cap. 2. sequitur. & planè vbi Sapiens cap. 2. veteri interpreti ita loquitur: *Quoniam Deus creauit hominem in exterminabilem*, Vatablus vertit, *Creauit hominem ad immortalitatem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum*: potuit certè auctor copulam, Et, in vi causæ, hoc est, pro Quia, accepisse, &, *Hominem*, pro anima per prolepsim: & fortè huc quoque D. Aug. q. 33. in lib. Numeri respexerit, quando

affirmat

affirmat nullibi nostræ animæ immortalitatem splendidius in veteri testamento haberi, quàm in lege Mosis. Sed & Plato in Phedone animam nostram similē Deo fecit, quòd immortalis sit. Sed age discutiamus, & hæc, nam & sententiæ huic illud obstare manifestè videtur, quoniam cœlestia corpora similiter ad imaginem Dei facta dici possent. immortalia enim sunt, & indissolubilia, vel Dei voluntate, vt Plato, & sectatores eius voluerunt; vel etiam natura, vt Peripatetici.

Examinātur opiniones.

Alios ergo videas, qui in eo sitam esse imaginem hanc existimant, quòd ad instar Dei omnia viuificantis, fouentis, mouentis, & gubernantis nostra anima in suo corpore vbique tota vigeat, totum viuificet, moueat, atq; pro libitu moderetur, nec sit in maioribus corporis membris, maior, aut in minoribus minor, sed in minimis maximisq; penitus tota, & proinde magnopere Deo similis: & sic fermè D. Ambro. in libro de dignitate conditionis humanæ excurrit; quamuis & alia nonnulla addat, quæ si nunc afferam, nullius erit frugis. Sed similiter animæ eorum animalium, quæ perfecta dicuntur, imagines Dei dici possent: in toto enim corpore, ac in singulis mēbris totæ sunt, non in maioribus maiores, nec in minoribus minores: inextensæ enim sunt. et ad hæc, sua earum corpora viuificant, mouent, & moderantur. Rursum, argumentor ab opposito. Cum Intelligentia quæ conuertit orbē, nec tota in toto orbe sit, nec tota in quauis orbis parte, sed in certa quadam ac determinata, hoc est, in dextera quæ Oriens est, quomodo Peripateticis visum est, similis Deo, & eius imago dici non posset.

Sunt postremò alij, qui in eo hanc imaginem statuunt, quòd omnibus animantibus homo dominatur, & principatum inter sensiles creaturas teneat, Angeliq; ei administrant, Heb. 1. & ita D. Ioan. Chrysost. Greg. Nyssenus, Theodoretusq; sentiunt, & qui hos omnes edocuit Origenes, vt est videre in Cathena. Psal. 8. & Plato in Phedone, animam Deo similem statuit, quòd corpori præest, ac dominatur. Sed si verū amamus, potestas hæc principandi ac dominandi animalibus, non illa est Dei imago, quā quærimus; sed eius proprietas quædam quæ illam consequitur, sicut & Dei dominiū, ac principatus, non ipse Deus est (licèt Terministæ hoc non abnuerent) sed eius tanquam proprietas, aut, vt loquūtur alij, habitudo inter ipsum possidentem & possessas creaturas: quamobrem & per suum actum definiri potestas solet. Amplius, & ius dominandi corpori ad motum, brutis similiter conuenit, quāquam dominari corporis perturbationibus solus homo possit: non ergo illud dominium imago Dei propriè est. Huic igitur, & alijs id genus animæ proprietatibus, quibus assimilari Deo videmur, nomē, vimq; imaginis interdum Patres attribuerunt, quod perspicerent quasdam quidem earum illum inferre & comprehendere ac ab ea tanquam riuulos à fonte emanare: quemadmodum est hoc ipsum ius de quo loquimur, quasdam vero veluti eius esse isagogicas, & præparatorias, sicuti illæ sunt, quas D. Ambro. asserebat. Proinde statuamus cum D. Aug. lib. 14. de Trinit. c. 8. cumq; insignioribus Theologis, id præcipuè esse Dei imaginem in nobis quod in anima nostra habetur præstantius, atque sublimius, id vero est intellectus, qui & mens quæ venit deforis, qua homo disiungitur à belluis, &

Exponuntur cō mode patres.

Origenes autē qui ad imaginē Dei factus est interior homo noster est. inuisibilis incorporatus incorruptus atque immortalis &c.

ex qua

ex qua totus est æstimandus: est enim id vnumquodque quod in eo potissimum est. 9.Ethic. Nam & Plato, qui quoad potuit nostram animam similem Deo fecit, denique in 2. Alcibiadis nihil in ea diuinius esse dixit, quam quod scit,& intelligit: imago enim cùm sit, non vulgaris aliqua,& quæuis similitudo,sed ea quæ expressiua,repręsentatiuaque speciei,siue naturæ eius est,cuius imago dicitur, vtque ab eo educta & exemplata: inde homo ad Dei imaginem est,q; ab eo ita formatus fuit,vt mente præditus & insignitus esset:est.n.Deus natura intellectualis,aut potius Princeps quidã & summus intellectus,sicq; in præstantissimo rerũ ordine(hoc est,quo nullus excelsior sublimiorq; est) collocaretur. Quamobrem & sequenti cap. ab eo aĩa nostra scribit̃ inspirata;& Iob.32.vocatur *Inspiratio Dei*,Hebraicè autem *Flatus Dei*, vt videlicet intelligamus hanc ita ab intimis Dei prodire,atque solet flatus è visceribus animalium egredi. intima verò illa non intelligas Dei substantiam, atque adeò vt anima de substantia Dei sit:hoc enim prorsus impossibile est,cùm simplicissima sit,ac impartibilis,sed Scripturam sic nobis exposuisse, summũ illum intellectualitatis gradum quo Deus formaliter viuit,& cui nullus in viuentibus gradus alius inuenitur æqualis,in quo anima, cùm sit per mentem cõstituta, inspirata & sufflata, metaphora satis illustri prodijsse ex intimis Dei dicitur.

D.Grego Nazianze in sermone de Natali ait, Vitam quã Deus in Adamum immisit fuisse rationalẽ animam quam Scriptura imaginem Dei appellauit.

Nec obstat primum,quòd Angeli hac ratione exactiorem Dei imaginẽ natura referunt quàm homines:.hoc enim nos vltrò damus, quanquam abnuerit iamdudũ Theodoretus quòd in Scripturis hoc non legatur,quasi Scripturæ disertę omnia nobis exponant, & non etiam collatione & ratiocinatione ex illis permulta viri docti ac excellenti ingenio præditi eruant quemadmodum D.Greg.Papę hoc ex illis Ezechielis cap.28.verbis fæliciter eruit.*Tu signaculũ similitudinis plenus sapientia perfectus decore*,quæ de Lucifero dicta fuisse intelligit,& nos similiter eruere ex illis non possimus, quæ Apoc. 6.& 22.habentur quibus locis Angeli,*Fratres, & conserui nostri* vocantur?est enim anima nostra inter formas quam simillima Angelis,cùm,& simplex,hoc est,immaterialis,& subsistẽs sit,& intellectu prædita,ac denique in vno eodemque vltimo supernaturali fine cum illis conueniat: quod minimè esset nisi ad Dei imaginem illi quoque conditi fuissent.Et rursum,quasi cùm quidpiam aliquorum esse dicatur, inde confestim sequatur id aliorum non esse,quod profectò falsum est.Deus enim in Scripturis sæpe vocatur,*Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.* quid igitur,non est Deus aliorum?sed Paulus ad Romanos 3. ait. *An Iudæorum Deus tantum,nonne,& Gentium.*& vti Ioan. cap.1.dicitur *Et vita erat lux hominum*, Origenes ait,non hominum dumtaxat,sed aliarum omnium rerũ vita est.Proinde cùm dictum est, Deum fecisse hominem ad sui imaginẽ, nedum non excluditur Angelus,quin etiam & multò magis hoc ipsum de eo intelligendum admonuit, cùm sit homine natura maior excelsiorque. Denique D.Dionysius Areopagita vir Apostolicus,cap.5.De diuinis nominibus:& Damascenus lib.2.cap.3.aduersus Theodoretum,& qui cum eo sentiunt stant,vt S.Thomam prætercam.1.q.93. & Scholasticos reliquos in 1. dist.3.

Non

Non est itaque diffitendum, Angelos præexcellentiore sublimioreque Dei imagine præditos homine esse. Nobilissimi enim intellectus sunt, ac Deo magis quàm homines propinquiores, atque adeò qui absolutæ Deitatis caracteres euidentiores, & magis expressos habent: quamuis alia quadam ratione, ac minus præcipua secus sit, vti loco citato idem Sanctissimus Doctor subtiliter, & eruditè perpendit, & persequutus antea latius est Damascenus in libro de duabus in Christo voluntat. & oper. cap. 9. Nec tamen inde sequitur, vt homo dici eorum imago possit: non enim ex eis, sed ex Deo, quemadmodum & illi omnes expressus, atque deductus initiò fuit: imago enim quasi imitago dicta est, & exemplaris correlatiuum est.

Rursum, nec illud obstat, quod D. Epiphanio, nonnullisque Theologis facessere negocium pridem visum est, hominem eiusmodi intellectu esse ornatum, qui vmbra Intelligentiæ à Philosophis vocatur, imperfecto videlicet, ac magnopere tenui, & qui ab intellectu & natura Dei in infinitum fermè secedat: & sicut D. Dionysius loco citato ait, rationalis potius sit quàm intellectualis. Et ad hæc, mens in eo substantia non sit, sed animę rationalis facultas quædam, & vis (modò sequamur S. Tho.) & id genus alia quæ afferri possunt. Hæc enim euincunt hominem non referre naturam Dei exactè, & vt dicitur ad viuum: quod omnes fatentur. Ps. 78. *Domine, quis similis tibi?* & alibi: *Quis similis erit Deo in filijs Dei?* Esaiæ 40. *Et cui similem fecistis eum?* Solus Dei Filius eius imago perfecta & exacta est, inque illius eadem numero natura: non tamen tollunt, quin anima nostra, quanquam alterius est naturæ, vt obscurè ac veluti eminus illum repræsentet, similisq; ei quadantenus sit, & imago eius dici possit. Sunt enim imaginum aliæ alijs perfectiores, imperfectioresq; & æqualitas de ratione imaginis absolutè non est, sed eius dumtaxat quæ perfecta est, & suis omnibus numeris absolutæ: hoc verò perinde est, ac si cum eodem Theodoreto Dialogo secundo diceremus, non esse de ratione imaginis, vt ea omnia habeat, quæ habet archetypum exemplar. Sunt enim permultæ inanimes, & rationis expertes, & quæ corde, iecore, & intestinis carent. ad hæc, non loquuntur, non audiunt, non incedunt: quanquam ergo adsint nobis caracteres Dei aliquot euidentes, & expressi, non adsunt tamen ad vnum omnes. homo enim esset Deus, & proinde quis admirabitur, si homo creatus est, compositus, circunscriptus mortalis, & Deus increatus simplex incircumscriptus & immortalis? quanquam de anima, per quam tanquam per prolepsim homines Dei imagines dicuntur, hæc omnia affirmanda non sunt. Denique Hugo super Genesim, & S. Thomas in prima parte adnotarunt, non hic vocari hominem simpliciter Dei imaginem, sed *Ad imaginem*, quod præpositio *Ad*, significet accessum quendam, aut etiam conatum ad illam: ideoque permultum inter exemplarum, & prototypum interesse. Lusitanus interpres similiter obseruat, Hebræis vocem *Cellem*, quam imaginem plerique omnes vertunt, non significare exactam & illustrem similitudinem, sed perexiguam, & obscuram, qualem nimirum efficit vmbra. & verba hæc ita Latinè reddit,

Rupertus Abbas: Multis tamē modis imago dicitur est enim imago hominis, aut equi pictura in pariete, vel sculptura in ligno, vel lapide &c.

Hugonis verba sunt ad imaginem, quia non est ei usq; quaque similis &c.

Faciamus

Faciamus hominem in vmbra nostra, secundùm similitudinem nostram: vultq; secundam particulam ac vocem *Demuth*, quæ perspicua est, interpretem esse ac manifestatiuam prioris, nimirum *Celem*, quæ obscurior est: quæ certè probabiliter dicta sunt: sic enim D. Hierony. in Esaiam cap. 19. vsu venire sanctis litteris docet, obscuriora verba additis clarioribus euestigio illustrare. Vbi videmus, quo nam pacto mens nostra Dei intellectum repræsentat, videlicet quomodo vmbra corpus: atque adeò intelligimus nos pertenuem & perexiguam Dei imaginem (vmbratilem nimirum) habere, si videlicet cum eo conferamur.

Qui homo perfecta aut imperfecta Dei imago sit. Verùm non conferunt nos Scripturæ, & Patres cum Deo, sed cùm cæteris animantibus, in quibus, cùm nulla sit mens nulla intelligentia, nulla et Dei imago reuera est. Aliud ergo, est hominem Deo comparare, aliud verò sensilibus creaturis reliquis: & quidem Deo comparatus in eius ordine est hoc est, in intellectuali, ac omnium supremo, sed ita vt eminus & procul in immensum à perfectione diuinæ mentis abeat, vt proinde eius imago imperfectissima sit, & vti dicebamus, vmbratilis: At verò comparatus sensilibus creaturis, tantum illis eminet, vt licèt Iouis, plena omnia sint, & Iupiter sit quodcunque vides, quodcunque mouetur (etenim quædam esse, aliæ esse & viuere denique nonnullæ esse, viuere & percipere (quæ Dei perfectiones esse) videntur, participant. 1. Cæli 100.) quia tamen hæc omnia ad ipsum veluti genus Dei existimantur spectare, solusq; homo eius præterea particeps est, quòd videtur ad eius veluti speciem pertinere, nempe intellectus, vt sæpe dixi, ea propter solus ad eius imaginem, & similitudinem creatus fuisse, & solus cuiuscunque boni particeps dicitur, Nec enim ab esse, viuere sentire, & intelligere gradus & ordo alius bonorum reperitur: est.n. postremus horum gradus species veluti specialissima priorum graduum, (vt dicebam) & qui eos omnes cõplectitur. At verò entia reliqua (quinimmo homo ipse quoque secundum alias eius partes, & perfectiones) per modum vestigij Deum referre dicuntur, vel si extendere malueritis imaginis nomen ad quamuis similitudinem (sicuti extendisse interdum patres nonnullos videmus, Dionysium cumprimis, qui de Diuinis nominibus cap. 4. Solem, sequutus Platonẽ, appellauit euidentem Dei imaginem, quòd sese videlicet rebus omnibus aperiat ac impartiatur) imperfectissimę profectò, & verè vmbratiles Dei imagines erunt, & homo earum comparatione perfecta. & expressa ac ita interpretandum puto Raymundum in suà Theologia naturali titulo 121. cùm hominem vocat Dei imaginem totam, & cõpletam: sunt enim hæ Doctorũ hominum formulę ac sentẽtiæ commodè, & cum sale (vt dicitur) capiendæ. Vnde D. Ambro. in caput 22. Lucæ scribens, ita consultius ait, *Solus Christus est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem*.

Cæterùm scriptores, qui hoc argumento Plutarcum, Galenum, Lactantiumque & si qui sunt alij qui brutis tenuem quandam rationem inesse dixerunt, manifestè se refellere arbitrantur: quoniam nulla afferri ratio põt. cur homo animalium constitutus dominus fuerit, nisi quia ratione ac mẽte solus præditus est; viderint num illud aduersarij eludere ita possint. Hominem

minem quidem non fuisse cæteris animalibus præfectum, qui solus anima rationali ac mente præditus sit, sed quia hanc insigniorem præ reliquis habuit, sed Philosophos hos, & ad hæc Pythagoram, Platonem, & alios permultos, qui easdem esse omnium animalium animas putant, refellere nunc pluribus opus non est, quòd in expositione tertij capitis oportunissimus sese locus nobis daturus sit de his opinionibus fusius disserendi, cùm dicitur. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, &c.*

LECTIO XXVII.



Atenter (ni fallor) ostendimus anima rationali, siue etiam malultis mente, quæ animæ nostræ suprema portio est, & quæ sensiles reliquæ creaturæ carent, & proinde eis omnibus antecellimus, esse nos ad Dei imaginem: quod Eusebius in Cathena Psal. 8. & D. quoque Greg. Nazianzenus in sermone de Natali, docent: ex quo illud quoque disertè sequitur, eatenus imagines eius cumprimis nos esse, quatenus vnus est: sic enim summa mens est siue summè intellectiuus, aut etiam summus intellectus: quod & verba illa non obscurè nobis exponunt. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* : nec enim dixit, *Meam* Patris, aut etiam *Tuam* filij vti D. Aug. rectè perpendit, sed *Nostram,* hoc est, nobis omnibus communem, & proinde qui nos in eo præcipuè repræsentet, in quo vnum sumus, videlicet in natura intellectiua. Verùm, quia in anima nostra potentiæ distinguuntur ab essentia, etiam à longè hæc declarat esse aliquam in Deo distinctionem, de qua re Scotus in 2. d. 16. & 24. excurrit. & Græci quidem Patres hac imagine in nobis quanquam vario ac diuerso modo assignata fermè substiterunt, progressique vlterius non sunt.

D. Ambrosius verò in lib. de dignitate conditionis humanæ, Diuusque Aug. in lib. de Trinitate, super Genesim, & alibi nos præterea Dei imagines esse existimarunt nedum modo nunc à me assignato, qui sanè obscurissimus est, sed hoc quoque diserto ac patenti, quatenus videlicet trinus personis est. Quorum Theologiam Latini posteriores magno consensu iampridem approbauerunt, plenisque vlnis amplexati sunt. Dixeruntque tres Dei personas repræsentari, exprimique (exiliter tamen, & obscurè) tribus mentis nostræ partibus. Intellectu, memoria, & voluntate: *Hæc enim tria non sunt tres vitæ* (inquit D. Aug. lib. decimo de Trinitate ca. 11. (*Sed vna vita, non sunt tres mentes, sed vna mens, vnaque essentia.* Vbi rursum inuicem, correspondere, & æqualis esse ambitus ac progressus omnes inde ostendit, quod à singulis capiantur singulæ, & omnes. Memini (inquit) me habere memoriam, & intelligentiã, & volũtatẽ, & intelligo me intelligere & velle, & meminisse, & volo me intelligere ac meminisse. Adhæc totã memoriã, intelligẽtiã, & volũtatẽ simul intelligo simul volo, simulq; memini, & ita de singulis seorsũ latè (vt solet) & copiosè periclitatur. Proinde, inquit, singula singulas, & omnes, ac totas capit. nec satis discernit memoriam à reminiscentia, quod nihilominus & Arist. ac Themistius in libris de memoria, &

reminiſcentia in calce,& ex recẽtioribus Leonicus, vir doctiſſimus, ſub initiũ eiuſdẽ libri diſcernunt,& diligẽter explicant, ac ꝑterea cauſas afferunt cur tardi homines benè meminerint, acuti verò,& præclaro ingenio præditi bene reminiſcantur. Illa igitur,& id genus permulta D. Aug. vir ſubtiliſſimus meditatus, primus in theatrum protulit, quæ à Magiſtro 1.d.3.& 2.d.16. afferuntur,& ab interpretibus explicãtur: quæ ſicut ſobrijs & pijs ingenijs peruia eſſe ſolent, ita emunctæ natis, ꝑſertim aũt Philoſophorum doctrinis excellenter imbutis, obſcura, & quæ grauia negocia exhibent.

Quamobrem videas eos percunctari, argumentisq́; vtrinq; adductis in dubiũ reuocare, num facultates & ab eſſentia animæ, & inter ſe quoq; re ipſa ſecretæ ſint, an verò rõne dũtaxat & officio. & S. Thomæ affirmatiua probatior viſa eſt, easq́; eſſe qualitates docet, atq; adeò accidentia, congenita tamen,& ab eſſentia naturali effluxione emanãtia, quòd earum actus intelligere, meminiſſe,& velle, accidentia ſint: & proinde oportere, vt facultates ſimiliter accidentia ſint. Ariſt. enim docuit potentiam in genere eius actus eſſe, quem nimirum primò, & per ſe reſpicit. Quare axioma Thomiſtarum eſt, Nullam ſubſtantiam quæ creata fuerit, poſſe immediatũ principium operationis eſſe, atq; adeò ſolius Dei operationem eſſe ſubſtantiam: & ita confirmat. 1.q.77.& alibi, quæ tñ omnia Scotus 2.d.16. q.1. Aureolus Adam,& alij permultis argumentis vellicant,& oppugnant, vti apud Capreolum 1.d.3. videre eſt.

Rurſum S. Tho. vnam & eandem eſſe rem affirmat intellectum & memoriam: quæ tamen geminam habent nomenclatutam à duplici quo fungitur munere. Intelligit enim, & præterea ſeruat ſpecies & intellectiones: ſed & nonnulli hæc rurſum repudiant.

Tertiò, complures huius functionem faciunt intellectus functioni anteriorem, alij poſteriorem; alij quadantenus priorem, nimirum, vt ſui retentiua eſt,& fortè etiam Dei, ac primorum principiorum; aliqua verò ex parte poſteriorem, videlicet ſi eam comparaueris alijs obiectis.

Quartò, mira eſt controuerſia, an intellectus intelligẽdo proferat verbũ re, tum à ſe, tum verò ab actu intelligendi ſeiunctum: de qua re ẽt iuniores Philoſophi acutiſſimè ĩ 3. de Aĩa diſputãt. Quintò, nobilis ẽ diſputatio, nũ Trinitatis imago in his facultatibus, vel in earum functionibus & actibus ſplendidior effulgeat: quod D. Aug. interdum actibus, aliàs verò facultatibus eandem adſcripſerit. Nam 14. de Trinitate ita ait, *Mens meminit ſui, intelligit ſe,& diligit ſe: hoc ſi cernimus, Trinitatem cernimus.* Vbi vides cõmemorare actus, At verò ibidem cap. 8. hoc quoq; ait, *Eo enim ipſo mens imago Dei eſt, quo capax eius eſt, eiusq; particeps eſſe poteſt*: & hic vides afferri potẽtias. quæ diaphonia ita cõiter conciliari ſolet, vt potentiæ eminus, actus verò præſertim qui in Deum tanquã in obiectum feruntur, cominus Deũ repręſentent, vt eſſentia animæ ſit rude quoddã & impolitum Dei ſimulachrũ, potentię ſeu mauultis facultates aliquãtò expreſſius & politius, actus verò in obiectũ Deum exactiſſimè,& quòd ad viuum (vt dicitur) eum reprę ſentet. Nam & Philoſophi cum intelligerẽt vnumquodq; eſſe pp ſuã operationẽ,& actum primum propter ſecundum; animæ eſſentiã ſimilem fecerunt

erunt radici, facultates culmis, actus deniq; spicis & granis. Ioan. tñ Baconitanus 1.d.3.q.3. contendit teneri posse imaginem hanc, nec in potentijs, nec in actibus esse sitam, sed in ipsa animæ essentia, vt sui ipsius intellectiua, vtq; intellecta est, atq; à se amata. Rursum Thom. de Argentina in 2. d.16. tantum tribuit affectiuę nostræ mentis parti, vt velit magna ex parte clarius perfectioriq; modo in eius actibus Dei imaginem emicare, quàm in actibus cognitiuæ. Et scribuntur hæc tanquam problemata, nō tanquā dogmata; neq; vt in quibus non maneat vnicuiq; iudicium solutum, quō nos Hæretici hoīes traducunt, atq; ēt calumniantur: sed & examinantur dūtaxat in scholis, ac intra hos parietes includūtur in quibus nō imperita plebs, & indocti leuesq; hoīes cōueniunt, sed viri eruditi & graues, qui nec qōnes horrēt, nec vtrum accusant, nec splēdidum illud & cōptum dicēdi genus tantopere expetunt, vt eo nō multò magis præferāt voces masculas, & armatam orationē, qua cumprimis acutissimi & eminētissimi viri Theologiam iampridē litterarum monumētis magna cōsensione, & temporum præscriptione consignarūt, & nos qui eis suffecti sumus, vti solemus, licet Hæretici hoīes impostores, & Grāmatici quidā qui seuerioribus disciplinis aut nullā, aut certè exiguam operam impenderunt, nō modo nos irrident, (vēti videlicet, nebulæ, atq; quisquiliæ) sed pro cōcionibus apud promiscuā multitudinē è suggestu traducunt, ac tanq̄ de indice quodlibeta. qōnes & vtrum, nō modo tanq̄ ineptos titulos & barbaros chachinis excipiūt & enumerāt, verùm etiam nostrates Theologos magnopere inter se esse discordes pronunciāt, videlicet nō minus atq; illi inter se sint, quorum quot capita, tot snīę, & à nostris propterea sæpe admonentur & reprehundūtur. Sed alterius est generis nostra ab illorū discordia Auditores, nos in dogmatibus fidei, in doctrina Ecclesiæ, in Sanctorū patrum cōsensione, in explicandis sanctis Scripturis magna animi demissione, & æquabilitate cōsentimus, idipsum dicimus oēs, & nō sunt in nobis schismata; de rebus interdū disceptamus, quæ vel appendices sunt, ac nōdum per Ecclesiā definitę, vel certè extraneæ, ac longè positæ à dogmatibus, aut postremò quæ vel vno, vel alio modo sese habeāt, nihil vel impietatis vel scandali ad religionem profluat. At Hæretici de præcipuis Christianæ religionis capitibus non modo à nobis, sed inter se quoque longè lateq; dissentiunt vnde fidē nouam, religionem falsam, altare diuersum, contrariosq; ritus pro sui cerebri figmentis, rixis, contentionibus, sectis, & denique odio implacabili fermè quotidie omnes moliuntur. Sed eo reuertor vnde digressus sum, ac nemo expectet, vt quæ proposuimus problemata, in præsenti excutiam: si enim pro dignitate ea nunc tractare deliberarem operis esset immensi ac minimè necessarij, quamobrem illis suo loco relictis, Scripturæ huic quæ purū, ac putū verbū Dei est, cōstanter inhæreamus hoīem esse præ cæteris cunctis sensilibus animātibus Dei imaginē, videlicet quod mēte solus præditus sit: sic.n. & arbitrij liberi est, suarumq; actionum (qua nimirum homo est) Dominus, in qua re augustam Dei maiestatem magnopere repręsentat, sicut & in condendis legibus, in prouidentia, & cura quam multorum habet, quod Gennadius animaduertit, inque eo, quod cùm incomprehen-

Contra Catholicorum calumniatores.

Sic profectò Marcus Varro docet apud D. Aug. de ciuit. Dei. lib. 6. cap. 5.

D. Greg Nyss. Quia verò bonorum ipsorũ multa ꝓbatur esse cõgestio, q̃ non possit numero facile comprehendi: idcirco generali quadam voce vniuersa Scriptura complectens significare curauit, cũ ad imaginem Dei factum hoĩem retulit: æquale.n.est hoc, ac si diceret humanã naturam oĩs boni factũ esse participem.

Expedit hic Glossã ita scribentem audire. Nec improbãdus est, siquis dixerit, imaginem Dei ad quam creauit hominem, illud humanæ ius esse quo ꝓpẽsissim⁹ fit ad benefaciẽdum oĩb⁹ veluti Deus q̃d animalia bruta non habeat, &c.

Cõfert hæc, cũ his quę Biel, ex Ockam. 1. d. 3.

prehensibili, imperscrutabiliq; corde est, tum verò in momento temporis infinita percurrat, cogitet, fingat, ac moliatur, alijsque permultis in rebus: quos omnes enumerare longior essem q̃ postulat ratio; cũ primis verò, q̃ fœlicitatis, qua Deus natura potitur, particeps esse potest. Ille enim intelligit se, amat se, homo mente Deum intelligere potest, potest amare, & frui. an non hîc vides, quæso, expressam Dei imaginem? sed non adhuc exactã, & suis omnibus numeris absolutam. Est enim exacta tunc quando actu intelligit, amatq; Deum, ac eo plenè fruitur. Hanc verò dum hanc vitam viuimus desideramus quidem, & expectamus, sed tamen nõ nisi à longè salutamus, ac per transenam, & obscurè eius nonnihil assequimur: sed in patria cum cognoscam, sicuti & cognitus sum, hoc est, nõ per speculum in enigmate, sed facie ad faciem, & vnum cum prototypo efficiar, sanè perfectissimam absolutissimamq; nanciscar. Et hæc mihi probabiliora, solidiora que esse præ omnibus videntur, quæ de imagine afferuntur, quæ nobis natura inest, quæve propterea nobis omnibus communis est, & qua Opificem, vt vnus est, inuestigare, ac vt trinus (cum fide perfusi sumus) eius rememorari possumus. Si quidem & ad dignoscendam Dei vnitatem, eiusq; rememorandam Trinitatem, imago hæc nobis suppetias non vulgares affert; quas planè, nec ita facilè, nec ita patenter consequi quisquam à solo Trinitatis vestigio potest. Quod planè siue fuerit modus, species, & ordo, sicut super Genesim D. Aug. existimat; siue quod constat, quod cõgruit, quod discernit, vt idem in lib. 83. Quæstionum docet; siue numerus, pondus, & mensura, quod Auctor Sap. 11. significare videtur; siue substantia, species, & virtus, ceu arbitratur Glossa super Psal. 91. siue vnitas, veritas, & bonitas, quod Bernardus alicubi vult; siue bonificans, bonificabile, & bonificare, vt loquitur Cusanus lib. 1. Excitationum; vel denique quod visum est D. Dionysio de cœlesti Hierarchia cap. 12. & mihi magnopere probatur, esse virtus, & operatio nihil ad præsentẽ perscrutationem pertinet. Sed vt in his vestigij partibus vtcunq; Trinitatis diuinarum personarum illi admonentur, qui & fide perfusi, & de ea rectè instituti antea fuerint; ita tanquam imagine, hoc est, longè propius, & fœlicius, cùm respexerint animæ nostræ proprietates & functiones, eam contemplari poterunt; exactissimè verò, vt perspexerint Christum naturalem Dei imaginẽ. Quare & Philippo roganti, vt Patrẽ ostẽderet, ita hic respondit, *Qui uidet me, uidet & Patrem meum*, Ioan. 14. & putat Rupertus Abbas in hæc Dñi verba scribens, ideo quoq; illũ à Paulo ad Heb. 1. vocari, *Figuram substantiæ Dei*, quia sic Deus per Filium cognoscitur, atq; solet quæuis substantia ex sua cõspecta figura cognosci. Vnde & Ioã. 10. ipse rursum ait, *Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Hæc igitur, vt dicebam, in tanta sentẽtiarum varietate, mihi magis cõsentanea & Scripturis, & Patribus quos libentissimè sequor, in huius imaginis perscrutatione vñr. Quãquã non abnuo hominẽ, qua est minor quidã Mundus Dei quoq; imaginẽ & simulacrũ, quõ vnus est, & modis oĩbus perfectissimus, dici posse: quã rẽ, quia eruditissimi viri Eps Naclitus, & Gulielmus Hamerus in suis cõmẽtarijs accuratissimè persequũtur, ego nũc latius nõ explicabo. Sed hoc vnũ dũtaxat ꝓ obiectio-

ne

ne amoliēda, q̄ aduersus illos afferri à iunioribus Philosophis posset, ac p illorū stabilienda snīa non prætcribo, quoniam & si Arist. 8. Phys. 10. & Galenus lib. 3. de vtilit partium quoduis animal arbitrati sint rectè paruum mundum posse nuncupati, quòd se ipsum videlicet moueat; consulti nihilominus faterentur nomenclaturam hanc exactius veriusque homini conuenire quàm reliquis quòd præterea complectatur, contineatque omnes rerum gradus quos tamen illa minimè complectuntur.

Transibo igitur nunc ad alteram imaginem explicandam, hoc est, ad illam quam regeneratione, & Spiritus sancti inhabitatione acquirimus, quæ vnà cum sit, haud profectò re & essentia, sed officio, sed aggregatione, ac ligamento, iustitia, sanctitasq; nuncupatur, cùm tamen & gratiam, quam ab effectu gratum facientem vocant, & omnium virtutum chorum contineat earum prçsertim quæ Deiformes à patribus appellantur, & meliora charismata. 1. Cor. 12. fidem, spem, charitatē, quarum uis & præcipuum ornamētum charitas est. 1. Cor. 13. Hanc habuisse Adamum ante lapsum Prisci insigniores magna cōsensione docent, Cyrillus lib. 1. super Ioan. cap. 15. & lib. 2. cap. 3. & 9. Damascenus lib. 2. D. Hieronymus in Epistola ad Damasum, vbi adolescentis prodigi paradigma interpretatur: Victorinus lib. 1. eius disputationis quam contra Arium scripsit Eucherius Lugdunensis Episcopus hoc loco, vt DD. Ambrosiū, & Aug. prætercam, quòd eorum verba recenseantur à Magistro in 2. d. 29. vt minimè mirum sit si decedētibus in peccato originali pœna sit, (& vt sentio magnopere quoque grauis) proscribi à cœlesti beatitudine, ad quam in Adamo per gratiam & charitatem aptati, præparatiq; fuerant, & ad illam petendam ius obtinuerant, quod tamen ei qui in puris naturalibus decederet, & si pœna quadantenus esset (nempe quod nolita, & quod natura quæ capax huius boni est, (eminus quanquā bono hoc frustraretur) aliorum tamen comparatione, aut nulla, aut profectò mitissima esset. Quàobrē & Synodus Tridentina Sess. 5. Canone 1. & 2. in eos anathema pronunciat, qui ita sentiunt vt cum Adamus Dei mandatum in Paradiso præteriuit, non sibi pariter ac nobis sanctitatē & iustitiam, in qua constitutus fuerat, confestim amiserit. Quam profectò probabilissimum est habuisse eximiam & præcellentem, sed quæ tamen Christi sanctitatem neutiquam exæquauerit, ac neque beatæ Virginis (vt arbitror) puritatem: Alioqui & huius puritate maior posset sub Deo intelligi, quod veruntamen D. Anselmus inficiatur.

Verùm non satis in aperto est, num Opifex imaginem hanc indiderit Adamo, cùm eum formaret, proferretque in lucem, an aliquanto postea. & visum quidē pluribus scholasticis est, ipsiq; cumprimis Magistro. 2. d. 24. Hugoni lib. 1. de Sacramentis parte 6. Alberto Magno. 2. d. 24. Alexandro Alensi. 2. parte. q. 96. S. Bonauenturæ. 2. dist. 29. Adamum non fuisse in sui formatione hac insigni præcellentique imagine ornatum, sed aliquantò postea: quibus accedere Clemens Alexandrinus libro sexto. Stromaton videtur, cùm *Non fuisse factum perfectum in constitutione sui,* ait, *Sed aptum ad virtutem suscipiendam*, quinimmo, & D. Paulus 1. Cor. 15. his in speciem sic attestatur, *Prius est, quod animale, deinde quod spirituale.*

Quæstio vtrū Adamus creatus fuit in gratia.

At verò contraria sentétia, quæ sancti Thomæ est, mihi magnopere placet; cui quoque non modò argumenta permulta probabilissima patenter suffragantur, sed & veterum quoque Patrum perspicua testimonia quorũ quædam Dionysius Carthusianus 2.d.24.collegit. Quibus & D.Basilium addo, qui spiraculum vitæ, quod in Adamum spirauit Opifex, dum eum conderet, gratiam Spiritus sancti esse dixit per concomitantiam sanè, vt ego existimo: deinde quod scribitur Eccles.cap.7. *Fecit Deus hominem rectum*: qui locus apertior erit, quàm vt eludi nostris figmentis facilè possit, si recentiores interpretes consuluerimus. Etenim Robertus Stephanus, ac Tigurini ita vertunt, *Deprehendi quòd Deus Adamum probum condiderit.* Vbi cõditionem audis, & probitatem. non est aũt probus homo, & rectus coram Opifice Deo, nisi fuerit eius gratia & charitate cũprimis præditus: hæc enim vestis nuptialis animæ nostræ est. Nec de rectitudine, & probitate tãtùm morali hîc sermo est, qũo Hẽricus quodlibeto 6. (falsus profectò) arbitratus est: sed de ea, quæ diuina est, hoc est, qua Deo charior, ac eius diuinitatis magis ac magis in dies particeps efficeretur. sunt.n.habitus propter actus; & talenta donantur, vt negociatione augeantur. Matth.25. Solam enim hanc probitatem Scripturæ appręciant, & iustitiam ac rectitudinem simpliciter appellant: proinde hanc in sui formatione, hoc est, cùm primùm prodijt Adamus habuit. Est enim violenta & planè insulsa illorum glossa, qui spacium temporis quodam in formatione Adæ effluxisse volunt, quasi eius formatio ad instar fuerit ædis cuiusdam vel turris, intra menses aliquot, aut etiam annos successiua structura. Ad hæc, condiderat Deus animantes omnes perfectos iuxta genus suum; arboresq; & herbas cum fructibus & seminibus; & hominem quem in vtrunque finem naturalem videlicet & supernaturalem, qui est, vt supremo, diuinoq; lumine illustratus, altius & exactius quàm ferat natura Deum intelligeret, vnumq; cum eo inesse intelligibili euaderet: (fit enim ex intellectu & intelligibili magis vnum quàm ex materia & forma,) & intelligendo amaret, amando possideret, possidendoque perenniter frueretur, absque gratia, hoc est, absque proxima immediataq; idoneitate & præparatione ad hæc tam præclara obeunda munera, & absque semine futuræ beatitudinis in lucem dedit? Deterioris ergo conditionis hac parte fuisset homo cæteris quibuscunque rebus. Porrò autem quis hoc credat? Nam quod Clemens Alexandrinus loco citato subdidit, velle Deum, *nos ex nobis ipsis saluos fieri*, si eius gratiá excludit, Catholici minimè recipimus. Adde quod, & Angelos fuisse creatos in gratia probabile magnopere est, non quidẽ consummata, sicut fuit gratia animæ Christi, sed inchoata, & absque lumine gloriæ. Dominus.n.in Euangelio ait, Sathanam non stetisse in veritate. Hanc igitur ille habuit anteaquàm peccaret. Nec me latet, dici à refractarijs nõnullis, illum quidem habuisse gratiam anteaquam caderet, sed non in creatione, sed postea; & rursum alios interpretari verbum habuisse pro cognouisse veritatẽ, vel saltẽ magna ex parte: Verùm figmenta sunt hæc, illepida & inepta: sic.n.lacerare est Scripturas non interpretari. Rursum, D. Aug.lib.12.de Ciui.Dei.c.9. & de corr.& gratia, patenter aduersum illos stat. Etenim ait, *Erat Deus condens.*

dens in illis naturam, & largiens gratiam, & generatim loquitur, quamuis aliter sensisse de Genesi ad litteram videri potest, vbi Angelicam naturam fuisse primò creatam informem dicit: quod nihilominus potest commodã recipere intelligentiam, & q. 17. ad Orosiũ, eos fuisse creatos æquales, ait, (non natura opinor, sed gratia) quamuis & sic quoque sana intelligentia opus sit: vt si de similibus similiter iudicãdum sit, hoc ipsum euenisse Adamo eorum cõseruo & fratri, omnino pronunciare debeamus. Sed & Ludouicus Viues ante nos in libro citato de Ciuitate Dei, adnotauit, D. Hieronymum Augustino consentire, cum super Oseæ scribit, *Dæmones fuisse in magna pinguedine Spiritus sancti creatos*. Neque dicat iuuenis quispiam. Si hæc ita se habent, qui factum fuit, vt peccauerit Sathanas, cùm Dei similitudinem appetijt? Et rursum, si Dei similitudinem Sathanas expetijt, quomodo hanc ipsam habuit ab Opifice, quando in lucem prodijt? Appetẽtia enim rei dumtaxat est, quæ non habetur. Sed aliã, ac diuersam penitus Dei similitudinem expetijt ab hac ipsa quam habebat, quæ eius gratia erat; quã quoque consequutus fuisset, si stetisset, si tamen D. Anselmo credimus. Verùm spectant hæc ad cap. 14. Esaiæ, nec Doctores satis consentiunt in explicanda re hac, præsertim S. Tho. 1. q. 63. art. 3. & Scotus 2. d. 6. q. 1. à quibus Catherinus, Iacobus de Valentia, & alij quidam, diuersa penitus sentire existimantur. Postremò omnes fatentur, Adamum habuisse corpus egregiè cõpactum, hoc est, præstantis temperaturæ, elegantissimumq; & quod imperio animæ citra laborem posset obedire, obsecundareque, quodq; morbos nullos, nullas molestias & ærumnas nullave incommoda pati posset, non quidem intranea, aut qualitate, aut dispositione, queádmodũ beatorũ corporibus à resurrectione continget, sed Dei præseruatione, ac dono illo animæ collato, quod iustitiam originalẽ Doctores à multis annis magna concordia nuncuparunt: quibus quoque rebus fructus ligni vitæ, addunt; de quo si comedisset magnas adeptus fuisset vtilitates. Quo præterea dono, & vim animæ internam, quam Paulus ad Romanos *Concupiscentiam*, Philosophi verò *Concupiscibilem*, à sui nobiliori parte nuncupant, quòd altera eius pars (nempe irascibilis) huic perpetuò deseruiat, & quam D. Aug. in 12. de Trinitate, *Sensualitatem* à proprio munere (impellit enim ad sensilia) appellauit, rationi obsequentem habuit, ac citra vllam reluctantiam per omnia subiectam, & animam intellectiuam, hoc est, Dei naturalem imaginem donis præstantissimarum virtutum, destitutam, dum formaretur accepit? Papè quàm hæc sunt indigna eximia Dei phylantropia, & sensilium omnium excellentissima creatura, cuius gratia & Mundum ille condiderat, & animalia, cæteraq; oĩa, quæ è nihilo fecerat tot donis locupletauerat, & q̃ ad beatitudinem supernaturalem consequẽdam præcipuè formabat. Adde his, naturã facere semper de possibilibus quod melius est. 2. de Genera, 59. & 2. Cœli 34. cur non igitur, & Deus naturæ Auctor? Amplius & Plato in Thimæo, Opificem vnicuiq; dedisse ait, quod optimum ei, & Vniuerso esset: atqui hoc homini erat optimum. Et sanè maiorem hoĩs rõnẽ habuisset summus Opifex in ordine ad eius finem naturalem, quàm ad supernaturalẽ, si idoneum illum & aptum effecisset, vt cum sensilibus rebus rectè

fęliciterq; transfigeret, ac minimè illi exhibuisset, vt cum eo, cuius imaginẽ gestabat, & cuius dumtaxat gratia creabatur, beatius viueret, & effusius lætaretur. Sed præstat D. Leonem Papam sic in sermone quodam loquentem audire, *Si creationis nostræ* (inquit) *intelligamus exordium, inueniemus hominẽ, ideo ad imaginem Dei conditum, vt imitator sui esset Auctoris*. Itaque vnam causam vides, cur Deus ad sui imaginem Adamum creauerit: quæ tamen sola non fuit; hæc verò est, vt eius imitator esset, nimirum quantum ad puritatem & sanctitatem. hoc verò quomodo absque gratia potuisset perficere? additq; confestim, *Et hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo, diuinæ benignitatis forma resplendeat*, (gratiam vocat, opinor, naturalem nostri generis dignitatem, quòd cũ natura Adamus eam acceperit, quare & creatione eam accepisse ait, ac vnà cum natura trãsfundenda in posteros esset.) Porrò autem, vt intelligas de gratia Sanctum hunc verba facere, audi, quæ illicò subdit: *Ad quam quotidie nos reparat gratia Saluatoris, dum quod cecidit in Adamo primo, erigitur in secũdo.* Est autem extra controuersiam, gratiam Saluatoris reparare in nobis & erigere virtutes & sanctitatem; & has esse cumprimis, quæ in Adamo ceciderunt. Vt igitur tanquam in epilogum redigam, quæ latius hucusque exposui, cùm perspicuum sit primum hominem magis indiguisse Dei auxilio ad finem supernaturalem consequendum, quàm ad naturalem (longius.n. ab eo natura distabat. dedit autem ei Deus iustitiam originalem (vt ij quoque nobis assentiuntur) qua consequi finem naturalem fœliciter posset: cõsentaneum quoque magis beneuolentiæ & amori eius est, vt eidem sanctitatem quoque vnà cum hac munificentissimè quoq; contulerit. Amplius, Dominus in Euangelio dicit. *Qui non est mecum, contra me est*. & intelligitur in esse gratiæ. Adam contra Deum in sui formatione non fuit, veluti sumus nos, cùm gignimur. ad Ephes. 4. cũ illo igitur erat; creatus ergo in gratia & sanctitate fuit. Et animale in eo non nisi natura, non verò tempore spirituale antecessit: quod & beatæ ac intemeratæ Virgini contigisse eos dicere oportet, qui à labe peccati originalis præseruatam largiori Dei clementia sentiunt. Denique non inefficax est illud vulgatum Scholasticorũ argumentum: etenim quærunt, si à sui formatione Adamus confestim è vità decessisset, hoc est, anteaquàm gratiam & sanctitatem acciperet, & anteaquam perduellis efficeretur; quid cum eo factum fuisset? quò, rogo, migrasset? ad superos, an ad inferos? Supplicia profectò non merebatur: ad cęlestem beatitudinem nullus ei additus patuisset: (iustus enim & sanctus non erat) quid igitur relegatus fuisset in campos Elysios? Quamobrem, vt hæc refractarij euadant, ad sensum compositum, & diuisum, ad subiectum solum, & ad subiectum vnà cũ forma confugiunt. sincerior igitur ac probabilior, (vt mihi profectò videtur) est S. Thomæ sententia, cui, & Durandus. 2. d. 20. & eruditissimi viri complures subscribunt.

Et hæc altera est imago; aut certè, si pressiùs dicendum est, hæc illa est similitudo Dei in hoĩe, quam Adamus, dum conderetur, eius liberalitate, & dilectione habuit. Quòd si roges, num hac sola, an Christi quoque præuisis meritis, quod in 3. lib. Sentẽtiarum Scholastici tractant; Ioannẽ certè proferam


feram, qui cap. 1. sic de Christo Dño apertè pronunciat: *Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est.* Quamobrem & sunt Magistri quidam, qui vni huic acceptam quoq; Angelorum gratiã ferunt. Et profectò quod dicit, *Facta est*, in præterito videlicet & quocunq; tpe Angelorum, & Adæ gratiam inuoluere & comprehendere vr: vt eius sniæ hic sit planus sensus, Nemini vnquàm datum fuit, vt esset Deo gratus ac de illo rectè sentiret, nisi Iesu Christi meritis & largitate. Sed de hac re fortassè differemus latiùs alibi. Nunc satis erit intelligere, Theologos summa sententiarum & animorum concordia docere Dei gratiã, qua in præsenti mundamur & sanctificamur nobis minimè aliter obuenire quàm à Christi meritis & sanguine, ad Ro. 3. Act. 4. Quòd si denuò quærat quispiã, in qua animæ facultate indiderit Deus Adæ suam hanc similitudinẽ, de qua loquimur: ego planè in ea sum snia, vt si gratia gratum faciens à charitate re seiuncta sit (vt sanè grauiores rõnes suadent) infusa illa fuerit, ac sita in essentia animæ, quõ etiã in nobis sita est; sed ita vt cõfertim & agminatim virtutes, & Spũs sancti dona quacunq; rõne, hæc ab illis differant, eam tanquam Reginã in suam regiã ingredientẽ concomitentur ac facultates aię oẽs emaculent, exornent, ditescant; fides & prudentia intellectũ, charitas, spes & iustitia, voluntatem; irascibilem, fortitudo, temperantia, concupiscibilem, ac ita totus noster homo interior sanus in Sabbato, hoc est, Deo in eo quiescẽte efficiatur, ac eius naturæ cõsors, vti D. Petrus loquitur. At verò si à charitate gratia re nõ differt, in voluntate cumprimis hæc Dei imago, & in Adamo, & in nobis sita fuit. Itaq; virtutes has deiformes, & ornamenta omnia animæ Adæ tanquã vno fasce, noĩe similitudinis Dei, complexus Moses nunc est: sicut nomine imaginis expressit animã mente præditã: vt si quid intersit hoc loco inter vtranq; vocem, vti cõiter existimant, nulla commodior expositio ea mihi esse videatur, q̃ quæ imaginis vocem intelligit in nobis mẽtẽ, qua creatione cõstamus; similitudinis aũt dona Dei supernaturalia, quibus peccatores regeneramur, & nobis cõdonãtur pcã, cõsortesq; diuinę naturæ efficimur, & cũprimis gratiã iustificãtẽ cui reuera accidit expurgare à peccatis, cũ ei dũtaxat ac per se cõueniat gratũ Deo facere illũ cui inest, & iustũ: Queadmodũ in Adamo, anteaq̃ rueret, & in Angelis q perstiterũt in obediẽtia videre nullo negocio possumus. Et cũ Scriptura vno cõtextu, eadẽq; oratione dicat, *Fecit Deus hoĩem ad imaginẽ, & similitudinẽ suã*, nulla rõ patit, vt Adamo itelligatur indita imago, cũ formaretur, similitudo aũt aliquãtò postea; pręsertim aũt, qm̃ & hanc illũ habuisse anteaq̃ caderet Synodus Tridẽtina patẽter diffiniuit, licèt nobis nũc ob pctm̃ meritò aliter cõtingat. Quãobrẽ D. Hier. in Ezech. c. 9. cũ ad nos respexisset, priorẽ appellauit creationis, posteriorem recreationis. D. Paulus tñ similitudinẽ hãc aliqñ quoq; imaginẽ, sicut & nos fermè pmiscuè appellauimus, q nimirũ nãlis imago nr̃a mẽs, videlicet mirã ex ea acqrat pulchritudinẽ, ac Deũ lõgè melius exprimat cũ ea pdita est; & cũ ea caret, turpis ac tãquã maculis ifecta vndiq; efficiat, sicut & D. Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei, perpẽdit: Quin ẽt eam esse existimãdum est, ex qua non modò pulchritudinẽ, sed animã, atq; vitã, vt ita dixerim illa ipsa nr̃a aĩa acquirit: vt pinde videas Maiores nr̃os hãc ipsa quã & *Spiritũ sanctum*,

Eucherius, Imago Dei anima peccatrix esse non desinit: ad Dei autem similitudinẽ, nisi anima sancta fuerit, non peruenit, &c.

Sanctum, & *Gratiam*, & *Charitatem*, & *Donum* per excellentiam Scripturæ interdum nūcupāt, vocasse quoq; animæ nostræ animam, & vitā videlicet D.Bernardum in sermone de vita, & quinque sensibus animæ, Diuumque Macharium hom.3.& 32.& alibi crebrò, interprete Prospero Martinengo Monacho D. Iustinæ religioso cumprimis, & in vtraque lingua nobiliter docto. Nec dubito Patres quosdam imaginis vocem aliquando sic vsurpasse, præsertim autem D.Cyrillum in Dialogo ad Paladium, vbi & luculenter à S.Thoma stare videtur. sic enim ait, *Verùm quod conditum est ineffabili virtute animabatur, donoque Spiritus statim ornabatur: non enim aliter diuinæ imaginis capaces sumus nos: porrò vbi Deus opus suum ita ornauit, concessit illi in paradiso degere.* Hæc ille.

Sed illud quoque obseruandum magnopere est, non propterea cuiquā licere, hominem vocare Idolum, quòd imago Dei sit; quemadmodum & Pontifex Adrianus in Epistola de imaginibus Tomo 2.Conciliorum(& rectè quidē iampridē docuit, ac ex sententia B.Stephani Bostrorum Episcopi probauit: vox enim *Idolum*, & si tam latè Græcis pateat atque Latinis *Imago*, nihilominus communi Christianorum Oratione, ac veluti Senatus con sulto ac decreto, tanquam prophana iamdudum cauetur, & in Ecclesia male semper audiuit: sique Diuo Paulo credimus. 1.Cor.8. *Nihil in Mundo est*, & vt D.Aug. tractatu primo super Ioannem ait, *Non per verbum Dei factum est.* Et videant Iuuenes rem adnotatione dignam: vbi enim quinto Meta.textu 15. Auerrois littera habet, *Idola*, Græca pariter & nostrā legūt *Dæmonia*: vt vel inde certiores effici possint, *Idola*, priscis Gentilibus fuisse simulachra Dęmoniorum, quæ tanquam Dij essent latria colerent, & proinde falso & petulanter Ecclesiæ hostes calumniari Catholicos importasse in Ecclesiam Ethnicismum & Idololatriam, quia imagines Diuorum in tēplis, cùm memoriæ & excitationis, tum honoris etiam causa erigimus, & veneramur: *Venerabiles enim imagines Christiani non appellant Deos, neque seruiunt eis vt dijs, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant iudicium futurum, sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum eas venerantur.* De cons.d.3.& sunt Patrum secundi Niceni Concilij verba. & licèt quoque illę dignę veneratione non essent, dignissimi tamen illi sunt, quorum sunt imagines, Christus nimirum Deiparæ, & Sancti, vt propter eos honore illas afficiamus. Accedit præterea, quod & dedicatione, sanctæ efficiuntur, & quòd ad sanctitatem quam & docent, & ad quam iugiter excitant nos, crebrò adducunt, vt his quoque rationibus sint in Ecclesia constantissimè retinendę. Nam & ipsa nostra rudis & crassa plebs imagines, non autem Idola (vnctione Spiritus sancti, & à sanctis Ecclesiæ pastoribus edocta) rectè semper vocauit, quod præterea Euthimius Ven. Pater in Panop.tit.23.& Damascenus quoque ac denique secūda Synodus Nicena crebro admonuerunt. sed de imaginibus Viri eruditissimi recentiores permulti scripserunt, & qui omnem superant laudem, quantū eorum lectione sum consequutus, Conradus Bruno, & Alanus Cupo.

LECTIO XXVIII.



T præsit piscibus maris & volatilibus cæli, & bestijs vniuersæ terræ, omniq́ reptili quod mouetur in terra. Caietanus vertit, *Et subiugabunt in pisce maris, & volatili cæli.* Robertus Stephanus, *Et dominentur in piscem maris, & in volucrem, & in iumentum, & in omnem terram, & omni reptili quod reptat.* Porrò autem discrimen est inter Præsidere, Dominari, & subiugare: non enim quotquot præsident, dominantur: Episcopi profectò Ecclesiarū præsides sunt: (cum auctoritate enim præsunt) non sunt autem domini, si pressè vocem hanc capiamus. 1. Petri. 5. *Non dominantes in cleris.* 1. Cor. 4. *Sic nos existimet homo vti ministros Christi,* &c. & D. Bernardus in libris de consideratione, rem hanc latè persequitur. Rursum, maritus præfectus vxoris est, non autem dominus. Amplius, nec omnes qui sibi quidpiam subijciunt, protinus eius efficiuntur domini: Tiranni enim vi, & armis, Vrbes, Prouincias, ac populos sibi longè lateque, si possunt, libenter subijciunt, nec tamen domini protinus eorum efficiuntur, quibus potiti fuerint: & demum plures legitimi domini sunt qui non ea semper sibi subiugarunt quorum sunt domini. Etenim Rex, teste Auerr. 8. Ethi. cap. 10. voluntate populi constituitur: & habes Deut. 17. & 1. Regum. 8. & nihilominus legimus hic, *Præsit subiugabunt, dominentur*: quid hîc, quæso, dicendum est? Existimo ego præferendum esse verbum, *Dominentur* maioris numeri, quod & plures sint qui ita verterint, & certum sit hominem sic animalibus præsidere, vt sit quoque natura eorum Dominus. Etenim & Scriptura e uestigio hoc ipsum præsidere ita exponit, *Dominamini piscibus maris, &c.* Et lectio hæc illud etiam confestim perspicuum facit, Deum dixisse superius minori numero, *Faciamus hominem*, pro eo quod est, *Faciamus homines*, videlicet Idiotismo Hebræorum, ac per enalogem; quemadmodum & reptile paulò antea pro reptilia, volucrem pro volucres, & piscem pro pisces. quod & alibi facere certum est: nam cap. 6. inferius, *Delebo*, ait, *Hominem quem creaui à facie terræ*, & Dauid Psal. 48. *Homo, cùm in honore esset, &c.* neque enim Prophetæ his locis solum Adamum accusant, sed homines generatim omnes vti. & Theodoretus in primo Dialogo adnotauit & non desunt huius locutionis exempla etiā in nobilibus auctoribus. Nam Arist. in 1. de Hist. Animalium, *Piscem, Apem*, & id genus crebrò pro *Pisces, apesq́*, capit, quamobrem, & aliquando commutata orationis formula, *Genus piscium*, ait, & etiam *Pisces*, & similiter *Apes*, & *Genus apum*, indiscriminatim videlicet ac promiscuè. Videmus igitur humanum genus in Opificis Dei proposito, antea quàm crearetur iugiter extitisse, ac in vno Adamo tanquam in stipite, aut potius tanq̄ in radice posteros omnes fuisse à Creatore cōplexos; vt proinde quicquid cū Adamo creatione donis, dominio, lege, comminatione, fœdere, & condemnatione transegit, totum transegisse nobiscum intelligi possit: vt si qui sint, qui inde faciant Imperatorem Mundi dominum, quod successerit Adamo, cui dictum fuit, *Præsit piscibus maris*, & quæ sequuntur. & Noe, cui Gen. 9. hæc eadem confirmata iteratò fuere rem parum stabiliant, & leuissimo.

xi. Intereſt autem permultum inter poteſtatem, & poteſtatis vſum, ſiue exercitium, quemadmodum inter poſſibilitatem, & euentum: ſunt enim ſingula, & omnia animalia corruptibilia, & proinde interire, & aboleri poſſunt: vt autem id eueniat, impoſſibile eſt. Neque his profectò obſtat quod Pſal. 8. dicitur, *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*: perinde enim verba hæc interpretanda ſunt, atque illa quæ hîc ſcribuntur: ſubiecit enim Adamo omnia, quoniam poteſtatem ei in omnia dedit: quare & ad Heb. 2. & ad Epheſ. 1. & 1. Cor. 15. D. Paulus hæc ipſa Dauidis verba ad Chriſtum Dominum transfert, qui videlicet poteſtatem in omnia planiſſimam & auguſtiſſimam à Patre obtinuit, cùm tamen poteſtatis exercitium non ſit hoc quoque tempore plenè ac in vniuerſum conſequutus: enim verò conſequetur tunc, quando eius hoſtes omnes, peccatum, mors, Satanas ita ei ſubijcientur, vt ſcabellum pedum eius efficiantur.

Et creauit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Hucuſque æternum ſanctę Trinitatis conſilium ac decretum de creando homine Moſes enarrauit; nunc executionem ſexta Mundi die factam pergit exponere aitque eundem Deum qui ſic ab æterno diffinierat, ſemetipſo nunc (non autem opera, ac miniſterio Angelorum, ceu Plato, & Hebræorum Rabbini quidam voluerunt) nobiliſſimum hoc animal effeciſſe. Et verbum, *Creauit*, in latiore ſignificatione vſurpat pro eo nimirum quod eſt, Effecit: quanquam non deſint, qui ob animam ſic dictum putent, videlicet per ſynecdochem quod nos minimè repudiamns. *Ad imaginem Dei fecit illum*. Explicauimus ſuprà copioſè & patenter hanc periodum: nonnulli patres tamen hîc eleganter digrediuntur & hanc eſſe Euangelicam drachmam ſcribunt, quã perdidit quædam mulier, Lucæ 15. ob nimirum Regis ſimilitudinem, effigiemque in ea cum inſcriptione ſculptam: de qua & Origenes Hom. 14. ſuper Geneſim, & D. Hier. in Epiſtola de duobus filijs, iampridem eleganter diſſeruerunt. Habet autem emphaſim pulcherrimam repetitio hæc, & videtur eſſe congeries quædam rhetorica, qua nedum ad præſtantiſſimi huius beneficij iugem perennemque recordationẽ pulchrè ac ſuauiter excitamur, ſed ad meditandam Adæ, & in eo omnium noſtrum inſignem & pudendam ingratitudinem, qui tanta Dei clementia & in nos largitate, abuſi nequiſſimè ſumus: in quem ſanè ſcopum omnia Moſes collimat Sapienter proinde huius præcellentis doni Adæ collati tam crebrò verba facit, vt videlicet eius recordationem cordibus noſtris altius fortiusque imprimeret, quòd non cæteris brutis ęqualem, non ad Angelorum, ſi quam habent effigiem, ſed ad ſuimet imaginem nos Opifex effecerit: quare audis, *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*. & mox, *Ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*. & eueſtigio, *Ad imaginem Dei fecit illum*. perinde profectò ac ſi hunc in modum peroraret, Non bruta, ò ceca pectora, ſed nos homines tantummodo mente ac ratione inſigniuit, ac proinde & arbitrij libertate, animæque immortalitate donauit, & Mundi Dños cõſtituit. O beneficẽtiſſimũ creatorẽ, Quibus omnibus quoq; nobis exponit (nec ſine dolore profectò) quàm graue fuerit Adæ peccatum, Dei dicto non obtemperaſſe, & quàm execrabile: ſolet enim eiuſdem verbi anadiploſis, vehementem dicentis affectum

fectum significare. supprimit autem hoc postremo loco Moses, *Similitudinem*, vt indicaret (quantum consequi possum) se paulò antea vocem hanc non pro re diuersa ab imagine posuisse, sed pro nota explicante imaginis perfectionem, quemadmodum declarauimus.

Masculum, & fœminam creauit eos, Virum videlicet & vxorem, & hæc est prima domus cõbinatio, sicut Arist. 1. Pol. & in Oeconomicis loquitur; & ad eandẽ fermè sentẽtiã & verborum formulam qua hic Moses vsus est, vt ꝓinde Aug. Steuchus li. 4. de Perenni Philosophia. cap. 20. Philosophũ hũc Mosis alumnum fecerit. Porrò autem vnũ dumtaxat marẽ, & vnam ex eo tantùm fœmellam creauit, cũ tamen cæterorum animalium plura vtriusque sexus indiuidua effecisset, nec ex maribus fęminas: singulare. n. hoc esse nostro generi voluit. id verò quamobrem? nisi vt iugis perpetuaque cognatio & necessitudo inter homines esset, quippe qui ex vno prodirent omnes. Actorum 17. ff. de iustitia, & iure lege 11. ac propterea, & sese mutuò & ardentius quoque amarent, ac ad eandem consequendam beatitudinem genitos se esse omnes intelligerent. 1. Timoth. 2 nimirum ad quam Adamus, & Eua certo certius ab opifice Deo olim creati fuerant. Rursum, vnã tantùm coniugem vni viro Opifex iunxit, vt quid Reipublicæ, quid alendis liberis, quid vnitati ac paci domus magnopere expediret, patenter doceret: ægrè enim seruantur hæc, vbi vnus vir plures coniugeș habet, sed sequenti capite de his cumulatius.

Vide Innocent. 3. in capitulo Gaudeamus extra de Diuortijs.

Cæterùm non desunt illustres Doctores (in quibus D. Ioan. Chrysost. est) qui velint hæc per anticipationem dici, qua non rarò Scripturæ vtuntur. Sed probabilior mihi eorum cõmentarius videtur, qui nullam hic anticipationem agnoscuut, quin potius in sequenti capite esse anacephaleosim & repetitionem, qua enucleatius, & magis distinctè vtriusque formationem (maris scilicet & fęmellę) nobis exposita fuerit, quam summatim hoc loco perstrinxerat. Ac profectò non modo contra Scripturas apertissimas vtriusque Testamenti sentiunt, qui alterius Adami creationem in sequenti capite exponi existimant, ab eo de quo nunc Moses verba facit, sed & contra rationem, contraque huius historiæ seriem, ac nonnisi somnia & indocta figmenta proferunt: vt proinde indignos esse existimẽ quos pluribus refellam, aut quorum rationem vllam Catholicus homo habeat. Est enim rationi consentaneum, vt sexta die absoluta fuerint omnia, vtque primùm breui quadam narratione (vt fecit) formationis vtriusque hominis meminerit; deinde verò & factum, veluti in partes distribuens, modum, accidentiaque & causas eorum formationis enucleatius exposuerit. Et vide fœmellam quoq; ad imaginem esse Dei, hoc est, esse mentis & rationis participem, habuisseq; in Adamo sanctitatem, & ius obtinendi regni cælestis, quẽadmodũ & mares. Impura aũt Mechmetis doctrina (vt audio) fæminas à super naturali fælicitate adeũda arcet, quãtumuis licẽt præstãtes fuerint & innocẽtes, & nescio quas delitias extra paradisum eis suo inre assignat. contra docet hoc loco Moses, & Paulus ad Galatas 3. subscribit: *In Christo Iesu nõ est mas aut fæmina*, & quãquam ad Coloss. statuit virum esse Dei imaginem, præ hac; tamen id ea tantùm ratione dixit, quod fęminæ subiectus

D. Greg. Nyssenus, Pars igitur diuinæ mẽtis ac rationis quę deprehenditur in homine, discrimen maris & fęminę non admittit &c.

natura

natura nec sit,nec fuerit vnquam,quemadmodum hæc decreto Dei subdita viro nunc est : quod ei sanè contigit à peccato. Sed expedit Isidorum in Cathena Zephyri audire ita loquentem : *Respondendum,mulierem à principio fuisse in eodem gradu,eodemq́, imperio digna:posteaquã verò corruit,capite quasi diminuta,amisit imperij maiorem partem,& viro subiecta fuit, &c.* Addidit autem Moses pronomen, *Eos*, non autem, *Eum*,vt fabulam illorũ Iudæorum irrideamus , qui primùm hominem fuisse creatum androgynum, hoc est, masculo fœminam existimant,& spurcha quædam,indigna planè quæ proferantur de eo comminiscuntur,quæ tamen Ludouicus Viues lib. 3.de veritate fidei accuratè reprehendit. sed & Plato fuisse Androgynos tertium quoddam hominum genus in Symposio narrat,qui in geminam partem secti propterea fuerint, quod Ioui bellum temerarij, ausi sint inferre. quæ si seriò ab his dicantur, & non magis ad arcanum aliquod , imperitis tanquam inuolucris quibusdam tegendum, nihil inopinabilius dici potest nihilq; magis ridiculum.Sunt enim Androgyni,quantumuis licèt frequentes alicubi sint,quod Plinio lib.7.videtur,propudia quædam & vulgo hominum inter monstra, hoc est, inter peccata naturæ, quouis sexu præualeant, meritò repositi .

Benedixitq́, illis Deus, & ait,Crescite & multiplicamini, siue, vt iuniores vertũt,*Fructus ædite, & multiplicate*.Et causam nunc habes cur mulieribus ignominia postea fuerit carere sobole , ac etiam maribus apud permultos barbaros, &(ni fallor)etiam apud Romanos,licèt mulieribus apud omnes gentes,quod videatur hic sexus ob hanc præcipuè causam à naura formari, vt marem in procreandis liberis iuuet : id quod & Moses quoque sequenti capite indicat, cùm Dominum inducit dicentem : *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* Porrò autem totidem verbis & piscibus benedixisse legimus, quos & allocutum fuisse oratio ipsa Dei ad illos. *Crescite,& multiplicamini*,in secunda persona euincit,quãquam non scribit tunc Moses , *Et ait ad eos*,vt non satis capiam quorsum adnotatio Caietani hoc loco tendat, qui de solis hominibus scripsisse Mosem notat, *Et dixit ad eos* : Corpore igitur firmo,valido & viuaci,quale nostrum esse fermè solet anno trigesimo in maribus,in fœmellis quartus aut quintus decimus , vtrunque nostrum parentem effecit. Nam & Dominus non anteaquàm triginta annorum esset)concionari cœpit:quod erat sibi sobolem procreare. & Num.4. iuxta Hebræos, teste Diuus Hierony. in Ezechielem capitulo primo.incipiunt sacerdotes in tabernaculo ministrare à tricesimo anno. Est autem fabula & illepida & inuenusta, tantæ vtrunque parentem fuisse proceritatis,vt vadosum mare pedibus commeauerint, ac ex paradisi vicina regione (quam vltra Oceanum nonnulli esse existimarunt, vti Barcepha scribit parte prima , capitulo decimoquarto) in hanc nostram Orbis partem tanquam aduenæ venerint: licèt fateor esse rationi megnopere consentaneum , procero vtrunque fuisse corpore, & admodum eleganti ..

Et , vt videtis, verbum *Multiplicate* , auget Dei benedictionem . Proinde

Cupit Deus vt plures eum colant.

Proinde verborum Dei sensus hic est: Nedum vos hoc beneficio orno, vt prolem suscipiatis, quinimmo volo vt multam. vide Psalm. 109. & 128. & Aristoteles quidem in 2. Politicorum. cap. 8. institutum Minois, Cretensiũ legislatoris, probasse quibusdam videtur, quod & de mulierum diuortijs de earumq; congregatione ad viros ne superfluam parerent multitudinẽ alio introducto vsu sapienter (vt ait) philosophatus sit, vt nimirum alẽdæ multitudini prædia ciuium satis essent, & alio migrare propter alimẽta nõ cogerentur, aut aliunde aduehere in patriam. At verò rerum omnium Opifex turpitudinem omnem, & obscęnitatem penitus auersatus, matrimonio iunctis ait, *Crescite, & multiplicate*, quasi etiam diceret. Nulla vobis de alimentis pro liberis vestris educandis vnquam adsit, molesta cura, aut solicitudo, quæ plus nimium, videlicet animum vestrum discruciet, ac torqueat. Parabo ego cibum affluenter omnibus: in me cogitationes vestras & curas potissimum proijcite; & ego vos & sobolem vestram enutriam, Psal. 54. & 36. Et rectè subtiliterq; Caietanus perpendit, ideo Mosem de coniunctione maris & fæminæ ad procreandam prolem, post commemoratam vtriusq; formationem ad imaginem Dei confestim verba fecisse, vt discant cõnubio iuncti exercere Venerem, quomodo Dei imaginem decet, hoc est, iuxta rationis præscriptum, *In sanctificationem*, ait D. Petrus, *Non in passiones desiderij*, videlicet, non secundum naturæ impetum, & perturbationes, brutorem in morem, sicut intemperati faciunt. Et quanquam eodem modo homines, atque cætera animalia sua hac benedictione Opifex alloquitur, nulla tamen inde sese nobis offert idonea ratio, vt hinc rectè deducamus, nedum nostra corpora ex parentum corporibus procreari, verùm et & animas ex eorum traduci animabus; quoniam videlicet & corpora, & animæ reliquorum animantium eorum congressibus à procreantibus omnes edantur, vt ab his nostræ animæ in eo dumtaxat seiungantur, ac differant, quòd perennes & immortales sint, cæterorum verò diffluant in morte, & euanescant. Quæ & Tertulliani, & Apollinaris Alexandrini opinio fuit: quam quidem cùm D. Aug. non recipiat, hæreseos tamen non dãnat, ac subhæsitat num Scripturis reuinci possit, sicut in Epistolis ad Hieronymum, & Optatum videre est, quem & Eucherius, vt solet sequutus est, vt hac fortè rõne D. Tho. eorum sñiam hanc nonnisi errorẽ; nõ verò hæresim nũcupauerit 2. contra Gentes. c. 86. Verùm, cũ alia orationis formula vsus Opifex sit, qñ creauit hoiem, & alia qñ creauit animalia cætera, interesse hoc quoque inter animæ nostræ & brutorum animarum genituram non obscurè indicauit, quòd nostrę quidem non ex vi transmutationis materiæ & elementorum proditurę essent (quod planè esset, si pater animam quoque filij gigneret: neque enim hic potest creare) quomodo orituræ brutorũ animæ perenniter erant. Cùm enim hominem creaturus esset, *Faciamus*, ait, *hominem*, nos videlicet, non parentes, & synecdoche est, cùm ad filios primorum parentum hæc oratio refertur, cùm verò producturus cætera animantia esset, *Producant aquæ*, dixit, *Et producat terra*, quasi diceret. Ego quidem nunc animalia prima efficiam, sed post hæc ex terræ, aquæ, & elementorum transmutatione illa in integrum, ac generatim prodibunt. Adducuntur

ducuntur autem hæc à nobis nunc tanquam probabilia, siquidem cum sequenti capite dicturus Moses sit, Deum spirasse in faciem Adæ spiraculum vitæ, quod planè anima fuit qua homo viuit: & videatur locus apertissimus contra hunc errorem, & nihilominus ita illum nonnulli eludunt, vt fuisse hoc priuilegium primorum dũtaxat parentum, dicũt sicut & alia multa, disputationem hanc in illum vsq; locum tanquam commodiorẽ, & magis idoneum accuratius examinandam reiicimus.

Nunc satis adnotasse erit, illos Peripateticos, qui de animæ hominis immortalitate rectè, hoc est, nobiscum, sensisse Arist. ac fecisse nostri corporis entelechiam, sicut & reliquas arbitrantur, pares nobis hac in re pati angustias, quòd videlicet 12. Meta. 16. dixerit, Formam simul cum eo gigni cuius forma est. & 7. Meta. Formam, nec propriè gigni, nec intercipi, sed cõpositum, & nihilominus doceat 2. Phys. 26. Solem, & hominem esse qui generant hominem, quamobrem & longas texunt disputationes in 12. Meta. & Capreolus in 2. d. 15. q. 1. ac fermè huc sese recipiunt, ideo rectè dici nõstros parentes gignere hominem, quia vi seminis ita materiam aptant, ac præparant, vt certo quodam & infallibili naturæ ordine vniatur ei ab Opifice Deo anima illi similiter aptata, & commensurata (vt loquuntur) ac nuperrimè creata, nec Gregorius de Arimino consultus. 2. d. 16. q. 2. hæc (opinor) negaret, licèt ambigent quidam. Etenim satis esse videtur, vt efficiens verè & aptè generans dici possit, si hæc efficiat, vt vi suæ actionis similem sibi formam secundùm speciem id quod gignitur consequatur, siue illa vi, ac transmutatione seminis emergat, siue deforis adueniat.

Cæterùm, quod visum est D. Gregorio Nysseno, lib. de Homine cap. 19. Procopio in Genesim cap. 4. quibusdamque alijs primæ notæ patribus in quibus & D. Ioann. Chrysost. Hom. 18. & Damascenus lib. 4. cap. 28. sunt, quibus Barcephas parte 1. cap. 25. subscribit, si perstitisset in officio Adamus, nequaquam futuras in Paradiso terrestri hoc genus nuptias, quæ carnalem hominum propagationem per maris cum fœminà congressum facerent, nullam præ se fert probabilitatem, & merito ab August. repudiatur lib. 9. super Genesim cap. 3. 6. & 7. cui Magister, ac fermè Scolastici adhærẽt 2. d. 20. frustra enim Deus discrimẽ sexuum ante peccatũ fecisset, & vtriq; parenti organa incassum exhibuisset, quibus generare possent. Nec rõ vlla patitur, vt eorum vsus ante peccatum possibilis non esset: exigit. n. ita naturæ ordo, vt in quauis genitura virtus actiua & passiua simul existant, simulq; coeãt, quarum prior in mare, posterior in fœmella est: nec gratia tollit legitimam Dei ordinationem, sed iuuat, sed perficit. Ad hæc, quorsum commemorat hoc loco Moses, Deum fecisse vnum hominem marem, & alterum fœmellam, & faustam hanc benedictionem vtriq; dedisse, vt fructus ederent, & multiplicarent, nisi vt euidens faceret vtrunq; (quanquam fœmellam magis, si Arist. ac Thebano Thiresiæ credimus) natura, atque adeò dono Dei procreationem appetere, ac futuràs fuisse in eo statu fœlicissimo, honorabiles nuptias, & thorum immaculatũ? & proinde nullam in eõ futuram fœditatẽ, nullam turpitudinem, nullumq; genitalium motum nõ à rõne & à voluntate hominis perscriptum, nullũ inhonestũ libidinis ardo-

Hanc opinionẽ Guido Carmelita Armenis, adscribit, Bernardus verò de Lutzamburgo Almerico, quia patres non legerant.

rem,& impetum? Sanè turpitudinem oẽm,oẽmq; intemperantiã peccatũ inuexit,ficut & erubefcentiã,quã nõ fuiffe ante pctm̃ palã facit Mofes.c.2. Eft aũt oĩno infulfum,& quòd ab eruditis hoĩbus recipiatur indignum,fic hoĩes in eo ftatu affirmare multiplicatos iri, quẽadmodum Angeli in fua eorũ cõditione,aut ẽt poftea aucti tãtopere funt,nẽpe vt legiones in eis cõplures,Matth.26.& millia milliũ Dan.7.effe dicantur:q̃q̃ Patribus,qui eos corporeos effe crediderũt,& in vna eademq; fpecie innumeros, fic vifum fuiffe,minus mirãdũ eft. Procreaffent igitur Adamus,& Eua fi fteriffent nõ quidẽ ad conferuandã fimpl'r fpeciẽ,qm̃ dono iuftitiæ originalis immortales futuri erãt;fed ad eã in hoc fenfili & inferno mundo conferuandã, quo ad parentes in cæleftem Paradifum viui confcenderent: & rurfum,ad augẽdam prolem in Dei cultum & gloriam,inq; multorum falutem: ac tertio, & poftremo,vt ea quam vnus homo per fe ipfum non habet,vitæ fufficientiam & fælicitatẽ(folus nãq; imbecille animal eft)multorũ ope,hoc eft,ex ciuili focietate oẽs reportarẽt.minus.n.fuauis,& minus iucũda fuiffet primis parẽtibus abfq; focietate,& prole,Paradifi:& terræ huius incolatus:& multò magnificẽtius egit Deus innumerabilibus hoĩbus beatitudinẽ paraffe,q̃ folis duobus: Vt videas ex his domos,pagos,& vrbes in ftatu fæliciffimo illo minimè huic Orbi fuiffe defuturas,atq; adeò nec œconomicẽ,& politicẽ,ac cęteras honeftas difciplinas & artes:& defmas admirari fi vtrunq; eis dictũ fuit, *Procreate,& augete*,proculdubio mares & fęmellas: hæ nãq; ficut & illi ad electos pertinent: quorũ numero & integritati cumprimis confuluiffe Opificem hac lege cõiter creditur, pręterquam quòd certum eft,vtrunque fexum ad integritatem ac perfectionem fpeciei humanæ fpectare: quãquam enim fęmella non tam ex intentione particularis naturæ, quàm occafione potius ac imbecillitate virtutis feminis editur(quãobrem & mas occafionatus dicitur 8. Phyf.cõm.81.) nihilominus ita conftituit vniuerfalis natura,quæ cumprimis Vniuerfi integritati profpicit,vt & hæc nullo vnquam tẽpore defit:nec efficaci, aut idonea ratione probatum aliquando eft,femen progenitorum,futurum fuiffe in eo fęliciffimo ftatu, & loco femper viuax,hoc eft,perfecti caloris,& roboris.Et fi.n.videatur defectus quidã maris,cùm femen minus calidũ atq; potẽs emiferit,ac proinde cogatur natura formare fęminam; non tñ ftatus ille repudiabat hoc genus defectuũ. Iã verò & hæc quoq; verba, *Mafculũ & fœminam creauit eos*, manifeftè Phylaftriũ erroris & negligentiæ in perpendendis fanctis Scripturis redarguunt; qui hærefim effe pronunciat, affirmare Deum effeciffe antea corpus Adæ,& deinceps creaffe; ac indidiffe illi animam;& exiftimat toto hoc capite de fola animæ creatione verba fieri, ac in fequenti de corporis formatione. Errat,inquam: quia differentia fexus eft in folis corporibus: atqui hic dicitur Deum vtrunque fexum effeciffe. Rurfum Catholica, Ecclefia fentit animam intellectiuam effe humani corporis formam, vt dixi; hęc verò femper in lucem prodit cùm cõpofitum gignitur. Poftremò quo animabus folis dixiffet, *Crefcite, & multiplicamini, & replete terram*, & id genus alia verba,quæ hic fcribuntur? Quòd fi hæc omnia per anticipationem dicta fuifse, quis pro Phylaftrio dixerit: (funt enim qui fęminam formatam

matam fuisse die septima contendunt) hic primùm non obtinet animam fuisse ante corpus creatã,quod vult Phylastrius.ac deinde errat ipse quoq; sicut & illi qui hæc de fœmella sunt arbitrati. Quàobrem obserua Mosem cùm sequenti capite vtriusque hominis formationem denuò narrat,præterire penitus benedictionem hanc cùm tamen cætera videatur etiam diligẽter repetere.Qui sic?Puto,vt hoc quoq; modo significaret hac sexta die fœminam fuisse cum mare formatam. Etenim, quamuis rursus de vtriusque formatione istic verba faciat,nimirum quòd res tanta efflagitaret,vt repeteretur enucleatius,& vt adiacentes circũstantiæ ẽt minutissimè ab eo exponerentur;attñ vt notas aliquas daret,vtrunq; simul,hoc est, sexto hoc die, nõ verò seorsum diuersis diebus sexto & septimo ab Opifice fuisse formatos.datam fuisse illis sexta die benedictionẽ exposuit,ac sequẽti capite cùm de septima loqui vř,suppressit. Sed perpendamus hoc quoq; accuratius in præsenti, nũ hæc Opificis benedictio reuera lex quædã fuerit vniuersis hominibus in primis parẽtibus ꝓmulgata:an magis indultũ, sicut quibusdã visum est:& refractarij quidẽ Ecclesiæ,fuisse legẽ docẽt cuius reos faciunt, cũprimis Monachos,qui voto ad perpetuũ cęlibatũ sese adstringũt, q̃ snĩa ipsam quoq; beatissimã Virginẽ,& Dei matrẽ tanq̃ reã legis huius ꝓfectò accusat,quæ se vouisse Deo virginitatẽ Angelo,& pijs hoĩbus, & cũprimis D.Aug.lib.de sancta Virginitate.cap.4.illis verbis declarauit, *Quomodo fiet illud,quoniã virum non cognosco.* Quãquã nõ me præterit,posse ẽt ad Mariæ intelligentiã hæc eius verba referri: cũ.n.audisset sibi ab Angelo dici, *Ecce concipies,&c.*potuit cõsequẽter intelligere cõfestim,ac veluti in eo momẽto in quo cõsensum datura esset,se esse cõcepturã,quod & factũ fuit, & cũ virũ nõ esset vnquã experta,dixisse, *Quo fiet illud,&c.*Sed prior expositio,& sanctorũ permultorũ intelligẽtia nititur,& in Ecclesia est vulgatior.Sed & D.Paulũ quoq; hæc eorũ snĩa redarguit,qui 1.Cor.7.& virginitatẽ eximiè probat,& matrimonio disertè præfert,quinimmo & Dñm Saluatorẽ nostrũ,qui eiusmodi votũ siue propositũ abstinendi ab vxoris cõmercio non obscurè laudat,elegãterq; castrationẽ appellat. Hæc.n.vox,non solũ actus Venerei intermissionẽ,sed ipsam quoq; facultatẽ cõgrediẽdi illos sibi ademisse significat. Etenim dicimus eos se castrare,apocoposq; vocamus, qui virilia sibi amputãt adimũtq;, quod cũ voto fit,vel pp regnũ cœlorũ facilius ꝓmerẽdũ,vel pp Ecclesię vtilitatẽ,vt nimirũ ministri operas suas citra impedimẽtũ cæteris exhibeãt, euãgeliumq; facilius ꝓmulgare sanctiusq; Deo seruire possint,egregiũ certè & heroicũ munus pstat.Adde solẽnẽ perpetuũq; Ecclesiæ Christi ab ipsis Apłorũ tẽporibus ad hãc vsq; diẽ seruatũ morẽ de quo D.Clemẽs Stromatõ lib.3.& D.Epiphanius cõtra aplicos vbi & fragmẽtũ affert canonis Apłorũ,quo admonemur, *Post definitã cõstitutamq; Virginitatẽ,sceleratũ esse cõtrahere nuptias*,vt aliorũ sanctorũ Patrũ testimonia interim p̃tereã(quòd in loco cõi digredi nolim) & doctissimorũ hoĩum,qui summa cũ laude de eo tractarũt,passim scripta prostent.Videmus,n.Ecclesiã cohortatã fuisse multifariã hoĩes ad cęlibatũ,ac p̃terea longo interuallo virginitatis & cõtinẽtiæ præstitũ votum, cõnubio & nuptijs semper præposuisse,cęlibesq;(vbi reliqua fuerint ęqualia)docuisse meritis

Nũ verba illa Crescite &c. lex fuerit an indultum.

& coronis ante stare vxoratis. Quæ Ecclesia Spiritum sanctum habet magistrum, & Christum Dominum sponsum, à quo domi perpetuò discit. Quid igitur dicet quispiam hæc non est lex? respondeo sic planè eruditi Catholici quidam existimarunt, & inde probant, quod hæc eadem verba piscibus dicta fuerint, qui tamen capaces legis non sunt: Sed si verum amamus, ipsis quoque aquis legimus Deum dedisse legem ne transirent fines suos, Prouerb. 8. & vt Barcephas parte prima excurrit; rebus omnibus nempe, & ratione præditis, & rationis expertibus mortalibus, & immortalibus animatis, & inanimatis, quæ sensu percipiuntur, & quæ sensum omnem effugiunt, leges præceptaque præscripsit: quod & Dauid Psal. 140. testari videtur: vt proinde mirum non sit, si piscibus quoque legem tulerit: sic enim Dei ordinationem quamcunque, atque decretum, communi consensione legem, ac præceptum viri docti appellant.

Quamobrem & prisci quidam & recentiores, cumprimis verò Scholastici. 4. 26. prima. dixerunt hanc quidem esse legem seu mandatum cum fausta præcatione latum: sed hominum multitudini & communitati, non verò singulis quibusque sigillatim datum, & ita profectò S. Thom. Durandusque sentire videntur: quibus & quæ hic Caietanus adnotauit in verbo *Subiugabunt*, suffragari vtcunque videntur. Verùm cùm lex affirmatiua sit; scripserunt Ioannes Scotus, Iacobus Almainus, alijq; permulti, singulis quoque latam dici posse, quæ tamen non pro semper, (vt loquuntur) sed in quibusdam dumtaxat euentis & casibus obliget, Videlicet si quando humana species valde imminui videretur. Sed fortè expedita magis, ac magis vera loci huius intelligentia est, significati nobis his verbis assignationem & concessionem viri congressus cum vxore, ne Adamo vllo vnquam tempore subiret in mentem, cùm rectè quoque concubitum exerceret, Deo rem odibilem facere, quod nihilominus insani homines quidam existimarunt; Tacianus videlicet, & Encratitę, & qui nuptias damnarunt, de quibus Paulus. 1. ad Timot. 5. scribit, & Irenęus libro primo, cap. 30. & Epiphanius similiter, libro primo. Etenim cùm eam homo exercet iuxta præscriptum Dei, hoc est, cum coniuge ritè ac rectè, naturæ potestatem, & vim exercet, quæ vniuerso hominum generi, singulisque eius indiuiduis Dei benedictione, hoc est, eius incremento beneficentiæ cum essentia indita fuit, & quæ facultatem vegetatiuam effluxione vbique, hoc est, in omnibus viuentibus sequitur, & ab ea tanquam germen à radice pullulat. 2. de Anima. 36. primo Politicorum 1. Ergo odibilis & ingrata Deo non est: quod vt Opifex explicaret, palam, patenterque, rem vxoriam concessit, assignauitque & quidem non frigidæ, sed ardenter, videlicet perinde ac si præciperet.

Dici & aliter denique potest, ac (ni fallor) non absurdè, quòd cùm ea, quæ ab Opifice facta simul fuerunt, explicata à Mose non fuerint, nisi per partes, vt intelligeremus singula quæq; à verbo Dei emanasse, poterit benedictio hæc non de exercitio actus, sed de potestate, & vi procreandi intelligi, vtque hunc nobis sensum efficiat: Vim habetote procreandi. Et ne quis putet vno, aut altero vestrum congressu hanc penitus vel extinctam,

vel

vel exhaustam iri, volo, ut uiuax & perennis sit, atq; adeò ut multiplicare sobolem possitis. Nam homo est omnium terrestrium animalium salacissimus ob maximum videlicet calorem & ingentem humiditatem. Quòd si senio confectos mihi quispiam objiciat; respondebo hoc non esse virtutis, sed organi labefactatione, vt quemadmodum alicubi Arist. philosophatur, si senex oculum iuuenis acciperet, perinde videret ac iuuenis. Ita propemodum existimare ac similiter philosophari possimus; si senex corpus organaq; ad cógrediendum idonea ceu iuuenis nancisceretur fœtum, prolemq; eodem modo susciperet. Actum igitur pro facultate potuit Scriptura nunc posuisse, sicut & superius cùm volucribus mandasse Opificem dicit, vt volarent super terram, quod interpretati sumus, vt volare possent: & si enim facultates sint propter actus, non tamen inde rectè colligitur, quin quarundam earum exercitium rationis imperio non subsit, præsertim verò procreatiuę non vt facultas est, sed vt actum per organa rationis imperio subiecta exercet, quanquam nunc ægrè sanè, & magna cum difficultate hoc assequimur, & præsertim in adolescentia, quo tempore prona maxima natura nostra est ad voluptates, sicut & Scotus in 4. d. 1. q. 6. adnotauit; & nemo (vt arbitror) non experitur. Verùm in statu Innocentiæ futurum erat facillimum, quo quidem statu amisso, confestim primi homines senserunt inobedientem, motum carnis suę, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ D. Hieronymus tamen in Epistola ad Geruntiam ad prisca illa tempora, & veluti adolescentiæ orbis æstuantem ætatem, legem hanc restringit adque nostra tempora spectare inficiatur, verba eius sunt. *Quod, si post diluuium, & ante viguit hæc senteñtia Crescite & multiplicamini, & replete terram*; *quid ad nos* (inquit) *In quos fines sæculorum deuenerunt, quibus dicitur tempus breue est, & securis ad radicem posita est, quæ syluam legis, & nuptiarum euangelica castitate succidatur, tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus &c.* Eccles. 3.

Verùm si placeat magis communis opinio, vt hæc Dei oratio lex quædam sit, ac vt de actu matrimonij intelligatur, sciscitor quomodo sapientissimus Opifex actum præcipere homini potuit, qui & ei vsum rationis penitus obruit, ac veluti absorbet, quemadmodum & Arist. iamdudum & D. Aug. lib. 11. de Trinitate cap. 4. testantur? Et rursum, qui raró, aut nunquam exerceri absque peccato potest, vel saltem ueniali, cumprimis verò cùm voluptatis causa ab hominibus exercetur, vt fermè fit, quemadmodum D. Aug. in lib. de Bono coniugali cap. 6. & S. Thomas, ac meliores Theologi sentiunt, licèt Ioannes Maioris in 4. d. 31 & Ioannes Eckius homilia 1. de matrimonio nullum videantur in casu peccatum agnoscere: quos veruntamen veterum quorundam auctoritas patenter & grauiter redarguit, qui actum hunc turpem ac fœdum non semel nuncupauerunt, & vix à mortali absoluerunt, sicuti 32. q. 4. cap. origo. & 33. q. 4. cap. Vir cũ propria, videre est. Sed sanè hyperbolis crebrò pfes vtuntur: & proinde sunt commodè audiendi. Fateor sed si Dei præceptum hoc est, cur Paulus primæ Corint. matrimonium fidelibus secundum indulgentiam nonnisi concedit? tacitè enim significare videtur non esse suapte natura bonũ.

At verò si quis innocentem spectabit Adamum, nullum hæc ei exhibebunt negocium. Ille nanque si stetisset, quàquam maiore delectatione fuisset in Venere affectus, quàm nunc homines generatim afficiantur: (etenim corpus habuisset purius & nobilius magisq; perceptiuum) vis tamen con cupiscibilis non sic se delectatione & pruritu relaxasset in coitu, vt prorsus diffflueret, ac insaniret, sicut nunc diffluit & insanit, sed à ratione cohibita moderatum habuisset feruorem. At si hunc ipsum, & cæteros quosq; post lapsum contemplamur, dici potest etiam in somno obrui rõnis vsum, & neminem nihilominus vituperare dormientes: eo enim Mundi Opifex Rector; & conseruator, naturæ animalium consuluit, & ita fermè Scotus respondet. 3.d.21. Sed si rem pressiùs examinabimus, dispar vtrobiq; ratio inuenietur: licèt enim somno videatur tantisper mens & ratio obrui, attamen & vires corporis eo instaurantur (est enim naturæ coquus,) & reficit artus vigilia, & Venere defatigatos, quamobrem, & hæc quattuor sese conse qui hoc ordine dicunt, exercitium, cibus Venus; & somnus, & exporrectis adest nobis mens validior ad contemplandum, quod somno fantasmata & spectra veluti depurentur: vt proinde maior fiat compẽsatio. Atqui Venus colliquat corpora, sternit vires & robur, accersit canos, obtũdit aciem visus, cuius rei indicationem à pueris virginibus capere possumus: sunt. n. acutioris visus non virginibus, & vocis magis acutæ, & anhelitus melioris ac bene olentis, quod & Aristoteles quoq; 4. Problem: 13. scriptũ reliquit. Adhæc Venus magnopere contemplationi obest, quod non modo Auer. 7. Phys. Sed ipsa quoque ratio in apertum ponit: trahitur spiritus ad genitalia, & prorsus absumit, at verò contemplatio à corde in contrariam partem trahit nempe in cerebrum, in quo resoluuntur. Sunt autem ascensus, & descensus contrarij motus. & hoc quidem dicimus sequuti Medicos: nam si Aristoteles in 1. de Generatione animalium sequeremur, ac semen labi à cerebro per spinã existimaremus quales, rogo, suppetias haberemus in hoc amplificando, & exornando argumẽto? Sed & laborare morbo Herculano fermè in concubitu homines videntur, vt frustra conferat quis somnum cum Venere, damna somni cum huius damnis. Amplius, somnus singulis ad tuendam valetudinem, & vitam necessarius cum primis est (reficit enim artus:) Venus verò nemini, quinimmo noxia est, vt dicebã. Postremò, multus quoq; somnus & intempestiuus, & ab Homero in 2. Illiadis cuius est illud vulgatum carmen,

Sed & fœminæ viuunt plusquam mares, vel quia semẽ non emittunt. 1. de Generatione Animal. cap. 19 aut certè per paucum De longit. & Breuitate vitæ.

Verba Platonis in 7. de legibus sunt nullus dormiens alicuius est rei &c.

Haud dignum duce, id est, *Noctem dormire per omnem*, & à Platone in 7. de legibus, & in 7. de Repub. & denique ab Aristotele, & sapientissimis hominibus hoc ipso improbatur, qui remissos facit homines, obliuiosos & segnes, atque adeò impedit ne obire facilè, & opportunè officia nostra possint, præterquam quòd dum dormit, non differt fœlix ab infœlice.

Itaque responderi quæsito aliter potest, nempe vniuersalem prouisorẽ præponderasse conseruationem speciei, ac perennitatem, quæ de constitutione, ac perfectione (quamuis non præcipua) Mundi est tantulo singulorũ hominum bono, Tantulum dixi, ob temporis breuitatem quo obruitur ratio, & planè absorbetur. Adde, quia lex data singulis diuisim non fuit, sed communitati,

communitati, hoc est, omnibus vnà coniunctis: quod perinde est, ac si vnà cum lege, liberam cuique diuisim facultatem fecerit, aut cęlibes permanédi, aut certè contrahendi nuptias, si malent: quare & Abel ante diluuium, & postea Melchisedech, si D. Ignatio credimus, Heliasq; si D. Ambrosio, & alij nonnulli, Virgines fuisse videntur. Sed & constat testari Scripturas aliquando comminatum esse Deum multa mala generatim populo, ac nihilominus quosdam seorsum ea euasisse, ac nó fuisse in illis implicatos. quid igitur hoc ipsum sentire quoque vetat, vt nimirum à legibus vniuersalibus aliqui exempti tacito Dei decreto similiter fuerint? qui tamen pauci, eorũ comparatione, extiterint qui legi obtemperauerunt. Num verò exerceri cónubij actus absque peccato possit, S. Thomas in ea 31. d. 4. q. 2. art. 3. luculenter exponit, & Durandus disertè ait actum illum suaptè natura esse indifferentem: quod & Iacobo Almaino, ac mihi magnopere certè probatur. Et si enim præ se ferre similitudinem cum actu fornicationis: & proinde fœditatem quandam, & turpitudinem videatur. (Quamobrem mox à peccato primi homines solo Genitalium pruritu, & motu erubuerunt, & communis hominum consensus Diogenem eiusq; sectatores Cynicos propterea vocauerit, quòd non semotis arbitris, quinimmo palàm, quemadmodũ canes, inuicem congrederētur.) non hoc certè satis est, vt euidenter demóstret esse peccatum: sed quæ actui illo adiacent circunstantiæ sunt, quæ actum illum accusant. Paulus autem cùm indulget inire connubia non eá aut improbat, aut insinuat esse res malas, sed cęlibatu minus bonas: nec expendit, quid Vniuersum exigat, sed quid cuiusque salus, & commodum seorsum postulat. Etenim cęlibes & multò facilius vacare contemplationi, & rebus diuinis dare operam commodius possunt, leuioribusq; incommodis & molestijs afficiuntur, quàm vxorati: Quæ profectò plura sunt, q̃ vt possint nunc à me Episcopo & Monacho recenseri: ea tamé vtcunq; dudum enumerarunt D. Ambrosius in commentarijs 1. ad Cor. loco citato, & D. Hieronymus contra Iouinianum: quæ cùm intelligeret Paulus, & grauiora tunc temporis ea esse perspiceret ob Ecclesiæ persecutiones, mirum non est, si *Secundùm indulgentiam*, dixerit: & rursus, *Ego autem vobis parco.*

Ac posteaquam attentissimos esse vos & à meis pendere verbis perspicio, geminam quoque aliam difficultatem nunc libéter expediã. Prior est, quî fit, vt cùm Theologi matrimonium à fide, prole, & sacramento excusent: (hæc enim Christiani connubij bona sunt) huius tamen legis obediētiam prorsus prætereant? nam quæ, rogo, potest excusatio afferri, aut melior, aut paratior danti operam procreandis liberis, cùm accusatur à quoquam tanquam de actu vel turpi, vel qui turpitudinem annexam habere videatur, quàm si obedientiam legis Dei confestim attulerit? hæc enim sacrificijs quoque præfertur; & ea commendandus potius est, quàm accusandus. Respondent nonnulli aliud esse excusare hominem, aliud verò excusare actum. Etenim excusant quædam interdum hominem, quæ tamen actũ non excusant. Ignorantia Paulum excusauit, non verò eius blasphemias. Excusat hominem, qui ignarus alterius rem eo inuito contrectat, non verò furtum, aut adulterium. Itaque & lex hæc potest excusare connubio iun-

1. Reg. 15. Eccl. 4.

ctos, non autem eorum inuicem congressum. Verùm cùm multa his obiici possint, hoc vnum tamen nunc minimè prætereibo: Quòd cum hic Opifex multiplicationem prolis præcipiat: (inquit enim, *Crescite, & multiplicamini*) hoc verò absque actu illo consequi homines non possunt. quomodo, rogo, intelligi potest, vt actus quoque ille præceptus non fuerit? quinimmo, si verum amamus, fermè etiam disertè expositus: sine eo enim exequi primum non potest. Dicuntur iam verò hæc à me secundùm illorum opinionem, qui hanc esse legem malunt. Respondetur, Theologos quærere illius actus excusationem ab his, quæ ei vel intranea esse videntur, vel certè necessariò iuncta: hæc verò sunt fides, proles, & sacramentum: At verò lex hæc extranea matrimonio est: Sed cùm etiam sacramentum actui matrimonij extraneum sit (respicit enim solum vinculum) integra solutio hæc mihi esse videtur. Vt primùm dicatur, viro huic non fuisse datam legem hanc seorsum à cæteris, cùm fuerit data communitati, quare nõ posse in causam afferre præ cæteris obedientiam: sic enim qui rei vxoriæ non dant operam, essent inobedientes, & peccarent; quia qua ratione huic lex illa data diceretur, facilè alijs quoq; data dici posset: quod Catholici negamus. Secũdò, quòd si ab intrinsecis matrimonio eius actus excusandus sit, satis erit fidem & prolem afferre, ac nihil præterea aliud, quemadmodum Durandus ead. d. quæstio. 3. rectè profectò (vt ego quidem sentio) excurrit. At verò, si etiam ab extrinsecis, & quæ ei tanquam adiecta videri possunt, minimè esse dubium alia quędam posse similiter afferri, nempe sacramentum, obedientiam huius legis, remedium aduersus concupiscentiæ æstum, commoda vitæ plurima; quæ num præponderent incommodis, multi quidem disputarunt, sed cumprimis Syluæ nuptialis auctor latissimè.

D. Aug. Quid tã ũ aquarũ animalia de creatore meruerũt, vt sola benedicerẽtur, sicut homines? &c.

Gẽnadius. Vel vt ostenderet Deus maiorẽ apud se animãtiũ quàm inanimatorũ rõnẽ haberi, quia pp animalia plantæ &c.

Iam verò posterior difficultas hæc est, quam prisci quoque patres latè persequuti sunt; cur Opifex faustam benedictionem hanc non modò arboribus, fructibus, & herbis, sed neque etiam animalibus terrestribus dederit, sed Solis piscibus, & hominibus. Cui percunctationi varius multiplexque est modus satisfaciendi: & D. quidem Aug. & Diodorus crassitiem plantarum: (carent enim sensu qui rationi vicinior est) causari mihi fermè videtur, cur benedictionem non receperint. Etenim Arist. quoque in 2. de Anima, sensum ob nimiam crassitiem illis adimit. Atqui (vt dicã quod sentio) non satis video quid, quomodove herbarum, & arborum crassities impedire hanc Dei benedictionem potuit. nec enim opus erat, vt Opificis verba, ab illis perciperentur: nam & in Euangelio Dominus ficulneæ maledixit, & exsiccata est; nec tamen auditu; maledictionẽ percepit: & imperauit ventis & mari, & confestim paruerunt. præterquam quòd deficit hæc ratio in iumẽtis, serpentibus & feris, quæ similiter benedictione caruerunt. Proinde alij hoc denegatum fuisse herbis, & plantis existimant, vt meliori loco esse apud se animalia quàm plantę declararet, & quod item plantæ citra laborem pariant, & natum citra difficultatem educant. Terra enim cùm quidpiam seminis, vel frumenti, vel leguminis suscipit, in culmum, aristas, spicasq. conuertit, sicuti D. Grego. Nyssenus libro primo de Homine. c. 28.

latius

latius persequitur, cùm de resurrectione nostrorum corporū verba facit. Sed nullum vtraque hæc ratio locum in quadrupedibus habet, quæ & sentiunt, & multo labore, rerumq; difficultate vterum gerunt, pariūt, & educant fœtus; & verumtamen non legimus eis Deum benedixisse. Quamobrem Abulensis arbitratur hoc euenisse plantis, quoniam propagatione non augentur: quod satis non capio: nam cùm perplures semen emittant, aut certè aliquid qđ cum semine cognationem habet, mirum est, cur dicuntur propagatione non augeri. Alij dixerunt sub hominis benedictione hanc eorum benedictionem comprehensam fuisse; sed ob serpentem, cui propediem Deus erat maledicturus, fuisse à Mose suppressam. Grauior certè ac probabilior ratio fuisset, si dixissent, hunc sanctissimum Vatem satis apertè nobis rem hanc exposuisse, quando ipsa quoque terræ animalia reliqua fuisse facta hoc die cum homine, cui benedixit Opifex commemorauit. Solent enim priora in posterioribus sæpe comprehendi, præsertim quando hæc & perfectiora & insigniora prioribus sunt. Subindicásse igitur potuit, vt dictum quoque animalibus omnibus, quæ hodie prodierunt similiter fuerit, quod hominibus dictum fuisse disertè commemorat, scilicet, *Et benedixit eis, & dixit, Crescite, & multiplicamini.* Sed & dici prætereа potest, Mosem existimasse satis sibi fuisse explicasse Deum benedixisse piscibus animalium omnium imperfectissimis, & à consuetudine hominū omnino alienis, auibusq; omnium animalium salacissimis, ac deniq; homini omnium perfectissimo absolutissimoque; quòd perspiceret, facilè nos inde posse intelligere datam similiter fuisse & plántis & quadrupedibus. Nec enim vsque adeò de lectorum omnium ingenijs prudentissimus vir despe rabat, quomodo expositores nonnulli, qui hac de re scribunt fermè despérant, videlicet vt fore sibi operæpretium arbitraretur, singula quæque (etiam minutiora) adamussim & distinctè perpetuò persequi; quinimmo sibi pollicitus est, eos ex dictis consequuturos collectione & ratiocinatione esse multarum aliarum rerum cognitionem; neque obesis & rudibus, sed perillustribus, ac excellenti ingenio præditis rerum Genesim hanc scribebat, quemadmodum aliás me dixisse recordor. Nam cùm exposuerit Dei benedictionem fore necessariam ad augendam & seruandam speciem, & nemo ex dictis non intelligat species perfectiorum animalium de integritate & ornamento Mundi multò magis esse, quàm eorum, quæ minus perfecta sunt; intelligere consequenter omnes possunt, hanc benedictionem eis quoque non fuisse denegatam; cùm primis autem, quòd videamus commixtione & coitu illa augeri (imperfectis, quæ ex putri oriuntur, exceptis.) Etenim quod Lactantius libro quarto, capitulo duodecimo. *Esse notum*, ait, *Animalia quædam absque coitu solo vento & aura concipere*, si de perfectioribus verba faciat, mihi & ignotum profectò penitus est, & falsitatis suspitione non videtur carere, quod discrimen sexuum frustra in eis fecisset natura. Negandum tamen non est, ventum & auram solere matricem aptare, & ad conceptionem fœtus iuuare, Aquilonem quidem marium, Austrum verò fœminarum. Rursum, vt intelligeremus non fuisse

certè

Et ita fermè Glossa.

Et ita planè Caietanus vir subtilissimus fermè respondet Quinimmo & D. Aug. cū sic loquitur: An in vno genere dicendū fuit, vt in cæteris cōsequēter intelligeretur, &c.

Opinio Lactantij improbatur.

certo generi ac determinatis speciebus dumtaxat datam, quòd natura cæteris essent perfectiores: Hoc quoque disertè exposuit, pisces & Aues eam obtinuisse, animalia nimirum terrestribus quadrupedibus minus (ni fallor) perfecta. Ad hæc, ne crederes solis imperfectioribus tantum fauoris fuisse concessum, hoc quoque Moses exposuit, hominem omnium verticem & principem esse eam consequutum. Ergo si imperfectionem spectes, ita colligere potes, Si hoc Dei beneficium, quod ad naturæ perfectionem, & complemētum necessariū magnopere est, fuit imperfectioribus animalibus concessum quomodo existimare possumus non etiam perfectioribus fuisse datum? Præterea, credimus ob speciei perennitatem, hoc est, vt conseruare speciem animalia possent, vtque hominum commodis Opifex consuleret, & Mundi ornamento, hanc Dei benedictionem cumprimis fuisse necessariam: quantò igitur magis sentiendum similiter est, hunc ipsum Opificem optimum & sapientissimum, quadrupedibus, quæ, vt sunt hominibus vsui meliori & commodis maioribus, ita mundo non minorem afferunt venustatem & elegantiam, quàm pisces, non denegasse? Denique, si te ad perfectionem verteris, sic argumentari poteris: Indiguit homo Dei benedictione, vt fructus æderet ac multiplicaret, qui est animal omnium præstantissimum: quantò igitur magis indiguerunt plantę, atque adeò frutices, & herbæ? Si de quo magis videtur inesse, & non inest, nec etiam de quo minus. atqui Deus, & natura quemadmodum superuacanea non tribuunt, ita necessaria nemini adimunt 2. Cæli 32.

Coegit me Cōmentariorū tā varia ac planè morosa diligentia hanc rem fusius persequi, quàm quod & mei est instituti & præclara ingenia exigūt.

Quod verò Opifex subiecit, hoc est, *Et replete terram*, nimirum vestra sobole, quam tanto numero esse iubeo, vt orbem terræ totum repleat, hoc est, nulla sit eius conspicua, & insignis pars quæ hominibus careat. Rursum, nullum sit continens, nullaque insula, nulla denique terræ Zona, quę hominum habitationi non pateat: & proinde quæ de Zona torrida Ptolomeus, Arist. & alij quidam dixerunt, hoc verbo Dei patenter refelluntur; ac fuisse illos hallucinatos, Hispani, & Lusitani suis nauigationibus perspicuum nobis fecerunt. & consultum est hoc Dei indulto, & terræ & homini: terræ quidem, vt vbique ac tota hominibus ornaretur; huic verò, quòd commodius, iucundiusque degere, & alimenta largiora, fruges nimirum, olera & id genus alia, ad vitæ sufficientiam ab ea capere posset: solet enim terra, quæ assiduè proscinditur & excolitur, esse sterilior, & regiones quæ nimia hominum, frequentia incoluntur, minus suppeditant quàm alendę multitudini satis sit: quamobrem fruges quoque & obsonia carius veneunt. Et vides disertè hic, si Adamus in innocentia perstitisset, non cunctos homines mansuros fuisse in illo terrestri Paradiso, si tamen terræ partem Paradisum illum fecerimus.

Et subijcite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animalibus quæ mouentur super terram. fortes igitur eos condiderat, alioquin quomodo terram pro futuro anno subigere sibi confestim potuissent? Nam quod dicit, *Subijcite*, eam patenter declarat non fuisse traditam homini subiectam & quę ad eius libitum pareret fruges, sed subijciēdam: hoc verò etiam sequenti capite luculentius Moses exponit. *Et posuit*

fuit Dominus Adam in Paradiso, vt operaretur, siue *Ut coleret, & custodiret il lum*: ergo ita concessum fuit homini dominium in terram, vt tamen vi arteque eam sibi faceret, obtemperantem, proindeque oportuisset illum etiã si Deo præstitisset obedientiam, instrumentis terram colere, & fruges sibi, & alimẽta ex ea statis temporibus acquirere. Nam si hæc vltro, hoc est, absque hominis opera, siue agricultura, fruges & olera fuisset paritura, quod Iosephus dudum voluit lib. 1. cap. 2. quorsum nunc addidisset Deus, *Et subijcite eam*, siue vt legunt nonnulli, *Subiugate eam*, quod verbum terræ contumaciam significantius exprimit, nisi fortè ad solum statum peccati respexisse dixerimus, quod profectò admodum ęgrè recipi potest, quoniã ante peccatum hæc homini dicta fuerunt & consequenter videtur restringenda non esse. Rursum, nullus ager quantumcunque fertilis, absque cultura fructuosus est, vti & Cicero in secunda Tusculana dixit, nisi fortè in insulis quas Fortunatas appellant:

Reddit vbi cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsque vinea.

Ac vt olim apud Ciclopes 9. Odissea,

Etenim hi numine freti
Diuum, nec manibus terra plantaria figunt,
Vomere nec segetem proscindunt, quin ea cuncta,
Nulla semente, & nullo nascuntur aratru,
Ordea, frumentum, plenisq; onerata racemis
Vineta, & largis hæc Iupiter imbribus auget.

Non igitur defuisset in eo innocentiæ fælici statu (vti superius dicebamus) agricultura fabrilis, piscatoria, aucupiũ, & id genus aliæ. Nam qui piscationem libero, & ingenuo homine indignam putant, ac seruis, & mercede operis victum parantibus relinquendam docent, tum quòd fiat fraude & dolo, tum verò quòd corporis optimę dispositioni & valetudini parum, aut nihil conferat, equidem aut parum prudentem, aut nostri generis parum amantem Opificem, faciunt, qui nunc dixerit, *Et præsint piscibus maris*, nimirum eos capiendo, & in suos vsus vertendo, quod absque piscatione non fit. & rursum, non animaduerterunt mare, pisciumque naturã non pati vt cum eis homo aliter congrediatur, quàm hamis, retibus dolis & fraudibus (si tamen licet uindicationem nostri iuris dolum & fraudem vocare) quemadmodum, & aucupium. Sed & exercetur piscatio nõ absq; aliqua corporis exercitatione, qua bona valetudo vel paratur, vel conseruatur & augetur, cùm tempestiuè fit, & iugis non est, ac neque sine insigni animi voluptate, quæ quantum iuuet bonam valetudinem, nemo non intelligit.

Est nihilominus magnorum virorum commentarius, qui subiectionem hanc esse mauult vindicationem terræ ab animantibus, succisione & extirpatione nemorum bestiarũq; eã colere prohibentiũ internecione cui illud primùm dìsertè obstat, quod dictũ fuisset, *Subijcite ea*, videlicet animalia, non autem, *Eam*, nimirum terram. & secundò quoniam vendicationem hanc ab animalibus illis verbis Opifex eis concessit, quæ protinus subduntur,

duntur, *Dominamini piscibus maris* & quæ sequuntur. Duo itaque Opifex illis dixit, & primùm quidem, vt agricolarent terram, quo inde fruges haberent & poma, & reliquum, vt dominarentur animalibus: & vtrunque voluit, vt arte & industria consequerentur. & de agricolatione hactenus dictum sit.

Nunc verò quantum ad animalia attinet, Caietani verbum, *Subiugabunt*, vbi nos, *Dominamini* habemus, aperit luculentius Opificis mentem. Nec enim est rationi, aut Scripturæ consentaneum, vt animalia obtéperassent Adæ ad nutum, si in obedientia perstitisset, ceu Beda, & qui eum sequuti sunt existimauerunt. Etenim datum Adæ fuit in illa ius, non tamen data est iuris executio. Nec legitur animalibus mandatum fuisse, vt dicto eius confestim parerent, quinimmo cap. 2. scribitur Deum fuisse, qui cuncta animalia ad Adamum adduxerit, vt ab eo nomina caperent: quod nequaquam fuisset necessarium, si sola iussio Adæ satis fuisset ad ea coram se sistenda, siquidem quod complures meditantur, ideo Opificem hoc iussisse, vt citius illa congregarentur; voluntarium est, nullaque ratione fultum. ergo vti nunc robore & arte regiones à feris nobis vendicamus, ita ingenio, artibus & industria eo quoque tempore sibi homines obedientiam à piscibus, auibus, & feris, & denique à terra (vel inuitis quoque & contumacibus) obtinuissent, quamuis nulla molestia ac defatigatione, nulloque vitæ periculo, sed magna cum voluptate; Deliciosè, inquit D. August. non laboriosè, quamobrem exercuissent, vt dixi agriculturam, venationem, piscationem lanificium, aucupiumque, atque adeò & aratra, & sarculos, & retia, & laqueos, sagittasque & hamos, & id genus organa sibi confecissent, quibus & corporum saluti exercitio consulerent, & cùm animalia, tum verò terram sibi fęlicius subigerent. Num verò ferri vsum habuissent, ego certè opinor fuisse habituros, quo commodius votorum, rerumque compotes efficerentur: & si enim terra ligneis quoque instrumentis possit proscindi, vt nunc quoque à Samogithis populis vltra Moscouiã habitantibus proscindi dicitur, ob indigentiam ferri, maiore certè labore, & incommodo id fit, quàm ferreis, atque sicut tunc sublimioris futuri erãt ingenij homines quàm generatim modo sint, licèt nõ omnes ęquales futuri essent, sicut nec æquè sapientes & prudentes, quamobrem & sapientiores fuissent alijs præfecti; ita quoq; modo quodam præcellentiori præstantiorique artes exercuissent atque nos in præsenti exerceamus.

Obseruat iam verò Durandus in tractatu de potestate Ecclesiastica, hominem fuisse, nunc constitutum Dominum animalium Dei verbo: at verò nusquam legi vnum hominem fuisse ab eo constitutum, cæterorum hominum Dominum, de qua re alibi campus latissimus disserendi dabitur, Manifestauit autem Scriptura, Deum dedisse nobis principatum, & ius in animalia non ea tantùm ratione, vt eius in nos charitatem patentius aperiret, sed & præterea, ne vllo vnquam tempore nobis subiret in animum ea nos vsibus nostris in iusto titulo vendicare: cunctorum enim & Creator & Dominus cùm sit, transferre in nobis ab sque eorum iniuria dominium potuit; ac, vt diximus supra, quia specie, hoc est, forma, & differentia eis in vniuersum

vniuersum omnibus multò perfectiores sumus. At verò nō sic hoīes hominibus præcellimus, quippe qui vnius speciei omnes sumus: quod profectò admiratione non caret. Nam vt bestiæ ideo à plantis disterminantur genere, quod gradus illis quidam additus à natura sit, qui plantis deest (sentire videlicet) quare homines, rogo, non modò specie, sed & genere à bestijs non differunt, cùm eis præstantior facultas, gradus longè nobilior, (nēpe intellectus) tributus à natura fuerit? eo.n. bestię carēt. Et psuadere posset hęc ratio indoctos, bestijs quoque mentem quadantenus inesse, aut certè non vnam dumtaxat esse speciem hominum, quod malunt quidam, qui montanos quosdam pigmeos ac syluestres, Faunos, satyros, lemures, à nobis specie differentes faciunt, & homines similiter marinos aliquot, sed rem tantam non satis probant, & scire, dixit Aristoteles, in procem. Meta. *Multa iuxta Prouerb. mentiuntur Poetæ*. Verùm spectat nobilis hæc percunctatio ad tertium caput. Adde his, edoceri nos hoc Dei exemplo translationem dominij fieri non posse absque eius qui dominus est, voluntate & stipulatione: quamobrem & ff. de Regulis iuris dicitur: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alios transferri non potest: hic enim supremus rerum Dn̄s, nobis hominibus ait, *Dominamini, &c.* nō alius quisquam. Rō difficillima.

LECTIO XXIX.



Ixitq; Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis se mētem generis sui, vt sint vobis in escam; & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cæli, vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Clementissimi patris officio fungitur Deus, vt quod Paulus dixit, *Pater thesaurizat filys*, specimen quoddam, & exemplum in eo, & nostri generis primis principibus habuisse nunc omnes videamus. cùm enim intelligeret alimentum esse hominibus ad seruandam vitam apprimè necessarium, de eo confestim illis largiterque prouidit, ac in eorum gratiam (vti videtur) animalibus etiam cæteris. Vnde & Dominus Matthęi 6. ait: *Respicite volatilia cæli quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa.* Quapropter Opifex consultò nunc apposuit aduerbium, *Ecce*: in quo semper quidpiam momenti inest, & ad excitandos reddendosque homines attentos, tanquam quod repentinum aliquid & insperatum solet afferre vsurpamus, vt quod Paulus 1. Cor. 9. dixit: *Nunquid cura est Deo de bobus*, ita intelligendum sit, vt videlicet propter eos, & non magis propter homines voluerit rerum Opifex, vt alantur, ac legem illam tulerit, *Non alligabis os boui trituranti.* Deut. 15. Quanquam denique omnia Vniuersi præsertim causa quod primò prouisum est, & effecerit, & seruati voluerit. Iniquè igitur admodum mortales cum Deo agimus, quando de philantropia, & de prouidentia eius diffidimus. Cùm.n. pascat coruos, passeres, & his quoque viliora viuentia Psal. 146. Matthæi 6. Luc. 12. quomodo 2. Cor. 12.

modo nos, qui & perfectiores cæteris animantibus multò sumus, quorũq; grã hęc effecit, ac ei similes sumus hic ipse Opifex noster non pascat? Papæ, quanta est hæc diffidentia, aut etiam insania, sed à lapsu Adæ grauissimè hoc morbo plerique laboramus, ac de clementia, & benignitate cælestis Patris minora semper sentimus.

Iam verò, quia Opifex dicit, *Omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna*, Iunilius existimat & noxias herbas & infęcundas arbores non fuisse ante peccatum Adæ æditas. Quomodo enim Opifex dixisset, Omnem herbam & vniuersa ligna do vobis, & animalibus in escã? Sed probatio leuis admodum est: inferius enim cap. 9. hic ipse Opifex assignaturus est Noe, *Omne quod mouetur & viuit in cibum*: in qua sanè nomenclatura serpentes continentur & herba noxia, ergo sicut ibi Dei oratio quanquam generalis, commodè tamen interpretatur, ac pro innoxijs duntaxat intelligitur; ita etiã nunc ad salubres herbas, fęcundasq; arbores Dei oratio restringenda est, sicut & aliàs diximus. At verò & in illis verbis, *Vniuersa ligna*, alterum ex duobus cogimur intelligere, aut non confestim ab initio eius formationis vetasse Adamo arborem scientiæ boni & mali, aut certè, si eam illicò excepit Mosem, nunc non totam Dei orationem ad illũ primum hominem habitam exposuisse. hoc verò mihi videtur probabilius, quare subaudiendum puto, *Excepta arbore scientię boni & mali*. Et cũ audimus, cunctis animantibus terræ, & volucribus, herbas, semina, & fructus datos fuisse in cibum, non intelligas hęc omnia, illis pariter & nobis data fuisse communiter; sed singula singulis secundum vniuscuiusque naturæ conditionem. Rursum, & hoc nobis quoque hæc verba indicant; ita omnia animalia cibo indigere, vt absque eo viuere diu non possint magna, minora & minima: quare & Camaleontem (cuius meminit Arist. 4. de partibus animalium cap. 1c.) ali cibo aliquo necesse est, & Cicadas similiter: quanquam enim ore carent, promuscinden tamen indiuisam habent qua rorem, aeremque sugunt: quod & fortasse auis illa Indica facit, de qua aliàs sermonem habuimus: quamuis (vt dixi) minus hoc mihi verum videatur propter corporis magnitudinem & alias causas. Aerem autem nutrire testatur Galenus libro de vtilitate partium, & in Methodo, & in libro de alimentis: neque enim hunc purum attrahimus, sed mixtum, multisque vaporibus alteratum. feruntque Olympiodorum scribere, se vidisse hominem qui solo aere: & Sole nutriretur & Cardanus lib. 17. de Varietate cap. 98. refert Petrum Numagien. scribere, Nicolaum Subsiluanum quendam sine cibo vixisse: quod nihilominus (si verum est) non hoc ei puto diutius contingere potuisse, sed nonnisi pro aliquo temporis interuallo. Nam & scribit Arist. lib. 6. de historia animalium cap. 30. & lib. 8. cap. 17. Vrsum feram nobis perspectam, ad minimum dies quadraginta, potissimùm autem tribus mensibus in antris ac nemoribus latere, ac cibi nihil omnino sumere. Nec desunt animalia quædam, & cumprimis Bufones, quæ absque cibo patenti diutius viuunt; & fuisse in Germania ætate nostra puellam ferebant, quæ totum biennium nihil gustaret, de qua, & Simon Portius Philosophus libellum ad Paulum tertium dedit, contingere autem hęc possunt

sunt

sunt in Vrso quidem, & id genus voracibus animalibus, vel quòd pristinæ voracitatis reliquias seruant & concoquunt (crudis enim cibis, hoc est, nec dum digestis, alios atque alios ingluuiosi accumulant) vt longo propterea tempore ad illos omnes concoquendos opus sit: vel etiam quòd maxima pituita sint onusta, ex cuius sanè copia, & frigiditate ventriculus efficiatur insigniter stupefactus, ac proinde nihil appetat. in alijs autem quòd (vt dicebam) aeris inspiratione nutriantur, & calor ac spiritus refrigerentur. sed cùm hæc veluti monstruosa habeantur, aut certè præter communem naturam, paucissimisque contingant, eis suppressis, Opifex nunc declarat quid suo veluti iure ab eo natura ex petit, pro seruanda quam eis contulit, vita: hoc verò est vt generatim escam consimilem omnibus tribuat præparetque, consimilem, inquã, hoc est, ex oĩbus elementis mixtã, cuiusmodi eorum corpora sunt: & si alioqui atque alia ratione rectè dixeris, dissimilem, nimirum in principio, ac in fine similem, vti dicitur in secundo de Anima. Itaque palàm nunc est, rectè nos superiore quadam schola dixisse, Scripturam explicare hoc capite quid generatim fieri, & circa procreationem animalium & circa id genus munera eorum reliqua Deus voluerit, eaque nunc prorsus præterire quæ ille vni ex eis aut alteri seorsum à toto genere tanquam, veluti prærogatiuas contulit, quibus & sapientiam ac potentiam suam etiam apertius declarauit. Est itaque quod nunc generatim dicitur, *(cunctis animantibus terræ, omniq; volucrè Cæli*, restringendum ad eorum maiorem partem: quo planè orationis genere, Scriptura sæpenumero vtitur.

Cæterùm videmus geminum obsoniorum genus, primis hominibus Opificem parasse, & vtrunque simplex, ac, vt D. Ambrosius lib. 3. Exameron ait, frugalitatis ac parsimoniæ manifestum exemplum: *Herbas*, nimirum, *afferentes semen*, siue vt quidam legunt, *Seminantes, & arbores*: non qualescunque, sed pomis refertissimas. Vbi primùm obserua, non omnem herbam semen emittere: neque enim Opifex frustra adiecisset, *Herbam afferentem semen*. Quamobrem audiendus Theophrastus non est, cùm in libris de causis plantarum, nullam penitus extare stirpis speciem arbitratur, quæ & omni tempore, & quouis loco sterilis sit & infęcunda. Gramen profectò sterile est, sicut & D. Hier. in commentarijs in Oseam. c. 10. & ante hunc Phylo hoc loco, quinimmo & omnis agrestium turba testantur. * Ac vt magis mireris, ipse quoque Theophrastus in libris de historijs plantarum, vbi permultas infęcunditatis, parum sibi consentiens manifestè damnat. & Melchior Guilandinus vir doctissimus, & rei herbariæ nostra tempestate facilè princeps, huiusque Academiæ decus, cùm familiaribus colloquijs mecũ, rogatus, de re hac nuperrimè disseruisset, datisque ad me subinde litteris, admonuit, Auctores inter steriles enuumerare Epimedium, Polipodium, vtranque filicem, fungos, & alias quasdam. Rursum, videmus hîc non omnem herbam in superficie terræ esse: similiter enim non subdidisset Opifex verba illa, *Quæ est super terram*; siue, vt quidam vertunt, *In superficie terræ*: sunt enim stirpes quædam, quæ veluti fœtus terræ vterum gerentis sunt, hoc est, quæ intra terram latitant

His nuperrimè eruditissima in Papyrum foras dedit, hoc est Cõment. in tria C. Plinij maioris de papyro capita, lectione dignissimum.

tant

tant occultanturque, cuiusmodi Ceraunium est, Ebenum fossile, tubera, & alia. nec tamen intelligas has hominibus generatim opificem interdixisse, quia hanc determinationem apposuit, *Quæ est in superficie terræ*, sed indicasse quas haberent paratiores, ac tanquam ad manum. Quæ enim occultantur, arte ac labore inueniuntur.

Nec disterminantur hic herbæ à plantis vti vulgo fit, sed à lignis, hoc est, ab arboribus. Enimuerò planta genus quoddam est, cuius quattuor sunt species (si Aristotelem, & Theophrastum sequimur), herba, frutex, arbor, & phriganum, quem Theodorus suffructicem nouo nomine vocat: omniumque perfectissima arbor est, quæ pluribus partibus constat, & simplici dumtaxat caudice à radice assurgit, vti sunt Palma, Olea, Morus. At verò frutex licèt pluribus & ipse partibus constat, eius nihilominus superficies multiplici caudice assurgit, vt Rosa, Rubus Paliurus. Porrò autem herba tametsi plures habeat partes, assurgit tamen sine caudice, vt Triticum, Lactuce, Cucurbita. Phriganum autẽ (quod cremium Guilandinus appellat) & ipsum quidem plures partes obtinet, sed lignosum existens minutis folijs constat, vt Thymus, Sampsuchus, Ruta. Quibus generibus quattuor ab Aristotele, & Theophrasto subtiliter excogitatis, addere oportet quintum, quod Guilandinus *Cyema* nominat, quod non plures, sed vnam dumtaxat partem habet, cuiusmodi Tubera sunt, Mysis, Ceraunium, Ceruiboletus, & id genus.

Sed & verbum Dei hoc, prætere a aperit, nec arbores omnes esse fęcundas; alioqui quorsum Mũdi Conditor subiecisset, *Arboris*, inquam, *seminificantis semen*? Vt fortè hæc fuerit ratio, cur Moses non scripserit fuisse datam stirpibus benedictionem ad procreandum, vt scilicet subindicaret, nonnullas earum species esse steriles, quales feruntur à pluribus, Vlmus, Salix, Populusque: quibus inficiandum non est, plantas quæ semen, aut fructus ferunt, nobiliores natura esse: quamobrem & animalibus nunc assignatę in escam visuntur: assignatę, inquam, non verò præceptæ, vt proinde ita argumentari aliquis possit, Si cibum & alimenta Opifex non præcepit, deque illis legem non tulit, sed tantummodo assignauit, ac veluti præmonstrauit, quantò minus præcepisse Venerem credi potest? nam cibus magis est cunctis necessarius. Denuo, cùm natura ad vtrunque animantia feratur, quorsum calcharia addidisset currentibus? Sed reuera Moses explicare hoc præsertim adnititur, & Deũ vtrunque appetitum verbo suo animãtium naturis indidisse, ac summa quadam prouidentiá curasse, ne quod vllo vnquam tempore illis deesset quod seruandis indiuiduo & specie futurum esset satis.

Porrò autem quomodo homo cum cæteris animalibus communem acceperit alimoniam, qui nihilominus præ illis immortalis effectus est; quæstio est à D. Aug. lib. 5. super Genesim cap. 21. & à Magistro 2. d. 19. accuratè tractata & de Adæ immortalitate dabitur dicendi locus commodior inferius. Et si prætere a diligẽter perpenderemus hæc Opificis verba, facilè intelligeremus (opinor) steriles quoque arbores fuisse vna cùm fœcundis simul creatas: quod nihilominus venerabilis Beda nescio qua ratione

ne

ne ductus, constanter negauit. Etenim & hic quoque repetit, *Arborum seminificantium*, cuius repetitionis causa, quæ alia (cedo) esse potuit, quàm vt excluderet steriles? Hę igitur cum alijs vnà prodierunt. Quam rem etiam narratio operis tertiæ diei luculenter confirmat. Obserua autem, quòd & si sermo Dei hic generalis sit, non tamen est generaliter & in vniuersum, sed commodè rursum & prudenter interpretandus: Neque enim cicutam, aliasque noxias & venenosas herbas quòd seminificent, parauit hominibus in cibum: quapropter cùm dicit, *Ecce dedi vobis omnem herbam seminificantem in escam*, subaudiendum esse, nostra nos natura docet, *Quæ venenosa non est*, aut certè, *Quæ citra noxam edi possit*, siue in sola terra nascatur, siue etiam in aqua: nam Theophrastus de historia plantarum lib. 4. cap. 7. stirpes in terrenas, & aquatiles diducit. Quamobrem cùm Iunilius, & Beda ex hac Domini oratione colligunt, herbas quæ hominibus exitiales sunt, nonnisi post Adæ inobedientiam, ac terræ execrationem irrepsisse in Orbem, fundamento non admodum solido, nituntur, quòd (vt repetere sæpe compellor) in sacris litteris nonnullæ interdum vniuersales sententiæ, propositionesque legantur, quæ in distributione commoda (vt loquuntur) & sana intelligentia, quæ auditorum relinquitur iudicio, nonnisi capiendæ sint. Alioqui Mundus integritatem, venustatem, & elegantiam quam perspicimus ab Opifice Deo sex primorum dierum curriculo in integrum & profecta minimè consequutus esset, & subinde seruari sarctum ac tectum id oraculum ægrè posset, *Et requieuit Deus die septimo*, licèt id Caiet. aliter intelligat. Herbæ igitur seminificantes, quæ salubres sunt nunc nobis: assignantur in escam quamobrem vides omnes homines vti pane, & hunc esse eorum proprium cibum: Herbarum enim semina Tritici videlicet Siliginis, Milij, Milicę, quam Plinius (vt aiũt) Lobam vocat, Ordei Fabarum, Orizæ, & Maizo contundunt, pinsant & panes conficiunt, quanquam cæteris nobilior certè est qui ex tritico efficitur, ac fortè facilius paratur, & gustui est iucundior, sed & bene nutrit, &, vt Dauid ait, *Cor hominis confirmat*, hoc est, exhibet ei solidum alimentum, nec facilè putrescit; quod commune profectò est cuiuis pani frumentaceo, & quamuis sint populi quidam, qui ex radicibus, & alij qui ex piscibus siccis, & mola tritis, ac inde aqua subactis, panes conficiant, ij nihilominus & aliorum comparatione pauci sunt, ac præternaturali insalubriq; cibo vescũtur. indicauit igitur nobis nunc Dñs noster disertè, hac herbarũ seminificantium assignatione, quod genus alimenti nobis vtilius sit ac suauius. *In Comment. 2. capitis.*

At verò & hoc quoque nunc repeto, quod me aliàs dixisse recordor, & herbas cum seminibus, & arbores suis onustas pomis confestim iubente Deo, è terra ideo prodijsse, vt & hominibus & animantibus paratum cibum e vestigio suppeditarent. Neque enim poma, & herbæ tunc insalubres erant, vti nunc esse à Medicis dicuntur. Quanta enim, rogo, qualisve fuisset Dei phylantropia, si hominibus, quos vt viuerent, incolumesque tam diu esse volebat, insalubrem escam & parasset & assignasset? Itaque execratione terræ, cathaclismis, & alijs de causis, quas alienum à præsenti nostro instituto esset & perpendere nunc & enumerare, & cumprimis hominum voracitate,

tacitate, ac ingluuie herbæ nunc multis & poma, & id genus rerum nocent. Cæterùm plantæ non possunt animalia vocari, sed animatæ, ac viuentes, quòd vnam tantũ, eamq; communissimam facultatem animæ (vegetatiuam videlicet) habent, sicut rectè Themistius 2. de Anima supra tex. 18. scribit: constituitur enim animal per sensum tactus, quippe qui generatione cæteros quosq; antecedit, vt ibidem Arist. docet: quanquam frustra rem hanc nonnulli in controuersiam ponunt.

Sed & hoc quoq; considerare nunc consultius erit, non quia omnibus nobis vnam cõem escam Opifex assignauit, ideo oẽs homines æquè bonas herbas, similiterq; bona semina, & poma æquè salubria fuisse vbiq; si stetissent, habituros, sed pro varietate climatũ, proq; diuersitate soli alios alijs meliora, aut deteriora: fiunt.n. alimenta ex elementis, & terrę qualitates patenter referunt: sed & homines, & animalia terræ reliqua non eiusdem fuissent temperamẽti, aut succi oẽs, opinor; nonq; eiusdem staturæ, & pulchritudinis, quemadmodum nec nunc quoq; sunt. Videntur.n. animalia, quæ sterilia, & salsuginosa loca incolunt, & minora corpore esse, & minus robusta, ac pinguia, quàm illa sunt quæ loca incolũt, in quibus terra fertilis est, & boni nutrimenti ferax. Fuissent tñ hoĩes, qui non peccassent, (quod sæpe mihi propter iuniores dicendum est) incolumes, semper robusti, & vacui omnium molestiarum. Verùm sciscitor, cur Moses Dei benedictionẽ, qua apti facti sunt homines ad sobolem procreãdam, antea commemorauerit, & deinceps mentionem fecerit alimenti; quo nutriuntur. Nam cùm materia sobolis excrementum quoddam sit (semen videlicet, siue, vt loquuntur scholæ, & Philosophi in 2. de Anima, superfluum alimenti) hoc vtiq; natura præcedit, atq; adeò procreationẽ. Rursum, ipsa quoq; nutritiua vis, antecedit natura generatiuam, vt ibidem Arist. docet: prius.n. animal cibum trahit, retinet, concoquit, & naturali calore in nutrimentũ vertit; mox verò vis, qua adolescit, & vocatur augumentatiua, ad statum vsq; tempus tanquam assecla suo fungitur munere, & deniq; oĩum postrema facultas generatiua (cùm animal certam quantitatẽ, & robur cõsequutum est) sese exerit, & latè profert. Quãobrem & in 4. Metheororum dicitur: Tunc vnumquodq; perfectum esse, cùm generare aliud põt quale ipsum est. Porrò autẽ non tantùm ab vtriusq; facultatis materia & obiecto (quod prima ratio facit,) ac nedum ab vtriusq; facultatis mutuo ordine & consequutione (quẽadmodum secunda rõne fit) sed ab ipso quoq; vtriusque facultatis fine & necessitate, possumus quæ dicuntur splendidè cõfirmare. Vnicuique.n. charior est sui ipsius quàm speciei conseruatio: quanquam.n. voluerit natura vt viuax in animantibus, ac valida sit procreatiuæ virtutis functio, cupiditas tamen tuẽdæ vitę sui q; ipsius conseruandi desideriũ & ardẽtius multo est, & est quoque prima radix, cur animalia generationi dãt operam. 2. de Anima 36. & adhæc, alimentum materiam generationi tribuit: quare & dicitur, *Sine Cerere, & Baccho friget Venus*. Cibus igitur & potus, naturalis est, ac vnicuiq; animanti vtroq; modo necessarius, hoc est, & pro cõseruando indiuiduo, & pro danda speciei perennitate: at verò cupiditas Veneris, & si naturalis sit, ac magnopere viuentia vrgeat, aut etiã infestet, non est tñ alicui

Quæstio.

alicui vtroq; modo necessaria: etenim citra eā bene se habere indiuidua possunt,& fortè melius,q̄ cùm generationi dant opera. Quare & animalia multi coitus,ac proletaria,ocyus senescere,dilabi,& mori videntur. Et si.n. Conciliator differentia 124. moderatum coitum existimet corporum sanitati,& vitæ melius consulere, & Abulensis in cōment. sequentis capitis,ei fermè subscribit: ac proinde hortatur castitatis professores à cibis abstinere quæ multi sunt seminis feraces experientia tn̄ à snīa nostra contra illos generatim pugnat, licèt Abulensis consilium tutissimum sit. Vnde & mulos longioris vitæ esse videmus equis,& asinis, quòd non coeant. quanquam Cardanus lib. 12. de Subtilitate causam rei huius esse arbitratur validam eorū seminū in cōceptione ac genitura cōmixtionē ex qua tenuitas substātiæ,atq; adeò soliditas fit, sed cū & cōmisceri semina,& ad minimas partes iungi in generatione aliorū quoq; animaliū fortiter crebrò cōtingat, mirū est, si equi,& asini in Vniuersum ac fermè semper breuioris sint vitæ mulis & nō sæpe ēt longioris: proinde rō illa prior, certior est. Itaq; vī vt à Mose de alimēto primū, mox verò,& de dāda opera liberis oratio habenda fuerit: isteronigitur proteron nunc factū fuit. Fortè aliquis dicturus est. Verbū *Dedi*, præteriti tpis, non obscurè exponere, assignatū fuisse anteā hoībus alimentū quàm quòd de suscipienda prole quidpiā dictū fuerit, vt huius orationis germanus hic sensus sit: *Ego iam antea paraui uobis escam hanc,& ob sonia in cibum*,& hæc intelligētia fortassis quoq; verior est. verūtamen, qm̄ Scripturæ interdū p̄teritis nō modo prophetice, sed ēt historicè pro p̄senti-bus ac futuris tpibus vtūtur, nō est contēnendus eorū cōmētarius, qui *Dedi*, pro *Do*, p̄teritū videlicet, pro p̄senti positū hic fuisse dicunt: p̄sertim verò, qm̄ pro eorū snīa vel firmanda, vel persuadēda, rōnes nobis nec leues, nec pœnitēdæ nō desunt. Nam cū species animaliū, & humana cūprimis, de perfectione Mūdi sint, cui venustādo & ornādo (vt sæpe repeto) Opifex præcipuè incūbebat, mortalia verò indiuidua nō item (sic.n. Mūdus qn̄ hęc decedūt,& euanescunt, deturparetur, ac decurtaretur) proinde Opifex, vt se solicitū de spē magis, atq; de indiuiduo esse declararet, impertitus est aīalibus antea benedictionē sobolis, moxq; alimēta assignauit. Rursum,& si viuentibus nutritiua facultas eū ordinē in p̄senti seruet quē exposuimus, secus tn̄ primis oīum rerū indiuiduis cōtigit, quòd prodierint Deo formāte adulta ualida,& perfecta, herbæ quidē,& arbores cū ipsa earū ueluti prole, animalia uerò ita aptata, ac ualida, ut dare confestim operam generationi absq; alimenti sumptione possint. Etenim quod nōnulli apud Barcepham par. 1. cap. 28. existimant Deū condidisse Adamū cibi auidū & voracē, nulla nobis rō p̄babile facit. Hoc igitur vt nobis Moses significaret, prius Dei orationē de incremento sobolis scripsit, quā & prius habuerat, ac deinde hanc quæ de cibo loquitur, quæ posterius ab eo data fuit, ut consultissimū propterea (ac illum prorsus, qui fuit) seruauerit hac narratione ordinem.

Et experientia ratio manifestiati estaretur, si quod recentiores nonnulli malunt decideretur semen quadam tenus ex unaquaque corporis parte quę etiā priscorū opinio fuit, quam Aristoteles improbat 1. de Generatione Animalium cap. 17. & 18. Hoc certum tamen ex eiusdem sententia est, & pro vestra facis opinione semen esse partē quandam excrementi utilis &c.

Porrò aūt perpende quod ait, *Ecce dedi vobis*, oībus nimirum ac singulis. Ergo, si iure positiuo humano esca aliqua fiat huic homini propria, & alteri necessaria fuerit ad tuendam uitam, primusque eam occupauerit, ac in sui usum cōuerterit, cum utriq; minimè posset sufficere, hic profectò

non peccat, quod minimè ius positiuum tollere, aut abrogare, ius naturale, aut diuinum possit. Est autem iuris naturæ, vt esca quisque se, vitamq; suam tueatur; vt hîc regula locum habeat, quæ ait, *Melior est conditio possidentis*. & ita tenet Paludanus in 4. d. 15. Quinimmo si alteri aut daret, aut etiam relinqueret, fortè peccaret: primùm quidem, quia nemo abdicare iuri naturali potest: deinde, quia communis charitatis ordo ita exigit, Matthęi 22. Lucæ 10. Dixi, *Fortè:* quoniam Durandus in tractatu de legibus, existimat minus probum cedere escam in casu debere se meliori, & probatiori; quanquam ille industria sibi eam parasset. Quoniam cùm fecerit omnia Deus propter hominem, tanquam qui animal est reliquis magis perfectum; omnino sequitur, vt multò magis propter perfectiorem hominem ea fecerit, & subscribit Almainus, in quæstione habita in Vesperijs, & adscribitur Sancto Thomę, posse quempiam sibi simpliciter ad sui conseruationem subtrahere, vt magnæ personæ tribuat, à qua Reipublicę cùm Ecclesiasticæ, tum verò ciuilis salus præcipuè pendet: omnis enim pars ordinatur ad totum. His ego nunc nihil auctoritatis hac mea doctrina detractum iri volo; proinde dixi, *Fortè* quanquam Durandus: vt mihi quidem videtur à perfectione naturali, quæ est formę & speciei transitum facit ad perfectionem moralem, cùm certum sit in gratiam hominis ideo cuncta fuisse edita, quòd hîc natura illis perfectior est; & videtur neminem hominem natura esse perfectiorem altero, sed moribus tantùm, & integritate vitæ. Est autem problema rationes vtrinque habens, num alterius salus & vita, præiudicium meæ substantiæ in illo casu afferre possit. & S. Thomæ sententia longiorem expetit excursionem, quam vt nunc locus patiatur. Doctores certè communiter existimant dominium non fundari in charitate gratuita, licèt Armacanus hoc voluisse videatur: Etenim & tenerentur homines anteaquam cibum caperent sese probare ac diligenter rimari num conscij sibi sint criminis alicuius, hoc est, num in charitate sint, nec ne. At verò quis hoc facit, aut etiam dicit? Sed & ex his præterea sequi videtur, neminem etiam per sententiam iudicis priuari posse ne escā pro tuenda vita capiat: esset enim se ipsum perimere, ad quod nullus vnquam tenetur. Porrò autem pati mortem quisque tenetur, cùm iudicis sententia ad eam damnatur: at verò vt eam sibi inferat, nequaquam, & consequenter nec id facere tenetur, ad quod illa necessariò sequitur, vti grauiter S. Tho. 2. 2. q. 69. art. vlt. docet. Quamobrem non desunt Auctores, qui eos contra hanc naturæ ac Dei legem facere scribunt, qui nimia cibi abstinentia, nimiaque inedia, hoc est, contrà rationis præscriptum, vitam sibi notabiliter decurtant.

Dubitatur contra Durandum & Almainum.

Quærunt autē recentiores, atque acriter disputant, num hac stirpiū determinata assignatione vetauerit hominibus Opifex animalium omnium carnes, oua, & lacticinia? Et Ambro. Catherinus quidē nō dubitat fuisse prohibitas, ꝗ alioqui frustra, vt inquit, herbæ & poma illis assignatæ fuissent in escā: nā cū hîc dicit Hęc do vobis ī cibū, quid aliud (inquit) est, ac si expresse dictū fuisset, Alia ī cibū nō do? Rursū, Gen. 9. legitur, Deū hoībus esū carniū his verbis aliqn cōcessisse, *Omne quod mouetur & viuit erit vobis ī cibū,*

Pro hac opinione Origenis, & multorum patrum testimonia apertissima habentur &c.

antea

antea igitur eis non concesserat carnes: etenim superuacanea prorsus fuisset noua illa, ac repetita concessio. Confirmantur hæc quoniam si oportuisset, vt ea omnia quæ iampridem, hoc est, ante diluuium homini Deus concesserat similiter ei à diluuio denuo concederet, ne videlicet arbitraretur, ius ea edendi se propter peccatum amisisse, hoc quoque oportuisset, vt olerum præterea ac pomorum, in secundo indulto ille ipse Deus mentionem faceret, quorum tamen nullum verbum tunc temporis fecit. signum igitur est illam carnium concessionem, quam Noe fecit, fuisse omnino nuperam ac recentem, & clementissimum Patrem variato tempore, terræq; oleribus & arboribus partim quidem ob inundantiam imbrium, partim verò ob eam quam terræ excrationem dederat, deprauatis. & ad hæc, facta constitutione nostrorum corporum imbecilliore legem priorem de solis plantarum fœtibus edendis, antiquasse, adiecta aut etiam aucta concessione, vt animalium carnibus tanquam melioris succi & magis salubris, in cibum deinceps quoque vti liceret. At verò his suffragantur etiam Poetæ qui ætatem antiquissimam illã hoc ipso quoque laudarunt, quod arborũ fœtibus, & herbis, prisci illi, & longæui homines duntaxat vescerentur, ac nonnisi ad amoliendam famem: quæ certè videntur ij à maioribus tanquã per manus accepisse. Quamobrem legimus,

Contentiq́, cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus montanaq́, fraga legebant,
Cornaq́, & in duris hrentia mora rubetis, Et Boetius cecinit:
Fœlix nimium prior ætas,
Contenta pinguibus aruis,
Nec inerti perdita luxu.
Seraq́, solebat ieiunia soluere glandæ. Vt proinde Porphyrio, & Plutarcho visum sit, homines nulla coactos indigẽtia vesci carnibus, cùm eis liceat decerpere ac vindemiare (suo vnumquodque tempore & citra laborem) cùm poma, tum verò herbas, & eorum semina. Hanc itaque fuisse hominum escam, à conditione Adæ, ad egressum vsque Noe ex archa, Magistri hi nostri volunt. At verò Caietanus cap. 4. cum his consentiat ante primi hominis peccatum solis terræ fructibus pastos fuisse homines, in hoc tamen dissentit, quòd cœpisse eos lacte, caseo, carnibusque præterea vesci confestim à peccato existimet. & hoc illum præcipuè in hanc sententiã adduxit quoniam Scriptura Abel pastorem ouium fuisse narrat: Id verò quamobrem, nisi vt intelligeremus his omnibus cæpisse homines euestigio vesci, atq; iussi sunt labore sibi escam parare? solent. n. animalia hæc humanis vsibus, lac, & quæ lacte cõficiuntur edulia, & agnos suppeditare, vt pelles quibus vestimus ꝑtereamus. Et rursũ, quoniã, inde illũ ipsũ Abel nõ obscurè hæc ipsa Scriptura laudat, ꝙ suarũ ouiũ primogenitos, eosq; pingues, Deo ĩ sacrificiũ obtulerit. Id verò quorsũ (inquit) si eorũ carnibus qui offerebãt, nõ vescebãtur? tantumdem enim fuisset, si macros quoque agnos, & aridos obtulissent. Adhæc, narrat hæc ipsa alibi, Lamech, & alios quosdam fuisse venatores atqui velle eos nõnisi ob pelles; quibus aeris iniurias depellerent persequutos fuisse, ac interemisse animalia non sine vitæ *Caiet. opinio.*

 discrimine

discrimine, sicut viri grauissimi quidam existimát, arbitrarium esse potest: subscribit Caietano eruditissimus Theologus Frater Dominicus Soto, de iustitia & iure, lib. 5. q. 1. sed & Frater Franciscus à Victoria, vir in omnium genere litterarum eminentissimus, in relectione de temperantia in vtranq; partem copiosè & splendidè (vt erat instructissimus & eloquentissimus) disputat, ac pro hac opinione hæc fermè argumenta facit. Primùm, quòd cessante legis ratione, cessare lex ipsa videtur. Ratio autem, cur fuerit hominibus ante peccatum esus animalium vetitus, erat optimus fœlicissimusq; ille eorum status, quo semibeati dici poterát: cùm enim nullis morbis affici, nulla discrasia, aut aeris intemperie, nullisq; incommodis lędi hominum corpora possent, pomaq; & herbæ omnes, cum primis auté Paradisi, salubres, & esui gratissimę essent, queadmodum S. Phyloxenus Marbugensis apud Barcepham parte 1. cap. 11. latè probauit, fieri potuit, vt si stetisset Adamus, illis dumtaxat cum voluptate & gratiarum actione pastus esset. At verò post eius inobediétiam, & morbi innumerabiles magno impetu homines repentè inuaserunt, & cælum effectum alicubi est inclementissimum, & sæpe terra fructus insalubres parit, ac non nisi nostro cum labore, antiquata igitur confestim à peccato lex illa fuit. His adde vnumquemque naturali, & diuino iure teneri vitam suam alimento tueri, seruareque, & naturali quidem, quòd sic facere animalia omnia videmus. Est autem naturale ius, quod natura omnia animalia docuit, Instit. de iustitia & iure. l. ius naturale. ff. eodem titulo. Diuino autem quod dictum sit, *Non occides, & diliges proximum tuum sicut te ipsum.* & proinde cùm quisque teneatur hominem esurientem pascere, quando in extrema necessitate est, idest, cũ ei vitę discrimẽ imminet: (hæc n. est extrema necessitas in moralibus) alioqui homicida efficitur, ceu D. Ambro. in lib. de officijs ait, (& recensentur eius verba à Gratiano d. 89.) *Pasce fame morientem, si non pauisti occidisti.* multò magis sui homicida erit, si se non pascat, siq; vitam suam quibus licet, & consueuerunt homines modis, non tueatur. Probabile ergo est vel saltem ægrotos ante diluuium pro tuenda vita, ac redimenda salute carnibus vesci cõsueuisse, alioquin iniurij Deo, sibiq; fuissent. Nam & Philosophus Zeno, qui vsque adeò austerus erat, vt nec in morbis vtendũ esse delitijs ciborum sineret, eas hominibus liberis nihilominus permittebat, quibus serui vterentur, licèt satis leui, ac inepta ratione, quoniá videlicet turpe esse diceret, liberos homines hac parte esse seruis inferiores. Rursum, & si Gerson in tractatu de abstinentia Carthusiensium, conclusione tertia, permultas enumerat causas, quibus subire, patique discrimina vitæ, homines possint, nulla earum tamen illis temporibus militare poterat. Amplius, Gerson illic existimat, etiam Carthusienses in extrema necessitate constitutos, teneri carnibus vesci (si tamen nullum immineat scandalum) & Maioris in quarto, dist. 38. quæst. 4. Martinusq; Doctor Parisiensis illustris, in quæstione de abstinentia. & Abbas in cap. si vero. de iureiurando consentiunt. Estque quorundam intempestiua obiectio, qui factum Eleazari, & septem fratrum. 2. Machabęorum 6. & 7. ex aduerso proferunt, qui ne suillas comederunt pati extrema constanter maluerunt: intempe-

stiua,

ſtiua, inquam, eſt, quoniam his grauiſſimum imminebat ſcandalum, & diuino iure ab ea edenda vetabantur; vt proinde rem ſe dignam fecerint, & inter martyres ab Eccleſia merito dinumerantur, ceu Maioris ibidem, & Iacobus Almainus in moralibus cap.3. perpendunt. Fortior obiectio eſſet, ſi ouis ſorbilibus æquè poſſet acquiri, quicquid animalium carnibus reparatur, ſicut putat Arnaldus de Villanoua. Verùm & rem hanc Medici communiter irridere ſolent, & Eccleſia vanitatis (vt mihi quidem videtur) coarguit, quæ diebus Veneris altilium, & quadrupedum carnibus nos veſci prohibet; oua verò comedere ſinit: melior ergo & viuacior fit corporum conſtitutio carnibus, quàm ouis, aut piſcibus: quamobrem & infirmis (vt miſericors mater eſt) tunc temporis carnes concedit. Denique & dominium nobis in animalia datum, pro Caietano patenter pugnat: cùm enim id ſit ius capiendi rem in omnem vſum, videtur Opifex conceſſiſſe hominibus, vt carnes aliquando comederent, cum primis verò cum indigerent. Non igitur hæc fuit lex, niſi fortè pro ſtatu innocentiæ; ſed admonitio, qua edocebatur Adamus, neceſſarium communiter ei non eſſe veſci carnibus, quippe qui haberet aliunde obſonia non vulgaria, non autem ne eis vllo vnquam tempore poſſet veſci. Porrò autem Luſitanus ex Hebræo textu, horum verborum ſenſum, quæ perpendimus nobis ita Latine reddit. *Dedi vobis omnem herbam in eſcam*, hoc eſt, *dedi poteſtatem, & libertatem, ex quibuſcunque herbis quas delegeritis comedere*. Atqui ſi verum amamus, eandem præ ſe ferunt intelligentiam, *& illa dominamini piſcibus maris*, & quæ ſequuntur. Amplius communis fermè opinio eſſe videtur, ideo Noe, Gen.7. animalia munda in archam ſeptena poſuiſſe, vt tribus maribus totidemque fœmellis pro conſeruanda ſpecie ſeruatis, quartum in ſacrificium Euchariſticum conciliato Deo offerret, immunda vero non niſi bina, vbi diſcrimen eo quoque tempore inter munda & immunda fuiſſe perſpicimus. Porrò autem lex Moſis ea eſſe munda expoſuit, quibus & veſci, & vti ad Dei cultum licebat; munda verò è contra, quæ à paſtu, & cultu repudiabantur. Et hæc igitur opinio ſuas probabilitates habet, ac Patri longè ſanctiſſimo atque doctiſſimo Ephrem minimè diſplicuiſſe videtur, cuius hæc verba Barcepha parte prima, cap. 167. recenſet. Etenim cum de tunicis pelliceis loquitur, quas Deus primis parentibus fecit, *Fortaſſe*, inquit, *coram illis iugulatæ pecudes fuerunt, vt earum carnibus ipſi veſcerentur, corijſque nuditatem ſuam cooperirent, & denique ex ipſarum morte ſe quoque mortalia habere corpora intelligerent*.

Eſt etiam & tertia opinio, quæ non modò ſecundæ huic ſubſcribit, ſed & præterea putat etiam, ſi ſtetiſſet Adamus non defuturos homines permultos qui animalium carnibus paſti fuiſſent, vel eos videlicet, qui extra Paradiſum, terram reliquam incoluiſſent (ſi tamen certo, ac definito terræ loco Paradiſus ille extitit.) Et primùm quidem, quia non eſt vero conſentaneum, ut reliqua tota terra tam nobiles & ſalubres arborum fructus, atque Paradiſus ille edidiſſet, nec ut cælum ubique ita benignum munificumque foret, atque eo loco erat, ac vt Sol ſuis radijs ter-

Gloſſæ verba hæc ſunt, Mundus ergo totus vt cõditus erat paradiſus voluptatis erat Adæ, & poſteris ſi domino obediuiſſent, &c.

tam similiter vbique verbetasset, vt fructus, & olera hominibus æquè & bona & salubria suppeditaret, vt quando adlubescerent, essent illis ad manum; nisi fortè instar formicarum & murium æstate pro hyeme ea sibi reposuissent, aut aliunde (quod nunc passim fit) longis confectis itineribus comportassent. Futurus igitur cùm alicubi esset olerum & fructuum aut nullus, aut sterilis prouentus, & proinde indigentia; nec liceret iugiter vindemiare, ac legere semina & fructus, nisi naturæ ordinem inuerterimus, & inopinabilia & Philosophis ridicula afferamus; ratiò profectò suadet, vt pulpamentis cùm gratiarum actione pasti fuissent. Et vide consequenter, arborem vitæ, illis tantummodo fuisse ad restaurandum deperditum paratam, qui futuri erant Paradisi coloni, siue certi quidam, & primores illi fuissent) quod his Doctoribus videtur probabilius) siue cunctis hominibus (vt existimat Catherinus) qui certis, & alternis temporibus ibi accurrerent, quemadmodum Iudęi annuatim ad Hierusalem & Syon, ex perscripto legis postmodum accurrerunt: quam profectò sententiam minus probabilem fecit nimia locorum distantia. Rursus, quoniam ciborum delectus à natura non est; homo enim cunctorum eduliorum natura dominus est, quin & natura permultis generibus obsoniorum libenter vescitur, vti Luciani Chyron testatur, ac videtur esse ei inter omnia animalia singulare. Et nunc quidem, quòd tam copiosa variaque ciborum suppellex nobis insalubris magnopere est: quamobrem, & ægrotant multi Ecclesiast. 37. rectè Diuus Ioan. Chrysostomus sequutus Luciani Cynicum (sicut Thomas morus pridem in præfatione submonuit) paradigma simposiarchæ stomachis, & valetudini conuiuarum prospicientis adduxit, qui permulta ac varia qualitatibusque contraria edulia conuiuis apponit. Adæ autem & filijs, si stetissent, nullum equidem afferre nocumentum edulia potuissent: id verò, quoniam & eorum omnium facultates illi cognouissent, & adhibita ratione semper sumpsissent, & iuuamenta, quæ in promptu illis erant, vbi oportuisset, adhibuissent; hoc est, non comedissent præpropere, non lautè, non nimis, non ardenter, non studiosè, quibus modis vitium gulæ hoc tempore nos infestat, quemadmodum D. Gregorius libro 30. Moralium. cap. 27. scribit: sed & Dei phylantropia factum esse videmus, vt his quoque obsonijs, quæ hoc tempore nocent, antidota & iuuamenta nobis permulta non desint, quibus ea discutere, & planè extinguere possimus, quæ bonæ valetudini aduersantur. Legāt qui volent Syntagma Symeonis Sethi de cibariorum facultate, à Gregorio Giraldo Latinitate donatum, & Pselli libellum quem Georgius Valla Latinum iam dudum fecit; & Medicos præterea clarissimos multos, qui de his rebus litterarum monumentis plurima tradiderunt. Itaque cùm deinceps lata Iudęis lege nonnulla animalium genera Deus prohibuit, eos certè arcanæ alicuius doctrinæ admonere voluit, partim quidem de Christo, partim verò pro rectè formandis moribus: quamobrem & leges eius omnes quæ de ciborum delectu sunt, in cæremonialibus à nostris Maioribus reponuntur. Ecclesia autem quando

homines constitutionibus arcet à carnibus, inducere eos ad comprimendam subiugandamque spiritui carnis petulantiam conatur. Atqui in statu innocentiæ hæc locum non habuissent, desijssentque causæ istæ omnes: cur igitur eis carnes interdicerentur? Addunt, consequi ex his, nonnullos frustra hoc loco, ac intempestiuè voracitatem & luxum vituperare, eorumque nocumenta exponere, & frugalitatis, atque abstinentiæ beneficia commemorare; quæ multi quidem, sed cumprimis Volaterranus breui & eleganti Oratione libro trigesimosecundo, persequutus est. Et confirmantur denuò hæc: quoniam suboriri suspicio alioquin posset, vesci carnibus, esse natura malum: quod Manichei, & alij insani quidam Hæretici voluerunt, quos Diuus Paulus primę ad Timoth. 5. redarguit; vel certè inhumanum, sicut Porphyrius de abstinentia ab esu carnium; & Pythagorici ob transcorporationem animarum cumprimis apud suos olim frustra ac leuissimis rationibus contendebant, si nihilominus, quæ de Pythagoricis communiter feruntur, vera sunt. Plutarchus enim, & Aristoxenus apud Gellium libro quarto, capitulo vndecimo, testes grauissimi sunt, Pythagoricos non abstinuisse edundis animalibus, nisi pauca carne quadam (& fortè illorum dumtaxat animalium, quæ vtilia humanæ vitæ visuntur, agnorum videlicet, boum, & id genus; in qua quoq; hæresi Musonius erat apud Volaterranum libro trigesimosecũdo,) & Pythagoram horum principem, victitasse porculis minutulis, & hędis tenerioribus, scribunt. Tertiò, minus probabile esse ij opinantes dicunt, vt fuerit homo in statu innocentiæ aliqua honesta voluptate priuatus, quem creauerat Deus, vt vtraque beatitate, naturali videlicet & supernaturali, suo vnaquaque tempore potiretur: est autem honesta voluptas, vesci pulpamentis, carnibusque commodè paratis, vel ipso Platina teste, quamobrem & vino quoque poti fuissent, vel illi saltem qui à Paradisi suauissimo fluuio longius aberrant, nequis illius Imperatoris ad milites apophtegma obijciat, *Nilum habetis, & quæritis vinum*; quamuis præter vina, sint potus alij suaues, & iucundi, qui arte multipliciter parantur.

Vide Phylostratum in vita Apollonij lib. 1. & 3.

Quartò, non videntur hæc inuicem cohærere, quæ communiter fermè dicuntur, veritum fuisse Adæ carnium esum, & vnum ei dumtaxat datum fuisse ab Opifice negatiuum præceptum, nempe de non vescendo pomo ligni scientiæ boni & mali. Etsi enim nonnulli probabilius esse putant, data fuisse Adamo tria præcepta; hoc nihilominus non omnes probant, sed nos de re hac disputabimus capite euestigio sequenti. Confirmantur hæc: quoniã inæstimabilis res est libertas, vt Iurisconsultus ait: pręcepta autem præsertim negatiua, spoliare hominem libertate videntur, hoc est, re inæstimabili: ergo minus probabile est, vt datum aliud fuerit Adæ mandatum de his quæ natura adiaphora sunt, quàm de non comedendo illius infaustæ arboris pomo. Præterea, consentanea hæc esse uidentur Mosis scopo, qui est ostendere, Adamum grauissimè peccasse, qui cùm tot esset auctus honoribus, tot cumulatus donis, unum ueruntamen mandatum seruare contempserit.

Quintò,

Quintò, dominiũ est propter vsum: frustra igitur homines fuissent constituti omnium animalium Domini, si ea capere in escam, nullo vnquam tempore, nullove euentu potuissent: nam quo alio nobis vsui esse eorum permulta possunt? Sextò & postremo, ipsemet contextus, & verborum series, facilè hanc suppeditare intelligentiam attentius legentibus Scripturam sanctam videtur, nimirum parasse quidem Opificem hominibus olera, & arborum poma, ac tanquam ad manum exhibuisse, hoc est, quæ confestim comedere citra vel moram, vel suam ipsorum vllam operam possent; & simul quoque concessisse, vt animalia, hoc est, aliud genus escæ (modò ipsi appeterent) sibi pararent. Etenim, quia creauerat herbas adultas, & arbores maturis pomis onustas quibus confestim qui appeterent vesci possent, dici hæc parasse hominibus in escam poterat. non sic autem animalia, quæ potentia, vel lõginqua, vel remota, cibus nonnisi sunt, quod necesse sit ea antea perimere, excoriare, coquere (horret enim natura cruorem) vt inter os & offam verè multum intersit, ac proinde suppresserit consultò Scriptura Deum hæc in escam parasse, quod videlicet homo sit qui Deo concedente, permultis modis ea sibi edidicit parare. Horum itaque Doctorum sententia, hic est verus huius litteræ sensus, *Dominos vos constituo cunctorum animalium, vtimini eis ad subiugandam terram, ad ferenda onera, occidite, coquite, comedite, quanquam ego vobis iam paraui suauissima poma, & saluberrima olera, quæ vobis in promptu, & ad manum confestim sint.* Aiuntque ij sic posteriora prioribus egregiè cohærere, & Catherino obijcienti frustra Deum assignasse primis hominibus herbas, & arbores, si alijs quoque alimentis vesci eos voluisset, ita respondent, quòd quemadmodum cum herbas eis super faciem terræ præscripsit, non propterea comedere illas quæ intra terram occultantur, (qualia sunt tubera & id genus) inhibuit, sed indicauit quæ essent paratiores, simili quoque modo, cùm assignauit eis poma & olera, cibum indicauit qui ad manum præsto esse poterat, si adlubesceret manducare: nec proinde tamen esum animalium sustulit. Et hactenus de opinionibus dictum plus satis sit: vestrum iudicium in præsenti mea censura non anteuertam, solutum volo vt maneat, ad sequentis vsque capitis elucidationem.

In quo genere dominium hominis.

Nunc paucis hoc quoque expediendum me manet, anteaquam dicendi finem faciam, cùm à Gersone in tractatu de potestate Ecclesiastica, & de vita spirituali lectione tertia, sex genera dominiorum enumerentur: Beatificum, originale, gratificum, Euangelicum, Canonicum, & politicum: quæritur in qua classe, aut genere hoc datum homini in animalia ius, reponendum denique sit: Nam & ipse Gerson, & qui eum antecessit Beda, subindicare videtur originale dici posse, cuius nihilominus oppositum Contradus Tractatu 1. q. 2. probabilius esse existimauit, quod & mihi profectò magis placet. Si enim simpliciter originale fuisset, ægrè admodum recipi posset quin id amisissent postea homines vna cùm iustitia originali: quod nihilominus minimè est. Nec mihi D. Ioannem Chrysost. Hugonẽ, & quosdam aliquis obijciat, qui excidisse hominem à Domino bestiarum propter peccatum disertè dicunt: nam cùm aliud sit in rem aliquam habere ius, &

aliud

aliud habere illius iuris exercitium ad libitum, existimo de exercitio iuris ad libitum & absque labore eos esse interpretandos, à quo cùm exciderimus (nam multo labore & periculo subijcimus nobis feras) dixerunt nos excidisse à Dño. Alioquin cùm eorum quidam dominium voluerint esse Dei imaginem ĩ nobis, oĩno sequeretur excidisse nos à Dei imagine: quod falsum est. commodè ergo interpretandi sunt patres. Quare erit melior, & pressior illa dominiorum distributio, quam alij apud eundem Conradum, in quæstionibus sequentibus afferunt, ac vocari oportune hoc posse arbitror naturale: non tam quod fuerit naturæ adhibitum quàm etiam debitum: nam Dei imagini, hoc est, animali mente prædito debebatur, vt alijs omnibus dominaretur quæ ea carent: quemadmodum Aristoteles in Politicis & Philosophi omnes etiam perspexerunt.

Porrò autem si homini in animalia ius & dominium datum est, multò sanè magis hoc ipsum ei in elementa tributum est: quamobrem & non minus in hæc illud exercet, quam in animalia: Terram enim vel inuitam cultura sibi facit obtemperantem, formatque ex ea lateres & calcem, extrahitque inde Gemmas ad ornamenta & ad delicias, marmores & lapides ad struendas, ornandasque domos; mare nauigat, eiusque aquam aliquando in medicamẽtum exhibet; fluminibus verò sordes eluit, sitim extinguit, irrigat agros, sed & aerem quoque leui flabello & quod admirabile profectò est, etiam canalibus (vt in villa Costoza Vincentini soli nobisq; admodum vicina cernimus & nullibi fortè visitur) ad mitigandum æstum, sibi accõmodat, quẽ & hypocaustis hyeme tẽperat calefacitque & fornacibus, odoribusq; purgat, cùm est infectus, vt molendina sileam, quæ agitata aere, & ventis frumenta in farinam redigunt, quibus commodius alimur, ac denique ignem, quo cibos coquimus, frigus depellimus, metalla fundimus, & in cineres inq; aquam distillationibus redigimus, quibus certissima & viuacissima medicamenta, vel ad depellendos, vel certè ad mitigandos grauissimos quosdã & alioqui incurabiles morbos: industrij homines conficiunt, gladios, vomeres, & cætera nobis necessaria instrumẽta, ad subigendam terrã efficerẽt, vt tormẽta bellica, & Chimicam totã quæ prodigiosa est & latissimè patet, silentio prorsus inuoluam. Sed & non ob hanc dũtaxat causam datus est solis hominibus vsus ignis, vt ei scilicet seruiat, verùm etiam in argumentum & notam eorum immortalitatis, quod Lactantius lib. 2. cap. 10. etiam dixit: cum enim è cælo sit, & sursum semper nitatur, vitæ continet rationem, & nos monet è cælo esse, ac ad ipsum suspicere cupereque reuerti, ac proinde religioni serio & accuratè vacare, & in ea splendere.

Homo etiam Elemẽtis dñatur.

Num verò, & cęlorum Dominus dici homo aliquo pacto possit Dominicus Soto, de iustitia & iure existimat dici posse & quod Psal. 8. dicitur, *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*, subscribere ei in speciem videtur. cæli enim opera manuum Dei sunt, Psal. 101. & Eusebius ibidem in Cathena rogatus non detractaret. Sed licet permultæ indefinitę sententiæ capi in Scripturis generaliter soleant, hæc tamen minimè sic posse capi videtur: etenim & dominus Angelorum dici homo posset, qui opera manuũ

Dominicus Soto reijcitur.

Dei.

Dei profectò sunt: quod certè speciei nostræ generatim non adscribitur, sed illis dũtaxat nostris principibus, Christo Domino, & eius Matri. Hanc enim sic quoque salutamus, *Aue Regina cælorum, Aue Domina Angelorum.* sed expedit prætcrea audire Rupertum Abbatem: sic enim ait, *Vnde animalibus homo præest, nisi ex eo quod ipse rationalis est, illa autem irrationalia sunt?* Non igitur homo simpliciter est Angelorum dominus, cùm meliore mente ij præditi eo sint. Quare restringẽdus versiculus ille est ad ea quę super terram sunt, ouium nimirum, bouum, piscium, & volucrum: quorum quoque exemplis ibi Propheta periclitatur. vnde idem Eusebius ita ibi dicit, *Eorum quæ sunt super terram princeps constitutus est*, & S. Tho. 1. 96. 2. cum in suo codice legisset, dictum fuisse hoc loco homini, *Præsit vniuersæ creaturæ*, aut certè, quòd per consequentiam ex dictis hoc ipse elici possit perspiceret (nam Biblia hæc verba formaliter non habent) declarauit in corpore disertè illis nõnisi creaturis fuisse præfectum, quæ ad imaginem Dei non sunt, ac, vt puto, sub cælo. Nec mihi quis obijciat Patres, qui cælos, & Angelos hominis gratia conditos fuisse aliquando dicunt; significare enim nobis illis verbis cumprimis voluerunt, capere homines ex his beneficia, & vtilitates: sed inde tamen non sequitur, vt eorum dominus, nisi admodum impropriè, dici possit.

Aloysius Lyppomanus in Cathena legit, Et pſit piscib' maris &c. vniuersæque creaturæ. hæc verba postrema nostra certè exemplaria non habent essent tamen intelligẽda hoc modo.

LECTIO XXX.



T cunctis animalibus terræ, omniq; volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Nemo ibit inficias (opinor), & mancipia teneri per omnia hero obtemperare, suasque pro viribus operas vbi iubet, impendere; & similiter hunc, eorum curam habere vt alantur, ac ne frigore, æstuve pereant: hoc enim cùm agit, non tam rei alienæ quàm propriæ sollicitudinem habet. Sed & absurdum sentire non est, vt inferior quispiam ius in superiorem quadantenus habeat, atque adeò vt hic ei natura teneatur ad nonnulla præstanda: neque tamen statim consequitur, illum esse huius Dominum: Etenim idem semper non est ius in rem aliquam habere & eius esse dominum, vt opinantur quidam. filius natura in patrem, ac vxor in virum multis in rebus ius habent, nec tamen hæc viri Domina est, aut ille dominus patris, sed exigitur præterea vt qui ius in rem aliquam habet, superior ea sit, nec aliter eius dominus dici potest. Itaque, cùm fuisset Adamus animalium dominus constitutus, sic certè cogitare secum potuisset: Vnde, & quomodo tot animalibus edulia ego parabo, quorũ me dominum Opifex effecit? En, inquit Deus, terra tantam vltrò tibi suppeditabit herbam, vt animalia inde pastum sint habitura omnia, proinde, ne de re hac anxius sis: De potu non loquitur, vel quòd de eo Adamus minimè esset sollicitus qui latissimos amnes perspiceret, vel certè quòd hîc quoque cibi nomine comprehendi soleat, & hoc subintelligi à lectoribus Moses voluerit. Vbi videmus summum omnium Opificem animalibus quoque prouidere, ob nimirum superefluentem

percffluentem suam bonitatem, & gloriam, obq; hominis vtilitatem, & mundi conseruationem. Nec enim dum his prouidet, detinetur, ne vel aliis nobiliora, vel etiam se ipsum iugiter perenniterq; contempletur: vno enim inuariabili, & sempiterno intuitu, & se & reliqua omnia perspicit, ac intelligit, vt sint profectò humana, hoc est, imbecilla: quæ tum Auer. 12. Meta. 51. de Dei intellectione, tum etiam Plato apud Gregorium Nyssenũ de triplici prouidentia docent. Impium verò & scelus, quod lib. 2. Plinius ait, *Irridendum esse, illud quicquid est summum, curam rerum humanarum agere*. Moses enim, hoc est, verbum Dei luculenter testatur, hunc ipsum rebus omnibus prospicere & prouidere: & hæc est summa quædam, & planè infinita Dei perfectio, quanquam inferna supernis, & infima medijs, ac media supremis, non ex indigentia virtutis, sed ex affluentia bonitatis moderatur amanter, atque gubernat. Et cùm animalia toto terrarũ orbe futura essent, prospexit similiter, vt herba toto terrarum orbe statuto tempore nasceretur: & quoniam terra emittere herbam non potest, nisi primùm fuerit aquis irrigata, prouidit rursum ac iussit, vt vbique vel imbribus cùm opus est, irrigaretur, vel amnium inundatione perfunderetur: quemadmodum Aegypto euenit, quæ flantibus Ethesijs, tumefactione Nili, & extra alueum latissima excursione facta, tota madescit, & fertilissima efficitur.

Est autem rationi consentaneum, vt meliorum arborum poma, & selectiores herbas, hominibus præcipuè asseruauerit: vt quemadmodum excellunt ij multis nominibus, ipsaque præsertim corporis temperatura, bestijs; ita quadantenus perfectiora & nobiliora alimenta habeant, & viliores, ac degeneros herbas, hoc est, quæ vel infœcundæ & steriles sunt, vel certè quæ hominibus rarò vsui & alimento futuræ erant, bestijs assignauit. Hanc verò rem, interpretum recentiorum versiones ita exponunt. Pagninus enim legit, *Omne olus herbæ* (intransitiuè, vt puto) *in escam*. Caietanus, & Vatablus, *Omnis viriditas herbæ ad escam*, videlicet erit, & per herbam virentem intellexisse cum primis potuit, plantam quam vulgo Gramen appellant: hæc enim nusquam non pullulat, atque omnibus passim locis, vel etiam inuitis hominibus; estq; gratissimum bouum, iumentorumq; cæterorum pabulum, testibus Dioscoride lib. 4. cap. de Gramine, & Plinio lib. 24. cap. 19.

Glossa nec tamen sic intelligas quod herbæ, & fructus arborum darentur in escam hominibus bestijs, & auibus communiter sed singula singulis secundum vniuscuiusque naturæ cõdõnẽ, &c.

Sed exhibere negocium etiam eruditis solet, quomodo feræ, & rapaces alites, quæ nonnisi animalium carnibus, vel cadaueribus vescuntur, gramine cæterisq; herbis & plantis contentæ fuissent? quomodove Opifex illis hac plantarum assignatione probè consuluerit. Beda igitur, & Conradus tractatu 1. q. 2. & Ambrosius Catherinus in commentarijs arbitrati sunt, feras in eo felici hominis statu, nequaquam futuras fuisse carniuoras: Atque rei huius luculentum aut exemplum, aut signum putat se Catherinus proferre: quia in arca, dum cathaclismus inũdaret, pacifico quodã cõuictu ferè oẽs simul degerint, seseque inuicem non vorauerint: proinde arbitrantur fuisse à peccato inuersum ordinem, & crassari depascíq; fortiores feras animalium imbecillium carnibus. Sed S. Tho. 1. q. 96. art. 1. opinionem hic

Quæstio quomodo feræ vixissent.

vocat

vocat omnino irrationabilem : quoniã ob Adæ peccatum non est natura animalium immutata. Et planè quid ab Adæ peccato commeruere boues? quid lepores? quid Aues, & cætera quæ sunt immanium ferarum, rapaciumque alitum iniurijs passim exposita? Denique & exemplum quod Catherinus profert, nihil aliud probat (quando etiam sic res sese habuisset) nisi Dei potentiam, cui obtemperant vniuersa, & quam nos suspicimus semper & adoramus, non verò hoc demonstrat, quod ille proponit, nempe rẽ ita quoque futuram, si Adamus præstitisset Deo obedientiam. Neque enim innocentiæ status potest cum statu Noe & animalium in Arca aptè, & rectè comparari : nam hic miraculo, & extra rerum communem ordinem prorsus extitit: at verò status innocentiæ ordinarius futurus erat & sempiternus: & fortè carniuoris parauerat Noe ad vescendum in Archa etiam carnes, sed Scriptura ea dumtaxat animalia commemorat hunc induxisse in Archam, quæ pro speciebus seruandis & pro sacrificiorũ vsibus, vt ex ea egressi fuissent neccessaria erãt. Etenim oratio illa Dei, Gen. 6. *Tolles igitur tecum de omnibus escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quàm illis in cibum*: huic opinioni suffragari non obscurè videtur. Et rursum, quod Scriptura supprimat importasse Noe aquam in arcam pro animalium potu, quam tamen importasse, minimè dubitatur, quamquam fortè exposuisse dici potest, cùm exposuit importasse cibum : potus enim cibi nomine etiam venit. Denique sunt, qui arbitrantur potuisse animalia in arca tot mensibus commodè augeri : quod similiter Moses subticuit. sed eos rectius exstimare puto, qui negant tunc temporis dedisse operam animalia generationi, cùm ob Dei iram, quæ tunc seuiebat in totum Mundum, hoc est, etiam in animalia propter hominem: (sic enim & quæ intra arcam erant, eius iræ quadantenus participia fuerunt,) tum verò quod alioqui, non potuisset Noe certam & demensam annonam pro omnibus animalibus in arcam inferre: & denique, quoniam frustra munda aliquot pro futuro sacrificio intulisset, quorsum enim hoc modo religioni & cultui prospexisset, si augeri illa fœtibus in arca potuissent? Caietanus igitur propius ad veritatem accessit, cùm dicit feras, vesci carnibus speciali quodam appetitu, & proprio earum naturæ impetu, hoc est, non eis commune cum toto animalium genere reliquo; ac explicasse Mosem nunc communem omnibus animantibus à Deo paratum cibum, & subticuisse specialem. & hoc est, (ni fallor) quod S. Tho. loco iamiam citato adnotauit, Bedam non dixisse herbas, & arbores datas fuisse omnibus animalibus, sed quibusdam, plura enim animalium genera herbis vescuntur, pauciora carnibus, & fortè hæc ipsa, cùm fame premuntur, similiter herbas depascunt, aut certè ex illis permulta: nec enim semper cùm esuriunt carnes in promptu habent. Etenim Vulpem, Vrsum, & alia nonnulla vesci crebrò etiam auidè vuis, pomis, & oleribus notius est quam vt probatione indigeat. Verùm siue hoc, siue priore, aut etiam alio modo, hæc sese res habuisset, luculentum habemus hic verbum Dei, cui adhærendum nobis constantissimè, est nempe oẽm herbã satiuã datam fuisse aĩalibus in escam.

Quæst. Quamobrẽ sciscitari iuuenis poterit, num his Dei supremi rerum Dñ

verbis

verbis obtinuerint, aïalia dñium aliquod, & ius in herbas, queadmodum Conradum de cõtractibus tract. 1.q.6.existimasse scribunt; quòd nimirũ ad vitæ eorũ conseruationẽ necessariæ sint, vti non obscurè hæc Scriptura testatur. Contra tñ argumentãtur quidam. & primum: qm̃ vnius & eiusdem rei non possunt esse multi domini (Dñium.n.proprietatem dicit: quod aũt est cõe duobus, non est eorũ alteri proprium) atqui Opifex hoïem constituit dominum rerum omnium: in nullam rẽ igitur animalia dominium, & proprietatem habent. Rursum, si animalia ius in escas haberent affici iniuria sanè viderentur, cùm auena, fœnum, & herbæ eis interdicerentur: est enim afficere quanquam iniuria, eum suo iure priuare, aut interdicere. Adhęc tertiò, & furti, vel etiam rapinæ homines accusari ac reprehẽdi eo casu possent: caperent enim alterius rem inuito domino. Enimuerò crebrò euenit, vt bruta anteuertant hominem in adeunda esca: atqui prior in tempore, potior est in iure. Ergo sunt non incelebres authores, qui his ita respondent, non esse inconueniens plures eiusdem rei esse dominos, sed subordinatos: quamobrem Iurisconsulti edisserunt de dominio alto & basso, directo & vtili, mero & mixto: est autem homo præcipuum esculentorum dominus, cùm sit etiam dominus brutorum: eapropter nec illa vnquam iniuria afficit, nec furtum aut rapinam committit, si subripuerit, vel interceperit eorum escam: quinimmo & occidere illa ad libitum potest. Arist. enim primo Politicorum, venationem hoc ipso esse naturalem, & iustam probat; quia homo est animalium natura dominus, sibique vendicat quæ natura illius sunt. Etenim imperfectiora, perfectiorum gratia sunt: & hæc quidem illi. Et nos denique huc fermè ferimur: neque enim inducere possum in animum, ad illos spectare ius aliquod, qui Dei imagines non sunt, hoc est, qui mentem & rationem non habent: & proinde soli homini ius in singula & omnia arbitror conuenire: quod & Eusebius quoq; in Cathena Psalmi 8. disertè sentit, ac similiter cæteros Patres existimasse ego non dubito. Rursum, ipsa nos rerum natura docet, ritè & rectè eos dominari alijs non posse, qui idonei non sunt sibi antea dominari, hoc est, modum suis eorum actionibus & perturbationibus præscribere: quamobrem nemo prudens & rerum gnarus, amentes & vitiosos, ad præscribendum ius alijs eligit. est autẽ solus homo in animantibus, qui suarum actionũ dñs est, seq; moderari & p̃turbationibus Vale dicere põt; queadmodum & solus eligere hoc põt vel illud, cũ cætera oïa impetu naturæ, nõ verò electione in obiecta ferãtur. Et cõfirmãtur denuò hæc: quoniã, si idcirco aïalibus ĩ olera ius datũ est, ꝙ hæc assignata illis fuerint ĩ escã, ius siľr oleribus in humorẽ terræ datũ existimabitur, qđ eorũ sit nutrimẽtũ; & cælũ ea cõsequẽter iniuria afficiet, cùm statis tẽporibus nõ pluit, at quis hoc dicat? Hęc mihi solidiora videntur, q̃ vt possint facilè demoliri. nã qđ Syluester in verbo Dñiũ, dicit capi interdũ dñiũ nõ ꝑ iure, sed ꝑ potẽtia: vt is dicat ĩ quenq̃ habere dñiũ, qui in illũ põt; vulgaris est, & indocta dñij vsurpatio, queadmodũ quoq; añ nos docti quidã alij adnotarũt: si quidẽ fures, nr̃arũ rerũ dñi dici possẽt, quòd eas nobis inuitis abripere valeãt; & sicarij, nr̃i dñi essent, ꝙ percutiẽdi & perimẽdi bonos viros potẽtiã habẽt: qđ nemo prudẽs dixerit.

Et quidem Syluester S. Thomam sibi tanquam suffragatorem inducit de pot. q. 7. & alibi: sed S. Thomæ mentem non consequitur, vt alibi fortè ostendam &c.

Et

Et factum est ita. Siue, *Et fuit ita.* D. Aug. lib. 3. de Genesi, & alij quidam, particulam hanc ad cognitionem hominis præcipuè referunt, vt hunc præferat sensum, Et intellexit homo, ac plane cõsequutus est se esse constitutũ rerum dominum, & daturum operam liberis, ac denique oleribus ac pomis comesturum. Sed durior est hic commentarius. Quare Rupertus Abbas, *Et factum est ita,* pro eo positum esse mauult, quod est, & perseuerat ita, secundùm videlicet; dicentis Dei imperium, nam Psalm. 147. legitur, *Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, qui dat iumentis escam ipsorum.*

Caietanus, Et fuit ita procul dubio, vt dixit Deus, & hæc certè Simeonis expositio est.

Viditq; Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Mira profectò epithasi Moses Dei vniuersum opificium hac periodo commendat: nec enim suo aut alterius hominis iudicio Mundum laudat, sed Dei, qui omnia intuetur, quique falli non potest: hoc verò facit, cùm visa ei fuisse cuncta *valde bona* scribit, & vt D. Ioan. Chrysost. linguam omnium contradicere conantium compescuit. Etenim cum de singulis quibusque creaturis antea dixerit, *Et uidit Deus, quod esset bonum,* nunc de omnibus simul *valde bona* fuisse (aucta nimirum oratione) affirmat. Nam & seorsum qua sunt, bona singula sunt, qua tamen cuncta sunt, hoc est, suo quoque ordine singula digesta, & ordinata, ac simul vnum opificium, tanquam partes quædam illustrissimum quoddam totum constituunt, & absoluunt *Valde,* hoc est, eximiè, insigniter & præcellenter bona sunt, vt intelligas solum mundũ insigne quoddam, & omnibus prorsus numeris integrum bonum esse, & cui proinde ab Opifice partes omnes deberentur, non quidem ex debito iustitię, aut simpliciter; (quis enim Theologus hoc dicat?) sic enim ipse quoque ad Vniuersum ordinaretur, sed sponte, ac sua ductus voluntate & amore, ac propterea ex condecentia, vti S. Tho. 2. contra Gentes 28. & 29. scitè & prudenter loquitur. Enimuero Mundus complectitur omnes perfectiones, omnesq; gradus, & rerũ ordines, quos ei Dei sapientia ab æterno decreuit. Quapropter & nihil extra ipsum reperies, nihil in eo est superuacaneũ, nihil inordinatum, aut turpe: quẽadmodum 1. Cæli Arist. & Plato in Thimæo, Diuusq; Aug. lib. 11. de Ciuitate Dei, pluribus sanè verbis quæ nos consultò omittimus persequuntur. Vnde & κόσμος, hoc est, ornatus ob admirabilem pulchritudinem, & præstantissimam elegantiam dictus à priscis Græcis iamdudum fuit. Quamuis Beda de natura rerum cap. 3. arbitratus sit hoc elogium cumprimis conuenire cælo. Sed à Ioanne Nouiomago, eius Scholiastę inconcinnitatis ibi (& meritò sanè) notatur. itaque si carerent entia ordine, mundus concidisset iampridem, nec tandiu constitissent: rectè enim Vegetius dixit, *Turba inordinata in prælio, victima est:* pugnant enim inuicem elementa & fermè omnia infestantur contrarijs, & sunt tanquam in prælio posita: quod argumentum Franciscus Petrarcha in præfatione libri secundi de Remedijs vtriusque fortunæ, ita latè & frigidè persequitur, vt non minima molestia lectores afficiat. Ergo quamuis innumerabiles fermè sint rerum inuicem antipathiæ, & sympathiæ, hoc est, consensiones, ac dissidia, absque manifesta ratione, quarum nonnullas studiosus quidam ex Galeno, Plinio, & Cęlio Rhodigino, Fracastorio, & alijs

Notatur Petrarcha profusionis verborũ.

alijs nuperrimè collegit : & Cardanus in 18.libro de Subtilitate, accuratè permultas expendit, vt non sit opus in præsenti eas à nobis afferri : & denique quanquã nos infestẽt tot morbi, cædes, & funera; omnia tamen Dei amplitudinem, & Augustam quandam Maiestatem, ac largitionem in Mundum nobis depredicant, sicut & Galenus libro tertio de vtilitate partium vidit, ac magnopere suspexit, & ante hunc Arist. 1.de par. Animalium, cap. vltimo : vt si humano more de Deo loquendum sit, minimè sit diffitendum, illum in hac rerum ordinatissima serie, & præcellentissima vniuersitate sibi magnopere complacere, vti & Plato in Thimęo scribit, & Trimegistus, S.Thoma interprete, cùm dixit :

Monas gignit Monadem, & in se suum reflectit ardorem : Sed & Dauid in Psal. 103.ait, *Sit gloria Domini in sæculum. lætabitur Dominus in operibus suis.*

Ex his igitur geminam vniuersi bonitatem licet intueri, sicut à me aliàs quoque dictum fuit, & locus hic postulat, vt vel inuitus nunc repetam: alteram quidem, quæ in rerum ad inuicem ordine affinitate ac nexu sita est, quæ & ei intima est; reliquam verò (& longè meliorem, qua à Deo, nec profectò vno tantùm modo, sed multipliciter dependet. Etenim sicut Plato in Epistola ad Dionysium, & D.Paulus in Epistola ad Rom. capitulo vndecimo, docent, Deus mundi exemplar est, ac proinde hic dici potest referre illius similitudinem; deinde, & eius Opifex, Rector, & Cõseruator est, & ob id opificium, & creatura illius est : denique eius etiam finis est, cuius gratia illum præcipuè condidit; vt propterea pondere quodam, hoc est, naturæ impulsu ad Deum, quomodo ad mare flumina decurrere solent, suo vnumquodque modo omnia tendunt; & cumprimis substantiæ intellectu præditæ, in quibus pondus ac propensio & impetus, amor etiam dicitur, teste D. August. libro duodecimo Confess. quamobrem inquieti vt simus necesse est, quo ad positi hìc ab eo longius peregrinamur, sicut libro primo idem Sanctissimus Pater eleganter persequitur. Sed Platonis verba volupe nobis erit audire : sic enim in Epistola ad Dionysium loquitur, *Circa omnium Regem cuncta sunt, illius gratia omnia ipse pulchrorum omnium causa.* Pulchrè dixit, *Circa omnium Regem* : id verò quamobrem, nisi quia omnia regit & moderatur? Porrò autem & D. Paulus hoc fermè luculentius dixit, *Ex quo omnia, in quo omnia, & per quem omnia ipsi gloria in sæcula.* & Aristoteles oratione satis aperta, & illustri assentitur partim quidem secundo de Anima 36. partim verò 12.Meta. 49.51. & denique vltimo. vt nemo proinde miretur si horum doctrina libẽter vtor.

Vt ex his ratio luminosa nobis emergat, cur Iacob in typo scalę viderit creaturarum vniuersitatem, quam Mundum dicimus, præsertim autem sensilium, quæ omnibus obuiæ sunt & familiares, Gen. 28 curq; Homerus ingeniorum Græciæ fons, (sicuti Plinio visum est) Mundum hunc appellauerit Cathenam, cuius summum caput Iuppiter manu apprehẽsum teneat. Et cur Scripturæ Sap. 13. Rom. 1. per illas conscendere posse ad intelligendum Deum, tanquam videlicet per gradus testantur: quanquam præterea schalæ, & Cathenæ assimilatæ creaturæ fuerunt, quòd gradibus Deo,

Albertus Magnus 1.Meth. c.15. non perficitur homo in philosophia, nisi ex scientia Aristotelis, & Platonis.

qui in summo est magis ac minus proximè accedant, earumque naturæ sic inuicem secernantur & metiantur, aut etiam (sicut existimant quidam) per distantiam à non gradu: sunt enim sicut numeri. 8. Meta. Non igitur mirum est, si exquisitas & admirabiles voluptates regius Vates, cæterique cum eo pij creaturarum meditatione sunt sæpe experti, Psal. 90. *Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo*. neque dubito in vtraque philosophia serio aliquandiu versatos, hoc est, qui in ea Theoria, quæ & in Vniuersi huius, ac diuinarum rerum naturis, affectionibusque perspiciendis sita est, intenti, ac seduli vitam egerunt, hæc vltro nobis esse daturos. Quamobrem & apud Barcepham parte secunda, eruditi nonnulli hoc Philosophiæ genus esse paradisum mysticum voluerunt: quippe, quoniam ij sanctorum Angelorum instar schalam sæpe conscendere solent, ac Dei mensa recepti, nectar, ambrosiamque vesci. Vnde & magnitudine tantarum rerum ac pulchritudine à sensibus abalienati insanas voluptates, & carnis illecebras longius profligant, inq; extasim rapti, haud rarò hunc in modum cum Dauide Ps. 144. exclamant, *Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & sapientiæ eius non est numerus. Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt*. & rursum cum eruditissimo quodam:

Antonius Thylesius.

Omnipotens natura hominum rerumq; creatrix,
Difficilis, facilis, similis tibi, dissimilisque,
Nulligena, indefessa, ferax, te pulchrior ipsa,
Solaq; quæ tecum certas, te & victa reuincis,
Omnia me nimis afficiunt, quo lumina cumque,
Verto libens. Et cùm immensam Dei potentiam, & in nos charitatem tam perspicuam hæc contemplatio faciat; quomodo quoque fieri potest, vt ea nobis non incalescat animus, & mira ardeat confidentia, & securitate diuinæ protectionis, speq; consequendæ resurrectionis nostrorũ corporum, & supernæ fœlicitatis, quam ab eo expectamus? quemadmodũ Raimundus titulo 73. Theol. naturalis, latè quoque persequitur. sed inexpertis, & indoctis parerga hæc, aut etiam neniæ fateor, videbuntur. Quamobrem eo Psal. 90 Dauid ait, *Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc*: & ob id nec amat, nec magnificit.

Num verò fieri Vniuersum melius ab Opifice Deo potuerit, & quibus modis, Lactantius de Opificio Dei. c. 3. & D. Tho. 1. q. 26. & alibi scripserunt. Etenim si rei conditionem considerauimus, facilè intelligemus nihil fieri aliter debuisse, quàm factum est: non est tamen dicendum, non potuisse: quia Deus potest omnia. Capreolus quoq; accuratissimè rem hanc exposuit 1. d. 43. quem cõsulere, nec erit cuiquã inutile, nec iniucundum.

Illud verò indignum profectò mihi videtur, cuius vlla habeatur ratio à viris doctis, quod in controuersiam quidam ponunt, num possit Deus plura facere quàm homo cogitare. Et si enim Intellectus noster, quòd non sit virtus in materia, hoc est, alicuius organi actus, & infinita concipere successiuè possit, & cogitatio fingere innumerabilia, quæ nullo vnquã tẽpore

futura

futura sint, & possit nostra voluntas impossibilia velle 3. Ethicorum cap. 5. tamen, cùm esse Intellectus esseque voluntatis, contracta ad certum genus & ad speciem determinatam reuera sint, & Intellectus obiectum non possit excedere, aut exęquare sua amplitudine (quantumuis licèt insigni) Opificis sui magnitudinem & virtutẽ: (hæc.n. si ab eo exæquaretur, esset finita) oportet vt eius cõceptionibus, ac figmentis, Dei virtus, & facultas semper in immẽsum emineat, & superegrediatur. quapropter inexplebilis hęc, & inconsumptibilis mentis nostrę vis attestatur potius, & indicat causam; à qua hoc sibi datũ est (Deum videlicet) multo sibi & in infinitũ excellere: nec.n. ab eo hic prodijt tanquam causa vniuoca, vt oportuerit Deum suam totam formam, & vires oẽs in eũ profudisse. Est igitur vanũ problema hoc.

Itaq; illud omittamus, & hoc paucis ẽt perstringamus, quod D. Aug. cura quadam, & veluti angore distringit. Cur scilicet, cùm in cæteris Dei operibus sigillatim dictũ fuerit, *Et vidit Deus quod esset bonum*, qñ tñ sermonẽ creationis hominis Moses absoluit hoc ipsum dicere seorsum prætierit, sed de eo vna cùm cæteris dixit, *Vidit cuncta, quæ fecerat, & erãt ualde bona*, Et grauissimus doctor hãc fuisse rei huius cãm fermè arbitratur, quia præsciebat Deus hoĩem paulò postea futurũ sibi contumacẽ & lęsæ maiestatis reũ; & noluisse propterea, vt scriberetur se vidisse illud opus esse seorsum bonũ. Sed multa profectò sunt quę in hãc respõsionẽ obijci possunt. Quare arbitramur nos ideo diuinissimũ hũc Historicũ eam rẽ prætierijsse illo modo explicare, quod animaduerterat disertè eã se exposuisse, cùm tanta verborum cõgerie semel secundò, ac tertiò dixisset hominem factum fuisse ad imaginem & similitudinẽ Dei: quis.n. euestigio non intelligat vidisse Deũ hoc opus esse bonũ? Obserua iam verò & Scripturas & Patres oĩ laude maiores, sic de Deo deq; creaturis frequẽter loqui, vt has singillatim bonas, & simul oẽs iunctas ac probè inter se dispositas, valde bonas: at verò Deũ interdum quidem solum bonum, aliàs verò bonum, extra quem nullum sit bonum; & ad hæc, crebrò quoque summum bonum miro quodam artificio appellauerint: nimirũ vt hisce nos orationibus edocerent bonitatẽ natura ac per se, & non per aliud, Deo Optimo & Maximo conuenire (& ob id in sua ratione formali) integra videlicet, illimitata, incomprehensibili: vbi enim subiectum præcisa ratio est prædicati, nulla potest huic assignari limitatio, quandiu subiectũ constiterit integrum. At verò cæteris rebus oĩbus nonnisi Dei largitione, & impertitione, quam quidem effusius in mũdum effuderit, atque fecerit in rebus particularibus, vt proinde cùm creaturę pressè Deo comparantur, nec bonæ sint, nec entia: sic enim: & D. Aug. ad Orosium contra Priscilianistas, & Origenistas cap. 10. scitè negat Angelos comparatos Deo esse iustos, nimirum quòd eius iustitiæ participatione duntaxat iusti sint. & videtur esse sententia Iob cap. 4. & 25. vt sic nobis liceat argumentari: Vniuersum habet esse per participationem, hoc est, sola Opificis communicatione, & largitione, ergo habet esse diminutum. non igitur Deus in eo se totum profudit: nec inueniuntur in eo omnes pfectiones, quæ inueniri possunt in eo quod cõe Deo est, & creaturis. Consequentia est euidens: qm alioqui haberet esse integrũ, si has oẽs haberet

Opinio Aucto.

Sic enim Exodi. 3. dicitur. Qui est misit me ad nos.

beret,& si habet esse integrum; ergo nō habet illud diminutū,atque adeò neq; id à quoquā habet,nec pendet ab alio: atqui habet & pendet ab alio. Ergo cum audis Vniuersum totum perfectum,integrum,& id genus nomina;intellige in classe creaturarum,atque in eo quod est substantiæ,& accidenti commune, iuxta tamen Opificis Dei sapientiam & pręscriptionem.

Sed & ex dictis est hoc quoque perspicuum(si tamen per locum à priuatiuè oppositis argumentari licet) rectè à Theologis ac Philosophis dictum fuisse malum nihil esse: Scriptura enim hic splendidè dicit,*Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona*:& Ioann.1.*Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*:(sic enim punctuandum mihi esse videtur) primę Thim.5.*Omnis creatura bona est*:& proinde,cùm res omnes in vsum ac salutem bonorum hominum condita fuerint, sicut Clemens Alex. lib. 7. Stromaton ait; consequens fit,vt illis omnibus, suo vno quoque tempore viri boni rectè vti possint, Eccles.3. & idcirco, vt cum Peripatetici opes & res externas inter bona (ad homines quoq; relatas) dinumerāt,nihil verbo Dei contrarium doceant; quanquam eò minus bona honestis sunt, quòd abuti illis possumus non verò honestis (si formaliter capiantur) vt si Stoici honesta hac vna ratione existimauerunt sola bona esse, quòd malè vti eis non possimus, negarint autem vtilia, ac delectabilia hac nomenclatura ornare,quod adiaphora sint, & contingat frequenter eis malè vti; verbis dumtaxat, & crassiore intelligentia à Peripateticis seiungantur. Et licèt complures, & fermè innumerabiles Sancti viri promerendi Dei, ac virtutis ergo, eas à se penitus abdicauerint; eos tamen propterea qui ritè ac rectè vsi illis fuerint,non reprehenderunt: est enim consilium, *Si vis perfectus esse, vende omnia,& da pauperibus, & sequere me*. & multò minus existimarunt eas res esse natura malas, quippe qui & præter citata Scripturarum testimonia norint diuitibus hominibus & opulentis nō paucis rectum diuitiarum vsum attulisse salutem, & nihil reijciendum esse (tanquam videlicet natura malum) quinimmo etiam Deo esse agendas pro illis omnibus gratias.1.Thimot.5. Et quanquam nonnulli Illustres Philosophi sint, qui aliquando quidem sic de bonis,& malis promiscuè loquuntur,tanq̃ existimauerint ea esse res & naturas quasdam, ac vtrunque genus velint in Mundo futurum esse perenne; de illis attamen malis verba faciunt, quæ ad particulare aliquod bonum sigillatim comparata, contraria ei,ac proinde mala sunt, non autem Vniuerso, cui apprimè bonum est,hæc ipsa quoque particularia mala in se ipso complecti. quare & Arist. primo Cœli,probat ignem esse, quod eius contrarium in natura sit,& Plato in Thimæo ita scribit, *Sed neque perire mala possibile est, ò Theodore,subcontrarium enim aliquod bono necesse est.* Quamobrem cùm Alexander apud Simplicium primo Cœli 152. ait, *Quod si possibile erat Deo malum perdere,nihil vellet ante hoc,& cur non, & aliorum generabilium,vnumquodque incorruptibile fecit: in vnoquoque enim probabile est Deum sine inuidia esse:* doctè & grauiter ab eodem Simplicio ita redarguitur, *Si malum* (inquit) *non esset, neque etiam bonum eius extremum inueniretur, & ita neque Deus omnis boni esset causa. Sunt enim contraria hoc genus mutuo quodam nexu*

colligata,

colligata, vt proinde si tuleris vnum, abstuleris vtrunque: quod & in Phedone, & in Thimæo Plato etiam exposuit. & sic profectò congruit Opifici Deo, & Mundo nobilissimo eius operi.

Et factum est vespere & mane dies sextus. Fuit igitur sexta die Vniuersum suis numeris & perfectionibus absolutum, quas Dei sapientia ab æterno ei prædefinierat. Et proinde homo quoque conditus hac die fuit, mas nimirum, & fœmella. Alioquin de toto Vniuerso dictum nunc minimè fuisset, *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. Quamobrem quod cap. sequenti Hebræa lectio habet, *Compleuitque Deus die septimo opus suum*, potuit vel errore scriptoris nota numeri variari (Septuaginta enim Græcè habent, *Et perfecit Deus in die sexta opera sua*) Vel certe complementum pro voluptate & complacentia posuit. Nam editio Caldaica legit, *Et delectatus est Deus in die septimo opere suo, quod fecerat*, nimirum intra sex dies. Porrò autem senarius numerus perfectissimus est, si credimus Didymo in Cathena Psam. 36. & Macrobio libro primo in Somnium Scipionis, & auctoribus reliquis, qui de numeris libenter philosophantur. Nam constat medietate, tertia, & sexta, hoc est, tribus duobus, & vno, quæ vt coniunctæ necessariò numerum hunc conficiunt, ita hic in alias partes diduci ex arte non potest Diuusq; Aug. Psal. 91. & lib. 12. contra Faustum, ostendit Deum Optimum Maximum seruasse consulto numerum hunc sæpe numero in transigenda salute nostra.

Glossa, Sic igitur completus est sextus dies & vltimus operũ Dei &c. D. Ioan Chrysosto. fini dici sextæ etiam finem formandi creaturas addidit &c.

Legant quibus abundat ociũ, senarij rationẽ quam Marcus quidam apud Epiphaniũ lib. 1. To. 3. affert. & interpretetur si potest.

Num verò quòd hic numerus perfectus sit propterea sex dumtaxat diebus, hoc est, non pluribus nec paucioribus creare Deus Mundũ voluerit, & si existiment quidam, ego certè non assentior: si quidem, & denarius alia ratione senario perfectior est Quare videtur quibusdam probatior ratio, vt sic voluerit designare sex Mundi ætates quæ ante Christum Dominum futuræ erant, in quibus Mundus sub lege laborauit, & in Sabbato, hoc est, in septima sub eius suauissimo iugo quiescit: & ita quidem Episcopus Naclantus in suis præludijs excurrit. Verùm minus solida hæc quoque sunt: quia lex Mosis non fuit data Mundo, sed solis Iudæis, quod si de alia loquitur lege, nempe naturæ, Christi iugum pfectò ab ea Mundum nõ absoluit. Patres proinde maluerunt Opificem præsignasse hoc dierum numero, in quibus laborauit, nostram Religionem, & fidei veritatem in sex millibus, annorum malitia præualente & dominante, esse magnos labores subituram. Lege Lactantium libro septimo cap. 14. Irenæum libro quinto, & D. Hieronymum in Epistola ad Cyprianum. Sed iam de hac eorum opinione aliàs (plus iusto etiam fusius) disseruimus: Itaque arbitror ego D. Grego. Papa hom. 17. super Ezech. melius philosophari, cùm ideo senarium hunc numerum multis celebrari præconijs dicit, ac perfectionis loco interdum vsurpari: quoniam sexto die perfecerit Deus opera sua, vt potius ab operibus Dei hic celebritatem adeptus sit, quàm econtra: atque adeò cur non pluribus aut paucioribus diebus ea consumauerit, consultissimum nobis esse existimare rei huius causam extitisse Dei arcanam quandam & imperscrutabilem voluntatẽ, quemadmodum & cur non antea, aut postea vim illam incomprehensibilem suam in hoc opificio exeruerit,

Notatur Naclantus.

Origenes lib. 1. periarchō cap 1. testis est, Ecclesiastica p̄dicatione esse definitum Mūdum esse dissoluendum.

D. *Amb.* Deferamus silentium, quoniā requieuit Deus ab omnibus Mūdi operib. &c.

exeruerit, & cur non maioris id, aut minoris magnitudinis, aut molis fecerit: & cur certam periodum ac determinatum quoddam temporis interuallum, hoc est, nec maius, nec minus generationi & corruptioni rerum præfinierit. Quorum, & similium omnium illa eadem atque sola causa nobis perspecta est, quam Saluator noster Theologus omnium præstantissimus, Matth. ij. attulit: cur arcana sua sapientibus abdat, & referat paruulis, videlicet, *Ita Pater, quoniam sic placitum est ante te.* Et quoniam Sabbatum subsequitur, quo quieuisse Deum à suis operibus sequenti capite Moses dicturus est, agemus & nos præstantissimi Auditores Sabbatum, hoc est, quiescemus tantisper, & à legendo interpretandoq; Dei Verbo, de hoc splendidissimo suggestu feriabimur, quoad feruentissimus hic æstus, & assignatæ de more vacantiæ volent. Sint autem ad Dei Optimi & Maximi gloriam vigiliæ, & lucubrationes hæ nostræ in primum Genesis caput; qui ab omnibus suis operibus iugiter, ac perenniter laudatur.

FINIS.





AVGVSTINO VALERIO, PATRITIO VENETO, VERONÆ EPISCOPO AMPLISSIMO,

F. HIERONYMVS VIELMIVS, Episcopus Argolicensis. S. P. D.



ORATIONEM, quam de optimo Epiſcopi munere magna Epiſcoporum, & celeberrimi huius Gymnaſij Doctorum, atque aliorum nobilium Virorum frequentia, in noſtris Patauinis Scholis habui, amicis poſtulàntibus & efflagitantibus, in lucem prodire ſino: Sed ea lege & conditione, vt in tuo nomine appareat. Poſtulabat enim, cum veritatis, & pietatis doctrina hæc, quam (etſi minus pura, & ornata dictione) flagranti certè charita-

te trado: tum verò eximius meus erga te amor, & obseruantia singularis, vt tibi verè optimo, summa religione prædito, & eruditissimo Episcopo illam amanter inscriberem, & commendarem. Eam igitur ad te mitto: & tibi proximum hunc Natalem Domini diem, & per multos in posterum annos, faustissimos & lætissimos, ad diuini nominis gloriam, & istius nobilissimæ Ecclesiæ vtilitatem, exopto, ac precor.






DE OPTIMO EPISCOPI MVNERE, ORATIO.

Per R. P. & D. HIERONYMVM VIELMIVM, Ordinis Prædicatorum, sacræ Theol. Doctorem, tunc quidem Episcopum Argolicensem, & sanctarum Scripturarum publicum Interpretem;

Nunc verò Episc. Æmoniæ, quæ & Ciuitas noua nuncupatur, Patauij habita. iij. Idus Nouemb. 1565.





QVOD veluti postliminio Episcopatus quoque dignitate auctus ad vos hoc tempore reuertor, futuros sanè complures, arbitror, vel ex hoc lectissimæ iuuentutis flore, qui cùm ordinis mei neminem in scholis adhuc publicè profitentem viderint, & vetustatem omnem conseruandam suo loco putent, rei nouitate commoti magnopere admirētur: sed & si qui sunt, qui vel publicum hoc interpretandi munus, quod denuò aggredior, humile admodum abiectumq; cum imperita multitudine arbitrentur, vel onera, quæ Propontifici mihi in regenda hac nobilissima Ecclesia, quotidie subeunda sunt, cum vigilijs & laboribus studiorum, quæ huic loco debentur, imprudenter præpostereq; contulerint: ij certè omnes consilium hoc meum vel tanquam Episcopo indecorum, vel tanquam supra vnius hominis vires nimis audacter susceptum. (nam ne Hercules quidem, vt est in prouerbio, aduersus duos) facilè improbabunt. Existimaui igitur operæpretium esse, anteaquam propositum mihi argumentum explicare aggrediar, experiri, num vacillantes hos & nutantes rationibus sistere & confirmare possim; & errorem, quem rei nouitas afferre videtur, compluribus vetustatis exemplis in medium allatis depellere. Quod item gratum illis, & iocundum fore non dubito, cùm excitare ad exquirendas causas nouitas magis quàm magnitudo rerum soleat. Ostendam itaque Dominum & Saluatorem nostrum Christum Episcopis præcepisse non semel, vt eius doctrinam omnes homines doceant, *Cicero lib. 2. de natura Deorũ.*

atque etiam, cùm opus fuerit, strenue, magnoque & flagranti charitatis studio defendant, simulque sanctissimos illos maiores nostros, quos tantopere, & meritò quidem, veneramur, omnes in id potissimum totos incubuisse. Proferam autem primùm Veteris Ecclesiæ sæcula, & ijs quibus nulla ex vetustatis cognitione est prisca opinio, nulla cana scientia, quos Plato pueros, nostræ verò Religionis Duces, infantes appellant tanquam matris vbera sugenda porrigam; vt intelligant nimirum omnes si suggestum hoc splendidissimum sacras litteras interpretaturus Episcopus conscendi nihil propterea fecisse me, aut indecorum aut nouum aut denique expectatione vestra indignũ, sed pro officio meo, sed more instituto q; maiorum, sed pro vtilitate omnium vestrum quos semper amaui plurimum semper eximia quadam charitate sum prosequutus. Quanquam præterea nemo iure me reprehendere posset, si vel illa tantum ratio publice profitendi, quam semel elegeram & consuetudo iocundam mihi reddiderat, his Patauinis scholis denuò me reddidisset, quarũ limina & subsellia adolescens diu contriui, Cathedrasque iunior nec inglorius (quæ tamen vestra fuit erga me humanitas, decennium ferè obtinui: Sed & amplissimi senatus Veneti auctoritas, quæ apud omnes pios & doctos augusta & sacro sancta perpetuò esse debet (nihil enim omiserunt illi vnquam, quod ad Catholicam religionem nostram vel retinendam vel propagandã facere videretur) cùm huic me loco amanter honorificeque restituerit, vel sola satis illis esse deberet, siqui sunt qui me vituperant, cui (vt par est) assentirentur omnes & acquiescerent. Sed proferam grauiores rationes; vos dicentem attento & benigno, vt facitis, quæso, audite animo.

Plato in Thimæo. Petrus 1. c. 2. Paul. 1. Cor. 3 Ioan. 1. cap. 2.

Dominus & magister noster, Apostolos eorumque successores Episcopos quos post suum ad Patrem ascensum, Rectores & Moderatores esse volebat Reipublicæ suæ quam in terris iussu Patris instar cælestis illius formabat, non modò luculentissimis verbis accuratè & frequenter instituit, seque illis exemplar ad imitandùm proposuit; verùm etiam pulcherrimis quibusdam tropis & familiaribus similitudinibus, vt sui eos officij gra uius admoneret vehementiusque excitaret, tanquam elogijs quibusdam crebro & amanter ornauit. Etenim seruos illos & legatos vocantes ad nuptias & ad prandium homines, operarios in messe, Piscatores hominum, seruos negotiantes, Prophetas, sapientes, scribas, sal terræ, ciuitatem supra montem positam, lucernas super candelabra, lucem denique mundi, emphaticoteron appellauit: Quibus planè non ad opes non ad voluptates, sed ad officia, ad labores atque, vt ait Paulus ad opus se esse accitos intelligerent, nempe ad instituendam, regẽdamque illius rempublicam, quam & regnum Dei & Ecclesiam & alijs nominibus vocamus, augusta quadam ligandi & soluendi homines, quam illis tribuit, potestate; sanctorum signaculorum quæ ipse instituit, quibusque à peccatis mundamur & ab impiorum conuentibus secernimur, administratione, innocentis & præclaræ vitæ exemplo, & cælestis doctrinæ quam à Patre ipse acceperat legatusque ad nos multifariam illos docuerat, sincera quadam & incorrupta traditione & explicatione. Proinde quoque in veterum Prophetarum monumentis

Aug. in Psal. 44. Exodi 25. Heb. 8. Apoc. 21. Ioan. 13.

Mathæi 23. Luc. 14. Math. 9. Math 4. 5. & 25.

1. Thim 3. Aug ad Paulinum Epistola 58. Vide 8. q. 1. Qui Episcopatum. Ioan 7. & 8. Hierem 3. Ezech. 34.

numentis illos iamdudum etiam pastores eleganti miroque artificio nuncupauit. Verùm ne ouicularum dominos fortè illi se esse propterea existimarent, Petro Apostolorum Principi dixit, Pasce oues meas, nimirum dominum se illarum non vero alium quenquam esse demonstrans, eosq; gregibus præfici vti opiliones, qui ouium curam nec socordes nec oscitantes gererent, optimis pascuis omnes in vniuersum alerent, infirmas consolidarent, sanarent ægrotas, confractas alligarent, reducerent abiectas, & quæ perierant quærerent, morte denique pro earum salute (si quando res ita ferret) cum lupis & feris congredientes libenter subirent. His igitur obsequijs famulatum, ad quem asciscuntur exequi, his officijs & pietate eximiam charitatem illam, qua cæteris omnibus præstare debent, exercere illos erga se mandauit. *Ioan. 21.* *Ezech. 34.* *Ioan. 10.*

At verò quoniam fides nostra est reipublicæ huius quasi neruus quidam & ligamentum, estq; vniuersę Religionis ceu turris cuiusdam eminētissimę, quæ ad cælum vsque tollitur, hypostasis quædam, vt ait Paulus & fulcrum, eaque tota cælesti doctrina nititur, ita vt conuulsa doctrina, fides confestim concidat, & hac disiecta atque euersa, religio tota funditus corruat; voluit, vt cùm in reliquis obeundis muneribus, nec inertes essent, nec dormitantes; tum verò in stabilienda doctrina, inque illius verbo longè lateque propagando vigilantissimos studiosissimosq; se perpetuò præberent. voluit, vt inter cætera omnia quamlibet necessaria ad tranquillitatem reipublicæ suæ tuendam conseruandamque, principem locum obtineret studium retinendæ fidei nostræ: vt sicut hæc veluti solum quoddam, & fundamentum est cælestium omnium bonorum, ita illius conseruatio præ cæteris ad eos potissimùm pertineret quos ad rerum gubernacula primos sedere iussisset. Quare, vt concionarentur, vt docerent vtque de se testimonium populis omnibus citra delectum ferrent frequentes his verbis diserteq; præcepit. Quæ dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prædicate super tecta. & rursum: Ite docete omnes gentes seruare quæcunque mandaui vobis, & alibi; Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. adhæc, Ite in Mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. & postremò, Eritis mihi testes in Iudęa & Hierusalem, & vsque ad vltimum terræ, an non mandata hæc, quæso, grauissima sunt, & satis illustria diuinæ voluntatis testimonia? Dicam hic Auditores quod sentio, an tacebo? Dicam planè & id instituti mei ratio vehementer etiam postulat. Ego quantum ex his & plerisque alijs Domini verbis consequi possum, ita censeo, nihil esse, in quod industriam conatusque omnes suos Antistites sacri, conferre æquè debeant, atque in id, vt verbū Dei doceant: nihil esse, quo apertius ipsi obedientiam suam declarare certiusq; testatam facere possint, atque in conseruanda, & ab hæreticis, cæterisque impuris hominibus eminus, cominusque vindicanda fide & religione nostra, vt non iniuria Paulus hæc ab illis imprimis exegerit, vt fideles cohortari & contra dicentes refellere, & se denique auditoresque suos seruare idonei sint. Et nuper Tridentina Synodus scitè grauiterque pronunciauerit, præcipuum esse pastorum munus, prædicare. Iamuerò si (quod *Heb. 13.* *Matth. 10. & 17.* *Ioan. 2.* *Mar. 16.* *Sess. 8.*

Theologi de ſchola omniũ ſaniſſimi, & clariſſin [illegible] nt, iuxta ea quæ ho-
minibus Spiritus ſanctus diſtribuit officia, men [illegible] tiæ & donorum
S.Tho.3.27.4 conſtituenda eſt. Quod & D.Baſilius non obſcure [illegible] Probanda omni-
Ad Ephes.1. lect.3. no videtur illa D.Auguſtini ſententia, Deum imp [illegible] iorem quan-
In lib de Spiritu ſancto.c.16 dam diuinarum rerũ cognitionem excellentiusq́; lu [illegible] præfe-
ctis (niſi per illos ſteterit) præ communi lumine fidei, [illegible] ta-
Super 1. caput Ioannis. rim illuſtramur omnes, atque perfundimur. & (ni fallor) [illegible]
ſius antea dixit de eccleſiaſtica Hierarchia cap.4. Nam c [illegible] ſi
dijs maximis ſanè, atque firmiſſimis in vniuerſum illi iuuã [illegible] õs,
ta onera (quæ grauiora quàm cæteri ſuſtinent) leuius ferre, & prouinciam
ſibi delatam gerere fœlicius poſſint: ſiquidem & Apoſtolis Chriſtus (per
quos viuam illam aquam doctrinæ ſuæ, qua mundamur & ſaluamur, tan-
quam per puriſſimos quoſdam canales in cæteros omnes homines tranſ-
miſſurus erat) cum arcana Patris permulta aperuit, quæ ipſe coram hau-
Ioan.8. riebat, tum verò reconditos & abſtruſos Moſis, & Prophetarum ſenſus
Lucæ 24. planos fecit, & obuios, atque adeò celſiore ſplendidioreq́ue luce affulſit,
vt ſcilicet certiorem conſtantioremq́ue fidem noſtram facerent: quod
3.contra Gen. 40. alioquin facere minimè potuiſſent, ſicut Aquinas pulchrè expendit. Et
Num.2. quidem vetus quoque ſcriptura aperit, Deum detraxiſſe olim de ſpiritu
quo præditus erat Moſes veteris populi princeps & legiſlator quem ſolis
ſeptuaginta illis ſenatoribus, & magiſtratibus immiſerit, qui vbi in eis in-
ſediſſet extemplo vaticinarentur, ac à Moſe ſecretiora legis myſteria D.Hi-
In Pſal.2. lario teſte, deinceps addiſcerent, quæ ſolis ſelectioribus auditoribus reſe-
rarent, & veluti depoſitum commendarent.

Quodlib. Quæ cùm ita eſſe exiſtimem, nequaquam tamen Henrico Gandauenſi
aſſentior, qui putat, lumen id præſtantiſſimum præcipua fidei noſtræ ca-
pita, quæ articuli vocantur, maioribus quibus inſidet, perſpicua, & euiden-
tia facere; docetq́ue vlterius progreſſus claram hanc eorum intelligentiá
Q.2. prologi. vnà manere in illis cum fide. Satis enim idoneis argumentis à Durando
Vide S.Tho.1. Doctore cumprimis illuſtri refellitur: atque illud planè efficeretur, vt vni
23.q 1. Sco- eidemq́ue menti, articuli illi perſpicui eſſent & obſcuri (ſiquidem fides,
tum 3.24.q. vnica. vt ait Paulus, non apparentium notitia eſt) quod ego eſſe à ratione alienũ
Gabriel Biel. ſemper exiſtimaui; & ſi quidam defendere illud oſtentatione doctrinæ po-
3.23. tius quàm veritatis conantur. ſed quid contentioſa ingenia non audent?
Almainus 24. 1. quid, vt ſemel emiſſas ineptias tueantur, non molliuntur? Verùm ſubtilio-
ra hæc ſunt & in aliud tempus reijcienda.

Nunc id primùm ex his quæ dicta ſunt, quiuis intelligere facilè poteſt,
& plura & meliora multo ab Epiſcopis expectanda eſſe, quàm ab alijs mi-
noris ordinis hominibus quantumuis eruditione, ingenio, & eloquentia
1 Cor. 12. cum illis comparandi quoque viderentur; modò tamen lectioni ſanctarũ
Hiero. in Hiere. cap. 12. litterarum & diligentem illi operã dederint. Deinde verò cùm fermè ope-
rationum gratia ſint, & dona ad vtilitatem Eccleſiæ cœleſtis ille ſpiritus im
partiatur, non poſſe eos qui ampliore lumine perfunduntur citra piaculũ
Eſaiæ 6. conticeſcere, non poſſe cùm formis illis nobiliſſimis præditi ſint, ſine gra-
1.Cor.9. uioris delicti nota alios non inſtruere. Veh mihi (inquit Eſaias) quia tacui.

& Paulus

& Paulus quoque malè futurum sibi esse dicit, nisi euangelizauerit. vt insignis eorum temeritatis & petulantiæ me admodum pudeat, qui docendi functionem tanq̃ Ep̃o indecoram accusant cùm ex firmissimis his rationibus quæ allatæ sunt, perspicuè appareat, nihil posse eum honestius, nihil officio suo consentaneum magis, nihil demũ Ecclesiæ Christi vtilius agere.

Sed liceat præterea communibus argumentis à moribus hominum & à natura ipsa petitis vti, ac proinde eos interrogare quos reprehendimus. Qui fit vt discens ea præsertim quæ ad bene beateq; viuendum pertinent, cuiuis ordini, cuiuis ætati, pulchrum esse omnes existiment; eadem tamen docere turpis illis esse videatur? Rursum, plantæ & animalia suam perfe- *4. Metheor.* ctionem & fœlicia incrementa tunc demum proferunt, & nobis quasi declarant cum eorum vnumquodq; aliud quidpiam quale ipsum est, gignit, ac veluti in lucem edit; & non poterit eruditus Pontifex alios instituendo, & quasi procreando Orbi ostendere præclaram eam operam, quam multis *Plato in Theæteto.* vigilijs magnisque laboribus cumprimisque Dei beneficio consequutus est? Proh pudor. Adhæc Angeli & perennes illi beati Spiritus (auctore magno Dionysio) purgant, illuminant, perficiunt, & sacerdoti, qui Angelos referre, & planè exprimere (quoad patitur natura nostra) vbique studere debet, erit indecorum è mentibus hominum ignorantiæ tenebras depellere, easq; splẽdore verbi Dei illustrare, ac demum perficere? Atqui Malach. Propheta hæc potissimũ munera ab illo exigit, & cũ ea præstat, p̃stare *Cap. 2.* aũt debet cùm potest, Angelum Dñi disertè appellat. His adde quod Dñs nec scripsit ipse quidquã nec Apostolis vt scriberent præcepit, nequis hæc *S. Thomas. 3. 43. 4.* euadere cogitans imperitè respondeat vt libros Ep̃i edant, quibus nos posterosq; domi doceant, ac ita eos suo probè functuros esse munere. At nec Philosophorũ præstantissimi, Pythagoras, Socrates, Carneades, Archesilaus *Plutarchus de fortuna Alexandri.* (teste Plutarcho) litteris serio quidquam mandarũt. Qua de re, cùm locus inciderit (incidet aũt Deo fauente diebus proximis) copiosè dicturus sum. Nũc scire satis erit Dñm iussisse, vt prædicarẽt Apostoli, & sacri Antistites eorum successores, vtq; in cordibus fideliũ eius doctrinam & legem iuxta *Gellius lib. 14. 2.* Hieremiæ vaticiniũ insererent. At libri, magistri dicũtur: fateor, sed muti, sed inanimes: actio verò & pronunciatio dicẽtis, orationisq; anima & vita est: Protrita doctis sunt hæc, quãobrem missa illa faciamus, & sapientiã audiamus quæ functionẽ, pulcherrimã hanc ita ornat, ac magnificit, vt dignã iudicet, perenni beatitudine: sic enim loquitur: Qui elucidant me, vi- *Ecclesi. 24.* tam æternam habebunt. Atqui & Paulus verbi Dei interpretationem *1. Cor. 14.* dono linguarum, quod planè nobilissimum est, & vsui hominum maximè necessarium longius præfert; & prophetiam honoris causa appellat. & ratio planè suffragatur: illud enim linguarum donum ideo nascentis Ecclesiæ initio ferè omnibus credentibus & passim dabatur, vt cæteros quosque po *Cap. 12.* pulos illi quoq; commodè instituerent, ac Euangelium docerent. Daniel etiam Vates illustris: Qui docti fuerint, inquit, fulgebũt quasi splẽdor ætherens; & qui ad iustitiam erudiunt multos, erunt stellarum similes in omnem æternitatem. Pulchrè sanè dictum. Nam quemadmodum elementa *Aristoteles. 8. phy. 1. Metheor. 1.* & mixta omnia quæ gignuntur & occidunt, nonnisi astrorum, cælestiumq;

orbium

orbium motu & lumine subsistunt, & viuunt: ita idiotę & rudes homines
Rom. 10. sola sacrorum interpretum opera & beneficio, de sempiterna salute, deque
vita immortali rectè ac certo consequenda erudiuntur. Fides enim, vt Pau-
lus docet, ex auditione est: proinde sine præcone & legato verbum Dei præ
4. d. 49. q. 5. dicante concipi non potest: vt hinc videat acutus iuuenis firmam ratio-
nem, cur Aquinas longè doctissimus, scriptum reliquerit esse actum chari-
tatis & misericordiæ docere, & cur Apostoli, Auctore Luca, mensarum mi-
nisterium in Diaconos reiecerint & si illis Ecclesiæ primordijs ij quoque
In Epist. ad concionarentur (sed absque Cathedra vt adnotauit D. Ambrosius, ac vt
Ephes. 4. ego præterea sentio, cum Episcopi vel presbyteri coram non aderant) ni-
mirum vt operam omnem, omnemque industriam optimo & splendidis-
simo huic muneri sine vllo impedimento impenderent. Etenim, vt Mar-
Cap. 16. cus scribit, peragrarunt vbique docendo, & Paulus identidem cælorum
Rom. 10 similes esse dixit, qui suo quodam modo, bonitatem, vim, & sapientiam
Dei omnibus populis conspicui indesinenter enarrant, vnde & illud Da-
uidis oraculum citat. In omnem terram exiuit sonus eorum, & quæ se-
Psal. 18 quuntur: Qui rursus Corinthijs scribens non multos se baptizasse ait, sed
prouincias permultas lustrasse publicè priuatimque docendo, ob eamque
rem labores, & ęrumnas innumerabiles se esse perpessum: quibus verbis
patenter aperit disseminationem & explicationem Euangelij grauius mu-
1. Cor. 1. nus esse, magisque sublime & necessarium quàm sola baptizandi mune-
ris functio (licèt & ad baptizandum quoque Apostoli missi fuerint) ac ipsis
Ecclesiarum præfectis & moderatoribus quàm maximè cómendatum:
1. Cor. 2. vnde & cùm Episcopum alibi institueret, eum oportere, ait, esse docto-
rem & cùm Ephesijs ampliora illa Christi charismata, quibus benignis-
simè & liberalissimè Christiani ditati sumus, diligenter & tanquam por-
Matthęi vlt. recto indice enumerat Pastores & Doctores sic inuicem nectit, vt quemad-
Marc. 16. modum Hieronymus & Augustinus, Ecclesiæ lumina, perspexerunt, vnam
fermè functionem idemque efficium vtrunque donum esse ostenderit.
Nec iniuria: etenim & Dominus, cùm olim se daturum nobis iuxta cor
suum pastores pollicitus esset, confestim subdidit, Qui pascent vos scien-
Cap. 1. tia & doctrina, ea, inquam, doctrina quam Salomon scientiam sanctorum
(credétium videlicet) appellat. Quæ sacra Scriptura est quá explicaturus &
enucleaturus Deo fauente, celebre hoc suggestũ Eṗs & pastor conscendi, &
Hierony. ibi quam Oseas holocausto pręfert, & Dñs apud Ezech. pascua pinguia, pascua
Ephes. 4. Aug. virẽtia amęnissimo tropo appellat. Quæ verba si cõsiderarẽt studiosi, mira-
Epist. 58. rer ego vehemẽter profectò, si nõ libẽtissimè & cócito gressu ad sacras litte
Hierem. 3. ras percipiẽdas oẽs accurerent. Itaq;, cùm hæc oĩa florentis illius & vere au
Sap. 10. reæ ætatis Ecclesiæ Pontifices maiores nostri humanitus cælitusq; eruditi
probè intelligerent, domi & foris, hoc est, vbi docẽdi oportunitas illis da-
Oseæ 6. batur, in tẽplis, in foro, in scholis, in cõpitis, in vicis, concionibus, cógressi-
Ezech. 34. bus, disputationibus, cęlestẽ Saluatoris nostri doctrinã puram & immacula
tam oium mentibus instillare atq; imprimere conabantur. Quamquã.n.
nostra hac ætate primoribus in more positum est, vt vel nonnisi priuatis
colloquijs domi, si quando opus sit, vel publicis concionibus, in sacris
ædibus

ædibus diebus festis, statisq; ferijs verba faciant, quod nimirum locus ille vt sacratior est, ita ad continendum in officio populum est accommodatior, tamen veteres illi Antistites alibi quoq; profiteri, & docere, cùm res ita postulabat, minimè recusabant. Adamarunt autem & coluerunt præcipuè Scholas, proximumq; sanctis templis veneratione locum habere voluerunt, quòd in his hominum mẽtes, animi, linguæ egregijs disciplinis instituantur, & ad optima quæq; informentur; compluresq; inde egredi sæpe soleant, qui vniuerso Orbi ornamento sint & splendori. Et quidem cùm Romani Principes rerum domini, nondum fasces Imperij Christo Domino submisissent, sed immanissimis edictis in eos furerent, ac seuirent, qui illi nomen dabant Episcopi sancti scholas in quibus adolescentes, ac neophyti initiarentur, hoc est, fidei rudimenta addiscerẽt, & prouectiores solidiora nostræ religionis dogmata perciperent, veterum Prophetarum more (nec sine magno vitæ discrimine) domi aperuerunt. Cùm primùm autem bonorum proscriptiones, exilia, carceres, supplicia, cædes, veluti defatigatæ cessarunt, principumq; rabies & æstus deferbuit, extemplo quoque augeri nostrorum hominum cætus cœperunt, & sacerdotes cathedras in Ecclesijs palam conscendere videbantur ac interpretari sacras litteras & confutare hæreticos & nostræ Religionis hostes reliquos, sicut & Augustinus ad Ianuarium scribit; ac præterea publicas scholas & Academias florentissimas, in quibus docerent (gradatim tamen & pedetentim, & non nisi in frequentissimis Vrbibus, generosè, magnificeque instituerũt. Paulus Thimothęum domi, domi alius quidem Episcopus in Asia Ioanne Euangelista commendante (vti Eusebius narrat) iuuenem quendam erudijt. Sed & *1. Thimot. 3.*
Anicetus, Romanus Pontifex, puerum Eleutherium à religiosissima eius *Euseb. lib. 3. 23.*
matre sibi traditum sacras litteras domi, ita edocuit, vt eum postea annos *Lib. 3. 29.*
viginti dũtaxat natum (Nicephoro teste) Episcopum Illirici sanctissimum habuerint. Porrò autem Irenęus, Lugdunensis Episcopus vir, & sanctitate
morũ & doctrinæ gloria præstantissimus, se vidisse adhuc puerum Policar- *Adducitur ab*
pum, Smirnensium Episcopum, quo illustriorem ætas illa neminem tulit, *Euseb. lib. 5. 20.*
ad populum (opinor in sacra æde) & alibi è Cathedra (nempe in scholis
publicis, vt ego quidẽ arbitror) loquẽtẽ ad Florinũ scribit. Clemens quoq; *Strom. lib. 1.*
Alexandrinus quorundam sanctarum Scripturarum Interpretum, qui sibi
alijsq; permultis eas prælegebant, mentionem facit, ac Beatos appellat. *In Ind. hom. 6.*
Huius porrò Clementis Auditor Origenes, & in publico docendi munere successor clarissimus, Scholarum & Magistrorũ similiter meminit, quorũ nonnulli incultis, & rudioribus ingenijs excolendis & formandis, alij verò
prouectioribus instruendis operam darent. Eusebius quoq; Cæsariensis & *Eus. lib. 5. c. 9. & 10. & lib. 7. 29.*
Hieronymus scriptores grauissimi, testantur fuisse Antiochiæ & Alexãdrię
Academias celeberrimas primis illis temporibus cùm adolescere Chri- *Hiero. de scri-*
sti Ecclesia videretur, quibus Panthenus, Clemens, Origenes, Heracles, *pto. Eccle.*
Didimus Melchioni sacerdotes doctissimi gloriosè præessent; in ijsque non solum diuina oracula sed etiam (quod magis mireris, Philosophorum disciplinas & monumenta publica interpretarentur; adeò Patres illi cùm diuinarum, tum etiam humanarum rerum ignorationem, quæ

animorum

animorum nostrorũ certum & præsentaneum venenum esse solet, execrabantur. Sed & Gregorius Nazianzenus Episcopus, vbi Magni Basilij vitam & laudes persequitur, Cæsariensem scholam multis laudum præconijs, vt erat vir eloquentissimus, ornat. Et vterque Apollinarius pater, & filius, presbyter videlicet & Episcopus, cùm Iulianus Imperator publico edicto Gentiles vetuisset liberales quas vocamus Artes Christianos docere, ludum publicum aperuerunt, in quo Cyclicas omnes verbo & scripto præalto & incomparabili quodam ingenio docebant & Elenismum qui nostros inscitiæ damnabat ad summam admirationem pertraxerunt. Iustinus identidem presbyter ac martyr beatissimus, legitur habuisse Romæ diatribas, & in illis Crescentem obscurum alioquin hæreticum confutasse. Verùm quid ago? quorsum faces in splendidissimo Sole quæro? Nonne Paulum Lucas in Actis commemorat, & disputasse Ephesi in schola cuiusdam Tyranni, & Athenis cum Philosophis publicè altissimis de rebus disseruisse? Quoties quoque aduersus Iudęos in Sinagogis, in foro & compitis pro religione pugnauit? Quid? nonne & Dominus noster publicum quoddam & Illustre Theologiæ Gymnasium cùm versaretur in terris, in Iudæa & Galilea aperuit? nonne veluti greges auditorum quos discipulos more suo Scriptura appellat, habebat? è quibus duodecim non prorsus arcano consilio Apostolos nuncupauit & cariores ita habuit, & secretiorem quandam doctrinam præ septuaginta duobus & cæteris omnibus, vt paulò ante dicebam, amanter doceret. Quamobrem & eos in hanc ferè sententiam alloquitur: Vobis arcana omnia mea nosse datum est; Vobis quas à Patre habui reuelationes amicè & apertè exposui; cæteris satis erit, si crassius & in parabolis eas proposuero. Vt si eruditus quispiam Christi doctrinam partiri velit in acroamaticã & exotericã, nõ defutura illi ratio sit, cur id commodè & venustè faciat: discantque hinc Ecclesiarum Præfecti quibus ille, absolutæ virtutis specimen sese ad imitandum proposuit, & in Scholis quoque cum sua opera iuuare alios possunt; ea, quæ ad bene beateque viuendum & quæ ad æternam fælicitatem comparandam faciunt, prudenter, grauiter, constanterq; omnibus impertiri. sed pluribus exemplis vos minimè detinebo: Neque enim quibus rationes adeò graues, testimonia tam multa exempla ita præclara, quæ in medium pressius quidem ob temporis angustias, sed luculenter tamen attulimus, persuadere longiori oratione possem. Dicam de me pauca in præsenti, quæ ad rem maximè pertinere, & vt intelligantur à vobis magnopere necessaria mihi videntur, confestimque dicendi finem faciam. Ego Auditores, cùm animaduerterem Ecclesiam Argos vniuersi Peloponnesi, clero populo, religione, & opibus olim florentissimam, funestissimis Turcarum bellis esse deuastatam, atque etiam (proh dolor) fermè extinctam neque mihi spes vlla ostenderetur fieri posse, vt, quod maximè cuperem, opera mea vlla ex parte vel instauraretur vel erigeretur, rogatus, animum appuli, vt Franciscum & Aloysium eius fratris filium, Pisanæ familiæ quæ inter Senatorias Venetijs conspicua eminet nobilissimæ huius Ciuitatis Antistites, Romanęque Ecclesiæ Cardinales amplissimos in regenda Ecclesia hac pro viribus

bus

In Monod. *Vide Niceph. lib. 10. ca. 25.* *Hieron. de script. Eccle.* *Act. 19.* *Act. 17.* *Math 13. Luca 8. Ioan. 8.* *Simpl in pam. Phy. Gel lib.*

bus iuuarem: Ita enim Linus & Cletus, quomodo mihi persuasum est, Petrum Romæ, ita Augustinus Valerium Hypponę, & grauissimi complures Episcopi, ne sedentarij, vt dicitur, nullius in Christiana republica frugis esse viderentur, Episcopos alios in gubernandis eorum Ecclesijs & Patrum & nostra ætate magna cum laude iuuerunt: Cumque fermè triennium Episcopi munere reliqua sic apud vos obijssem, vt siquis vigilantiam, & vires, Eudochiam tamen, hoc est, bene affectam erga vos omnes voluntatem & animi propensionem nemo, vt arbitror, merito desiderate posset, anxio nihilominus atque ægro animo sæpe eram quod domi mutus magis quam piscis, permultis loquentibus me continerem: Etenim quamuis & promiscuum populum à Catholicis cum primis, atque clarissimis concionatoribus in sacris plerisque ædibus accuratè institui, omni studio curarem, & nobilissimam iuuentutem, quæ ad ciuitatem hanc tanquam ad alteras Athenas, & veluti ad omnium virtutum Emporium confluit, in externis quidem disciplinis à celeberrimis his & longè excellentissimis doctoribus, & iureconsultis, & Philosophis & Medicis, & earum quoque disciplinarum, quas humaniores vocant, cæterarumque bonarum artium professoribus, in sacris verò, quãquam paucissimi illi sunt, à Patribus omni genere laudum cumulatissimis intra hæc tecta erudiri cõspicerem, deesse tamen integro meo muneri mihi videbar, quod excolendi prædij huius functionem mandatam mihi præcipuè fuisse, & sine officio docendi probè exerceri non posse existimarem. At verò cùm latera, pectus, vocem (quæ omnia à popularibus Oratoribus firmissima exigi solent) minus liberaliter dedisse mihi naturam intelligerem, non erat cur pro concionibus de erudienda plebe in templis cogitarem. Profiteri autem hoc loco meo tantùm arbitratu, quod optimè nostis, nequaquam licebat, quapropter silentiũ id meum adhuc vel venia vel excusatione etiam Momo ipsi dignum videri potuit. Porrò autem cùm Senatus interclusam viam mihi vltro aperuerit, & professionis huius honestissimæ potestatem honorificã fecerit, deesse iam muneri meo non sine religione, profectò poteram. Nam quomodo Dominus si hoc officij recusarem non me tanquam improbum famulum & male de illius republica merentem, male mulctaturus esset atque adeò in carcerem & tenebras detrusurus? Quomodo Ecclesia Christi vniuersa cui summã debeo fidem & obseruantiam, non mecum grauiter expostulare & conqueri meritò posset? Nam si aliàs vnquam, profectò nostra hac miserrima ætate imprimis omnium bonorum opem mœsta illa, ac multis lachrymis supplex implorat quippe cum tot hæresum procellis agitetur tot scelestissimis hominibus dilaceretur, tot malorum lernis, quas inferorum portas pulchrè Dominus appellat vndique vexetur; vt malus omnino filius improbusque illius minister dici iure possit qui non ei suppetias pro virili tulerit. Hę me rationes Auditores, impulerunt ne vacuas illas nubes & inania tonitrua vllatenus reformidarẽ, & ne talenta mihi, à Deo tradita quantulacumque illa sint, exercere tractando, communicare docendo, & denique augere quærendo omitterem, qua in re, ipso propitio, nec laborum, nec vigiliarum me vnquam pigebit. Et

quanquam

Plato in Phædro.

quanquam doctorem nullis negocijs distractum sed à curis omnibus liberum esse oportere, Plato, alijque magni viri permulti velint; mihique quotidiana & fermè perpetua incumbat Ecclesiæ huius amplissimæ solicitudo & labor : tamē cùm Domini munificentiam considero, animaduertoque innumerabiles Episcopos docendo scribendoque multos maximosque labores sic exantlasse, vt muneri tamen reliquo propemodum rarò, aut nunquam defuerint; bonam capio spem eum qui dedit mihi velle, daturum, quoque esse nisi fuero prorsus ignauus, & perficere. Cæterùm Epist. D. Pauli ad Romanos scriptam, omniū Epistolarum præstantissimam difficillimam, atque nostrorum temporum vsui maximè necessariam, vt vobis gratificarer prodessemque, interpretandam suscepi: cuius plana totam partitionem, distributionem, artificium, vtilitatemque vobis exponere ac patefacere conabor proximis his diebus diligentissimè. Nam cùm vobis prodesse cupiam, simul etiam placere opto. Placere verò qui possim, si longitudine orationis molestus sim diutius? Finem igitur dicendi facio, & vos ad pulcherrimam, fructuosissimumq; cælestem hanc mensam inuitaros volo. Quòd si lubentes & frequentes accesseritis, non exiguam, vt spero, Deo optimo iuuante, ex nostro laborem vtilitatem cōsequemini.

FINIS.

DE D. THOMAE AQVINATIS DOCTRINA, ET SCRIPTIS,

AD IOANNEM DELPHINVM, Andreæ filium, Patritium Venetum, Ampliss. Torcelli Episcopum;


Libri duo.

Auctore Reuer. P. D. Hieronymo Vielmio, Episc. Æmoniæ, antea Argolicense.

Addita est eiusdem quoque Oratio Apologetica, qua obtrectatoribus eius Theologiæ, quam Scholasticam vocant, egregiè occurritur.



VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXV.



IOANNES FASEOLVS LECTORIBVS.





IVVM Thomam Aquinatem summa equidem semper sum admiratione prosecutus. cuius scripta cum olim Philosophiæ operam darem, vel ex Latinis sola, vel præcipuè mihi euoluenda duxi. Horum autem cum partim quidem laudationem, partim etiam defensionem mihi superioribus diebus ostendisset vir Optimus, atque eruditissimus Hieronymus Vielmius, Argolicensis Episcopus, primò quidem libentissimè legi, postea verò & hominem mihi amicissimum rogaui, vt eorum mihi copiam, atque potestatem faceret. qui, quæ eius est humanitas, atque erga me beneuolentia, prompto, alacriq; animo id concessit. Re igitur accuratius inspecta, atque cognita, non tam laudari Diuum Thomam his scriptionibus, & aduersus nonnullos eius vituperatores defendi; quàm eius libros diuidi, atque ijs, quod vtilissimum est, ab hoc doctiß. viro, vidi ordinem dari: eum itaque etiam, atque etiam hortatus sum, vt suos hos labores in publicum exire pateretur, quos & studiosis plurimum emolumenti, & ei plurimum pro certo haberem allaturos ornamenti. ac primo quidem abnuebat vir omnium minimè ambitiosus, qui quæ alij prehensando quærunt potius reijcere,

quàm vltrò, vt quicquam adipiscatur, solitus sit elaborare. neque enim cum in Diui Dominici familia numeraretur, atque in eo cœtu viueret, vbi omnes penè curationum, atque bonorum consecutus est gradus; lubens, ac volens eos est vnquam adeptus. sed quibus eorum dispensandorum potestas data erat, ij vel inuito summa quæque obtrudebant. Summo etiam totius Ampliß. Senatus Veneti consensu, in nostro hoc Gymnasio, & primæ olim Philosophiæ, & Sacræ postea Theologiæ exponendæ prouincia ei tradita fuit: ad quod sanè munus, eum potius euocatum semper, atque accersitum, quàm sua vnquam sponte accessisse omnes nouimus. cui porrò dubium, quin cum primùm Pius IV. omnium hominum & maximus & sapientißimus de reparanda Christi Dei Ecclesia, hæresibus tollendis, erratisque ijs, quæ Superioribus Pontificibus conniuentibus in eam defluxerant, amouendis cogitauit, vel primis sui Pontificatus mensibus hunc ad se duxerit aduocandum? vidi, quæ ad eum Summi Pontificis nomine datæ fuerunt litteræ: quàm honorificè Romam fuerit inuitatus cognoui: sum ipse locupletissimus testis: nihil est, quòd hac omnino de re quicquam dubitem. cæterùm quid deinceps effectum est? nonne & summo apud Pontificem in honore habitus? nonne in maximis rebus eius opera maximè oportuna? nonne apud eiusdem Pontificis nepotem Illustriß. atque Reuerendiß. Borromeum Cardinalem, duos annos in summa animi tranquillitate vixit? Quod vel ob eam in primis caussam factum est, quoniam qualem maximè optabat, nactus erat Principem. in eo namque vera religio, eximia pietas, omnis Iustitia, modestia, affabilitas, temperantia, nullaque quæ in eo non penitus elucesceret virtus. cuius actiones, atque cogitationes, cum ab omni virtutum genere proficiscerentur, ecquis iam vereri potest, quin cum incredibili quadam beatitate fuerint coniunctæ?

non possum certè non vehementissimè mirari, cum qua ille dicendi lenitate, atque copia, Vvelmium persæpe audio de summis, atque innumerabilibus amplis. huiusce viri laudibus, atque ornamentis prædicantem. cuius nutu, & voluntate etiam factum scimus, vt à Pont. Max. eius auunculo, ad hunc etiam dignitatis gradum perductus sit; in quo vel ipse Pont. licèt omnium supremus, atque post Deum Altiss. sine vlla dubitatione reperitur collocatus. Episcopus itaque effectus, eique animarum cura, qua nulla aut maior, aut præstantior tradita est. Quibus ornatus, atque auctus insignibus, Tridentum ad illum tot Episcoporum cœtum, missus. iudicauit enim opt. atque sapientiss. Pont. eo in loco ijs viris, qui doctrina, probitate, religione, atque moribus maximè præstarent; maximè opus esse. Vt igitur vnde digressus penè sum, eodem reuertar, sua quidem caussa, suoque nomine is recusabat, quod studiosorum postea mihi gratia ab eo concessum fuit. Futurum namque ei pollicebar, atque adeò omnino pollicitus sum, summam secum hæc eius scripta allatura vtilitatem. Quibus profectò fiet, vt in posterum diligentius diui Thomæ scripta, quæ tam multa, tamque varia, atque copiosa sunt, explicentur, excutiantur, euoluantur, & in manibus habeantur. Qui expositoris nomen iure adeptus est. cuiusque libros tot vel priscorum Græcorum, vel Recentiorum quorundam ab Italia, & mente, & locis penitus seiunctorum voluminibus solos habemus, quos, paria paribus reddentes, obijciamus. fateor igitur factum esse meis vel precibus, vel cohortationibus, vt duo hi libri foras dati sint. qui optima quidem mente vestræ vtilitatis ergo, id fieri volui. Qui eiusdem etiam apologeticam orationem, olim quidem me etiam audiente habitam, vobisque concessam, sed solam incedentem, ijs adiungendam curaui. Vos, vt bonos decet, quicquid bona mente factum est, boni consulite,

meq; bonorum ſemper in rep. litteraria partium, bonorum Iuuenum bene ſtudioſum, ut par, atque conueniens eſt, uera animorum veſtrorum beneuolentia proſequimini; ac Deum Opt. Max. mecum orate, ut eruditiß. huic viro tantum concedatur & vitæ, & ocij, ut quæ parata ſunt permulta, commodè abſoluere, atque ad exitum queat perducere. facilè namque fiet, ut illis, qui re ipſa Chriſtiano nomine digni ſunt, non parum vel fructus, vel lætitiæ, quæ ab hoc fonte manabunt, ſint allatura. Valete.

Dat. Pat. Idib. Sept. M D LXIIII.




DE SCRIPTIS, ET DOCTRINA D. THOMAE AQVINATIS,

Libri duo.

Auctore R. P. & D. HIERONYMO VIELMIO *Veneto, Ordinis Prædicatorum, Epis. Æmoniæ, quæ Ciuitas noua vulgo dicitur, antea verò Argolicense.*

AD IOAN. DELPHINVM, ANDREAE FILIVM, Patricium Venetum, Amplis. Torcelli Episcopum.



PRÆFATIO.

I de D. Thomæ Aquinatis doctrina, & scriptis rectè & sentirent omnes, & loquerentur, non ego, Præsul Amplissime ea nunc laudanda sumpsissem; neque frustra quantæ sint præstantiæ & vtilitatis in Ecclesia Christi, vt Theologiæ studiosos ad illa accuratè euoluenda & cognoscenda excitarem, pluribus conarer ostendere. Iure enim Antalcides, Spartanorum Rex, Sophistæ cuiusdam operam esse superuacaneam existimauit, cùm laudationem Herculis, quem magnopere venerabantur omnes, de scripto legere appararet: ecquis illum accusaret? salsè interrogans. Et meritò Iureconsulti docent, *Quod notorium est, à probationis onere releuare*. Etenim & Aristoteles non probat manifesta, & cōmuniter concessa, qualia illa sunt: *Naturam esse, Fortuna nonnulla euenire, locum esse immobilem, Tempus vbique gentium idem numero esse*: explorata enim & comperta omnibus cùm sint, ridiculum arbitratur ostendere illa esse. Verùm cùm cæcitas quorundam tanta sit, vt intueri Ecclesiæ Solem hunc minimè possint; & improbitas Hęreticorum eò progressa sit, vt hunc sapientiæ limpidissimum, atque vberrimum fontem inquinare spurcissimo cœno, & veluti obstruere magnopere nitantur; non erit inutilis, spero,

& ingrata studiosis hæc nostra opera, qua & vindicabo pro uirili huius Doctoris munimenta à maledicorum hominum calumnijs, & quod ei debeo officium, vtcunque persoluam. Nam studiorum meorum Ducem & Antistitem summũ, post sacras litteras, aliorum multorum doctrinis diligenter quoque inspectis, adhibita ratione, & iudicio mihi iamdudum illum constitui & diurna ac nocturna versare manu non cesso, ne quis, *Ignoto Deo*, Aram me erigere dicat, aut verba illa Domini in me detorqueat, *Vos adoratis, quod nescitis*, vt ingratissimus meritò dicendus sim, nisi omnem meam operam & studium, meas omnes vires, & diligentiã in eo defendendo adhibeam. Ostendam itaque priore loco errare toto cælo eos, qui illius scripta in vniuersum vel contemnunt, vel negligunt, eorundemque tum maledicta, tum rationes, qualescumque tandem sint, multis argumentis & testimonijs refellam: Posteriore verò scripsisse illum volumina propemodum innumerabilia, quorum nonnulla siue subiectam materiam spectes, siue artem, & modum scribendi, & cum veterum Theologorum quibus vis scriptis conferri & recentiorum libris longo interuallo anteponi possint ac præcipua quidem & magis conspicua quantum potero pressiùs examinabo, & in vniuersum omnia in suas classes & loca ita distribuam, vt non admodum ægrè studiosi in tabulas redigere ea possint, & scriptores, ac typographi in sectiones, si maluerint, concinne digerere. Quemadmodum quoque Vincentius Iustinianus Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, vir prudentissimus, atque doctissimus, fieri non modò magnopere cupit; verùm etiam pro viribus satagit. Et quãquam imparem humeris meis prouinciam me suscepisse intelligo, huius tamen sanctissimi Doctoris ope fretus (quam humilis & supplex imploro) maiorem etiam obire non recusarim. Etenim, vt D. Gregorij Nazianzeni verbis vtar, *Quemadmodum vitæ præceptorem, & doctrinæ magistrum, & quicquid honesti quis dicere possit, & ab initio statui, & nunc statuo, & si quis rerum illius laudator est, aut mecum est, aut post me, victus adeo ab illius pietate, eminentiáque doctrina sum*, ita illius præsidium mihi non defuturum esse confido. Te verò Ioannes Delphine Præsul optimè, & amplissimè libellis his vltrò alloqui, eosque tibi dicare volui, testes non modo mei erga te grati animi, & obseruantiæ, verùm etiam illius opinionis, quam de tua eximia eruditione, probitate, & in D. Thomam pietate, habeo certè singularem.

Cardinalis nũc Illustrissimus à Pio V. creatus.



LIBER

LIBER PRIMVS.



VO sunt hominum genera, qui Diui Thomæ Aquinati libros vituperare, & quasi de loco suo deijcere conantur hæretici nimirum omnes, & factiosi alij quidam, qui vel imperitia adducti, vel cæcitate coacti, vel inuidia commoti tantam lucem ægris oculis ferre non possunt. Sed de prioribus quorsum attinet verba facere? Sunt enim mali genij, perfrictæ frontis, indocti, corruptæ mentis, præclaræ cuiusque Philosophiæ hostes, Reipublicę Christianæ perturbatores, & qui, vt ait D. Hieronymus, nobiles euadere conantur in scelere. Quorum sanè Dux & auctor superiori ætate Lutherus, mirum quàm impudenter, quàm procaciter, ac falsò Thomam vocare quoque ausus est, *Phialam iræ Dei*, & affirmare eundem non modò, *Hæretica multa scripsisse, & auctorem fuisse regnantis Aristotelis, piæ doctrinæ vastatoris; quin etiam fontem & sentinam omnis hæreseos, errorisq́, & extinctionis Euangelij*: quibus verbis quid aliud, quæso, agit, nisi animi sui impotentiam, pus, & virus omne (si tamen illud immensum pestiferi veneni pelagus exhauriri potuit), in hunc castissimum, fortissimumque fidei Catholicæ propugnatorem, & antesignanum effundit? Cumque communis hæreticorum mos semper fuerit, catholicos magistros vocare hæreticos & Christianum populum probris, scommatibus, & contumelijs dehonestare, sibique & sectatoribus suis præclaros & gloriosos titulos arrogare, &, libros huc illuc circunferre, quos è cælo decidisse asserant: nemo tamen vnquam maiori procacitate & petulantia, quàm nequissimus hic, & mortalium omnium scelestissimus, in Ecclesiam Christi vniuersam debacchatus est. Montani sectatores in primis verò Tertullianus suos spirituales vocabant nostros vero Physicos, quod naturæ appetitus; & conditio postulare videatur, vt cum alter coniugum decesserit, secundis nuptijs, liberisq; procreandis homines dent operam; quod Ecclesia à Scripturis edocta, improbandum esse non censuit. Origenistæ autem (D. Hieronymo teste) *Pelusiotas, Lutheos animalesq; & carnales*, orthodoxos omnes contumeliæ causa nuncupabant, qui credimus nos à Domino cũ volet cum his ipsis ossibus carne & artubus excitandos fore à mortis somno. Faustusque Manichæus, vt narrat Diuus Augustinus, *semichristianos*, nos appellabat: quia vetus testamentum pari veneratione (vt æquum est) cum nouo recipimus. quemadmodum & insignis apostata Iulianus, *Galileos*, Saluatoremque nostrum, *Galileum*, D. D. Gregorio Nazianzeno, ac Cyrillo testibus, quòd à Nazareth nihil boni proficisci posse sacrilege cum Iudæis existimaret: Iconoclastę verò nos *Idololatras*, non modo priscis temporibus, sed his etiam turpiter incestoq; ore appellant, quòd Christi sanctæq; Deiparæ Diuorumque imagines piè veneramur, & Pelagius, Celestius, & Capuensis Iulianus, quia gratiam Dei esse nobis non modo vtilem

(quod

(quod illi quoque inficiari non audebant) sed necessariam prorsus confitemur, vt secundùm Deum rectè & velimus & operemur, Manichæos nos esse affirmabant. vt Arrianos prætercam, qui *Eustatianos* nos, Nicephoro teste, *Athanasianos, Chrysostomianos*, & eiusmodi ab Episcopis sanctissimis Dei cultoribus, quos maiores nostri sequebantur, atque etiam *Omousianos*, quòd vnum essentia Deum, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, supplices adoremus, vocitare solebant. Verùm esse hæc leuia facilè quisque intelliget: mitiusq; nobiscum egisse illos veteres hæreticos arbitrabitur, qui vel Lutheri libros legerit, vel Ioã. Coclei, nostrorumq; commentarios euoluerit, in quibus portentosa illa maledicta, & sacrilegas voces commemorant; quas in Pontificem, Christi Vicarium, & vniuersalis Ecclesiæ Pastorem, in Oecumenica Concilia, in sacratissimos Episcopos, in amplissimos Principes, in Clarissimos Doctores, in celeberrimas Vniuersitates, in omnem denique ordinem, sexum, ætatem, tanquam de plaustro (euangelicus videlicet homo, & antiquæ Religionis nostræ instaurator) effudit. Quo sanè nihilo meliores sunt, aut modestiores Philippus Melãcton, Caluinus Brentius, & recentissimi eius asseclæ, qui Ecclesiasticam historiam in Cẽturios partitam nuperrimè euulgarunt. Etenim & Christianæ Reipublicæ lumina omnia, priscos videlicet patres, successores Apostolorum, Ecclesiæ magistros, & Spiritus sancti præclara organa, suis imposturis & figmentis, tanquam quibusdam nebulis obscurare nituntur, næuosque, & cicatrices catholica eorum dogmata vocant; errasseq; contendunt, vbi pietatem auitam & catholicam docent: Vt nemo mirari, aut ab illis sciscitari debeat, cur S. Thomam non modò aduersus illos fortissimum malleum, sed validissimam quoque securim, ipsi animarum sicarij, & homicidæ tam vehementer oderint. Ita enim Religionis Christianæ dogmata Aquinas edocuit, ita explicauit, vt omni se egisse studio ostenderit, quod D. Hieronymus se factitasse etiam prodit, vt Ecclesiæ hostes omnes, suos quoque faceret inimicos. Quamobrem & Catholici quosque omnes egregij viri calamitosis hisce temporibus, quibus hæresum pelagus in Ecclesiæ nauim fremit, ad huius Doctoris scripta, tanquam ad tutissimam stationem, & sacratissimam anchoram sese receperunt: nam & cõis eorum sententia est, vix fieri posse, vt qui iugi, accurataq; lectione versatus in illis fuerit, in perniciosos errores tanquam in scopulos elidat; & si secus euenerit, fecisse ille dicẽdus sit naufragium in portu. Ergo tãtum abest, vt Lutheri, cæterorumq; hæreticorum in Thomam maledicta, obscurare eius doctrinam possint, vt contrà multũ splendoris & gloriæ ei potius afferant, certissimúque, amplissimum sint illius prestantiæ testimonium. Vnde & nos possumus S. Doctorem eisdem verbis in præsenti alloqui, quibus olim D. Augustinũ alloquitur in quadam Epistola D. Hieronymus, *Macte virtute* (inquit) *in Orbe celebraris: Catholici te conditorem antiquæ rursum fidei venerantur, atq; suspiciunt: & quod signum maioris gloriæ est, omnes hæretici detestantur*. Hem intelligis quanti Catholici faciunt hæreticorum maledicta?

Sed commune hæreticis est, tanquam Circæis quibusdam poculis se, cùm volunt, in feras mutare, heminesque & cæteras cicures persequi, ac deuo-

deuorare, si possunt. Quamobrem illis omnino spretis ad factiosos quosdam (à calcaria videlicet in carbonariam) nunc me conuerto, qui cum S. Thomæ lucubrationes vel nequaquam legerint, vel certè quasi prætereuntes, aut etiam tanquam canis (vt aiunt) Nilum attigerint, mirum minimè est, si minus quanta sit eius scriptorum dignitas, intelligunt, & si temerarij cum stylum in illa stringunt ab illius alumnis vocantur. Redarguit Epicurum Cicero, quòd cùm litterarum Geometricarum Archimedis nihil intelligeret; disserere aduersus illas nihilominus impudens auderet: & ipsi temerarios illos non vocabimus & impudentes, qui fractis modestiæ repagulis, in doctorem hunc nobilissimum, quem vel non legerunt, vel non intellexerunt, impotenter insurgunt? Vah, quæ hæc est impudentia? quæ procacitas? quæ malignitas? *Nunquid lex nostra inauditum iudicat quemquam? Discant primùm*, ait Zosimus, *deinde dicant*? Sed factionum natura (ait Orbis quidam censor) hæc esse videtur, vt vnaquęque Principem suum suspiciat plurimum, & præferre alijs studeat, atq; ęgrè ferat vehementer qui in ea maior est, cùm repugnari instituto illi perspexerit, cui semel se addixit. Fateor profectò ita esse nec factum omnino improbo: cùm omnibus hominibus, etiam ijs qui illiberales, & sordidas artes exercent, in more positum sit & receptum, vt pro vniuscuiusque ingenio, eum suæ artis principem laudibus singuli efferant, quem in ea excellere iudicauerint. Quamobrem id etiam impulsu & excitatione quadam naturæ effici non negauerim, atque adeò Intelligentiæ non errantis consilio, quæ alicuius boni gratia perenniter operatur: Ita.n. virtuti suũ redditur præmiũ, siquidem omnes præcellentem quempiam in aliqua re suspiciunt, ac venerantur. *Habet enim venerationem iustam* (inquit Cicero) *quicquid excellit*. & D. Hilarius, *Quod sensum atque opinionem ingenij communis excellit, id per admirationem sui meretur laudem*. Rursum, reliqui Candidati hac præstantissimorum virorum gloria tanquam calcari quodam ad metam virtutis attingendam fœliciter vrgentur: *Ad studia enim quique accendimur gloria.* Amplius, & solet illum quilibet quem magis probauerit, Ducem sibi proponere, quem in ea disciplina & facultate sequatur, cui nauare operam cupit: quinimmo & exemplar, quod imitari ad viuum ac exprimere studeat. Solet enim, quæ institutio præuium non habet præceptorem ac ducem, fallax esse, & omnino incerta. Quamobrem & Plato mundi fabrum exemplar quoddam imitatum fuisse scribit, & Mosem sancta Scriptura refert, tabernaculum instar exemplaris sibi in monte demonstrati, Dei iussu ædificasse. Vt proinde quoque D. Hieronymus ad hunc modum quendam monuerit: *Habet vnumquodque propositum, Principes suos, Romani Duces imitentur, Camillos, Paulos, Regulos, Scipiones: Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem: Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium: Historici, Sallustium, Herodotum, Liuium: Oratores Lysiam, Demosthenem, Tullium; & vt ad nostra veniamus, Episcopi, & presbyteri, Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem habere videntur, & meritum: nos autem habeamus propositi nostri Principes Paulum, Antonium, Macarium: noster Princeps Helias, Heliseus, nostri Duces*

res filij Prophetarum. Non igitur improbandum est, cùm sibi bonarum disciplinarum cultores antesignanum aliquem deligunt, quem sequantur, & quem pro viribus laudent: verùm nemo cum aliorum iniuria honorandus est, & cum præclari viri inter se conferuntur, sunt propiùs & accuratiùs inspiciendi: quæ enim procul cernimus, parua nobis esse videntur, suntq; eorũ vel facta, vel scripta ęqua ingenij lance ponderanda. Plutarcus Græcos, & Romanos Imperatores; Aristoteles in Poetica, Homerum, Aeschilum, & Sophoclem, & in politicis Spartanorũ, Cretensium, & aliarum Vrbium leges, & mores; Georgius Trapezuntius, atque Cardinalis Bessarion ferè patrum nostrorum memoria Platonem, & Aristotelem; & nostra Ioannes Ecchius, atque Erasmus Hieronymum, & Augustinum; eodemque fermè tempore Longolius Budæum & Erasmum, alijque alios in re aliqua præcellentes viros, odiosè (vt mihi quidem videtur) sed grauiter tamen, iudicio & rationibus hinc inde adductis inter se compararunt. At verò ij factiosi, præsertim autem qui è scholis præmaturi egrediuntur suos duces se pulchrè efferre existimant, cùm cæteros quosque celeberrimos Autores qui alias scholas vel instituerunt vel certè rexerunt, probris dehonestauerint, & inani quodã fastu contẽpserint. Mirarer ego profectò si ij pietatẽ aliquã cum doctrina cõiunctam haberent, qui fieri posset vt sui eos non subpuderet: nunc verò & cùm indocti sint, & eorum integritatis nullum habeant illustre testimonium, nulla certè me tenet admiratio. Iis igitur nos in præsenti ueriùs repugnabimus, quàm bellũ mouebimus; refellemus potius iniurias quàm inferremus, ac nonnisi vbi Doctorem Sanctum nulla cum maturitate, nulloque seruato decoro petulanter ac temerè insectantur.

Et, vt ab ouo, quod aiunt, veluti exordiar anno à Sanctissimi Doctoris discessu è vita circiter decimo, cum eius lucubrationes summa cum laude, & admiratione docti omnes legerent, & probarent, Rabula quidam prodiit, qui illas ad suum tribunal tanquàm censor citauit, & insigni quadam inscitia cum pari petulantia coniuncta (vt ille quidem aiebat) correxit: librumque edidit, *Correctorium operum Thomæ*, inscriptũ. Florebat tunc tẽporis Aegidius Romanus sancti Doctoris olim auditor, uir cùm excellenti; doctrina tum iudicio acerrimo præditus, qui & magistri placita fortissimè defendit, & errores, atque ineptias illius Rabulę ita detexit, & in theatrum exposuit, vt veluti publico iudicio uictoriam tulerit, & Cimmerijs tenebris librum illum indoctum, quem eleganter, ac verè *Corruptorium* nuncupauit planè obruerit suppresso etiam auctoris nomine in pœnam, ne uidelicet præclaris ipsius scriptis perennitatem aliquam vllo unquam tempore consequeretur. Quanuis Abbas Trithemius eum veluti ab inferis imprudenter, ut alios quosdam, postea reuocauit.

Prodijt deinde vniuersitatis Parisiensis nomine censura quædam, quæ in S. Thomæ doctrinam ita genuinum infigit, & sic planè debacchatur, vt Catholici doctiores qui Vniuersitatẽ illam veluti Scholasticæ Theologiæ parentem venerari magnopere solent, grauiter sanè, & modestè admodum ferant tam probrosam, & contumeliosam lucubrationem eius nomini inscriptam

ſcriptam circunferri. Ego ſanè, & ſi non dubitem alium neminem contingere S. Thomæ antagoniſtam, & concertatorem potuiſſe, cuius congreſſu glorioſior exiſteret, atque infælicem illius libelli auctorem, videamque inconſultam illam & ſubitam cenſuram irrideri paſſim, atque contemni, indignor tamen ac excandeſco eò temeritatis non modò impunè, ſed etiam conniuentibus Pariſinis auctoré illum eſſe progreſſum, vt quiſquilias illas, & fæces, quas toto opere congerit, in celeberrimos magiſtros tanquam in auctores, & fontes falſo reiecerit. Vt autem intelligant omnes, num ita ſit, & diſcant iuuenes in euoluendis eiuſmodi imperitis ſcriptis horas male non collocare, bona & integra fide pauca hic eius verba tranſcribam.

Quinta concluſio prædicta, Sancti Thomæ doctrina ſecundum quoſdam eſt in fide erronea, ſeu in aliqua ſui parte, de eiuſmodi errore ſuſpecta, & in hac concluſione non aſſertiuè, ſed ſolum recitatiuè loquimur, Hem quid audio? S. Thomæ doctrina ſecundùm quoſdam eſt in fide erronea, atque adeò nec multo negocio, author dixiſſet, opinor, etiam hæretica? At verò quis catholicus vnquam, ac ſanè mentis hoc dixit? Et vide hominis aſtutiam: vtitur enim numero maiori, vt emanaſſe à pluribus auctoribus, hoc eſt, ab vniuerſitate Pariſienſi volumen illud dolo malo (vt exiſtimo) Tyronibus, & indoctis imponeret, vtrobique ſatis rhetoricè, & in transferenda accuſatione: (depellit enim eam à ſe & in alios reijcit,) atque in auctoritate ſibi ementito vniuerſitatis titulo paranda. Neque.n. in cenſuris Pariſienſibus hâc loquendi formulam facilè alibi inuenies qua hæc inconſulta vtitur. Et ne fortè, quod dixit excideret, mox hæc etiam addit. *Dicunt enim aliqui quòd illa doctrina multos errores continet.* Sed vir doctiſſime proferre certè eorum nomina debueras, qui notam vſque adeò grauem, ac fœdam doctrinæ ab Eccleſia generatim laudatæ inuſſerunt, ac intelligeremus eos eſſe Ioannem Vuicleſum, Ioannem Huſſum, Hieronymum Pragenſem, alioſque vel hæreticos, vel factioſos, & contentioſos q; trectatores; qui tanti viri ſplendore commoti ſeſe in tenebris abdunt. quorum auctoritati hac in re quicquam tribuere, verè profectò eſt in fide vehementer errare. Cur igitur hos nobis catholicus homo obijcit? cur laudatiſſimam doctrinam horum præpoſtero & iniquo iudicio ream facit? Etenim & plerique ſunt, qui ſacras litteras multos cótinere errores affirmant. Alcoranus, Talmuriſtæ, Manichæus, Lutherus & alij, qui vel veteres, vel nouas, vel earum partē, vel in vniuerſum omnes ſacrilegè non modò olim, ſed noſtra quoque ætate reijciunt: num ergo damnandæ illæ propterea ſunt: aut ita à Catholicis recipiendæ, vt de earum ſanctitate & veritate ſubdubitent? quis Catholicus hoc dicat? Apage ergo cum intollerabili hac ſiue ignorantia, ſiue amarulentia. Sed proferam nunc præclara argumenta, quibus hic ſciolus grauiſſimum magiſtrum adoritur: & cum ſpectatum admiſero, riſum teneatis amici. Primùm non, minori ignorantia, quàm odij acerbitate caput trigeſimum libri ſecundi aduerſus Gentes quaqua verſum (ſed infælicitiſſimè tamen) expēdit, ac reprehendere multis conatur, quibus cum & Franciſcus Ferrarienſis & alij quidam S. Thomæ ſectatores dudum accuratiſſimè reſponderint, nemo expectet à me, vt ea nunc denuò refellam, confeſtimque locutionem quandam

dam Sancti Thomæ (eius vtar verbis) falsam sibi, & impropriam videri affirmat, cuius rei si rationem quæras sic per bellus homo respondet. *Et hoc probatur &c.* Et cùm rursum scribit, videri sibi fundamentum illius doctrinæ S. Thomæ multipliciter erroneum, causam hanc eruditus vir, & naris prorsus emunctæ affert, *Primo quia &c.* Et vtrobique nihil aliud optime Præsul addit, nullis præterea argumentis nititur; sed his ipsis planè verbis, quæ legis, pugnā instruit, & victoriæ enconiū iactitat, arbitratus opinor, satis ac veluti plus nimiū futilibus illis rōnibus quas præmiserat, de ea Thomæ doctrina triumphasse. Papę quanta insania. Quis, quæso, hoc homine crassiorē, & stolidiorē vnquā audiuit? Et hic dignus est, qui cū Thoma pugnasse dicatur? qui manibus studiosorum teratur? & quem Parisienses suo nomine cum Magistro Sentētiarum impressum legi æquo animo ferant? Proh pudor. Sed ad hæc, cùm enumerasset nonnulla, quæ in illa doctrina displicere sibi imperitè contendit; alia quædam præterea esse subdit, quæ erronea, falsa & impropria sunt: hæc si roges, vt proferat, ita mollis, & delicatus homo respondet; *Quæ tamen ex tædio prætermisimus.* Et ita Ioannes doctissime, quod sanè perridiculum est.

Si tantum spectes hominis caput Hectora credas.
Si stantem videas, Astyanacta putes.

Proinde clarissimæ illi Vniuersitati consultius certè esset tam ineruditum, & probrosum libellum illius nomine inscriptum & supprimere, & damnare. Ego certe volui breui hac excursione candidatos oēs admonere quid de indoctissimo illo Anonymo sentiam, non verò vt cum eo pugnarem: morbus enim maior est quàm vt curari mea opera possit: nec tamen ab eruditis minorem gratiam spero mihi habendam fore.

Iam verò huius generis plures reperias, qui non nisi magna acerbitate magnoque verborum strepitu, ac, vt dicam quod sentio liuore, quodam & insigni malitia ducti (suspicari certè aliud non licet), præstantissimi huius Doctoris monimenta susque deque ferunt: semel enim verecundiæ fines transgressi bene & nauiter voluerunt esse impudentes, quos omnino præterire, atque contemnere, vt ad grauiora properem, mei esse muneris arbitror, quemadmodum etiam Aristoteles fieri oportere, prudenter submonuit.

Proinde venio ad eruditos quosdā, qui maiores illos nostros, qui in Theologia ante quingentos, vel ēt sexcentos annos scripsere, auidissimè legunt, summopere admirantur, & mirificè colunt: Sanctū autem Thomam, & recentiores alios, qui citra quingentos hos annos in Ecclesia floruerunt, & Scholastici nuncupantur, nequaquam sua lectione dignos existimant, ac molestè ferunt à quoquam impensiùs laudari: dicereque frequenter in congressibus solēt, Veteres illos Patres non modò eloquentissimos esse in scribendo, & suauissimos & proinde gratiam, & amorem Theologiæ conciliare, reliquos verò barbaros, & sordidos & qui lectores abigunt, ac perterrefaciunt; verùm etiam illos fuisse Theologiæ fontes, & præclaros parentes, atque auctores: Scholasticos autem compilatores, & rapsodos, quòd nihil fermè noui promunt; sed acceptam à Patribus doctrinam anxij disqui-

quisitores, & vitiligatores obscurasse potius quàm illustrasse suis disputationibus videntur: quamobrem & Oecumenica Concilia, ipsamque in primis Romanam sedem, fidei magistram proferunt, quæ tanti hos patres semper fecerint, vt non nisi illis ducibus & magistris emergentes in Ecclesia de Religione controuersias definierint, & publicis edictis eorum opera comprobauerint: Scholasticos autem non modò hallucinari, verùm etiam interdum perniciosè errasse affirmant. Itaque probè Reipublicæ nostræ consultum iri dicunt, si iuuentutis nostræ flos, qui scholas sectatur, & suspicit, ad sacra Biblia, & veterum dumtaxat volumina accuratè legenda, reuocetur. Et hæc quidem illi.

At verò alij quidam doctrinam Thomæ multos habere oppugnatores, viros egregios, & celebris in Ecclesia nominis perpendunt Henricum, Durandum, Ioannem Scotum, Alphonsum, Gregorium Ariminẽsem, Aureolum, & alios permultos: quos omnes, aut imperitiæ, aut maleuolẽtiæ damnare, summæ sit impudentiæ, ac temeritatis: contra verò Catholicos omnes recipere veteres patres, atque eorum doctrinæ subscribere. Sunt & alij, qui crebrò articulos quosdam Lutetiæ Parisiorum damnatos, qui ex Thomæ doctrina feruntur excerpti, aut certè cum illa arctam habere necessitudinem & affinitatem, obijciunt: Alij rursum fastidire se in eius scriptis frequentem illam locorum multorum repetitionem, quàm cernimus: etenim non modò in Summa, verùm etiam in Sententijs, in Quæstionibus disputatis, & cæteris fermè omnibus scriptis eadem argumẽta, subiectasq; materias solet tractare, vt non possit lectori crebra illa repetitio rerum et pulcherrimarum non esse molesta, & superuacaneus huius Doctoris alicubi labor. Obijciunt in eundem alij obscuritatem, quòd cùm multa multis in locis scripserit à se ipse, veluti eorũ immemor, quæ alibi dixerit, crebrò recedit suppresso quidem frequenter nomine, interdum autem, & se accito recantat, vt multam ob id, atque accuratam meditationem afferre lectorẽ oporteat, si dictorum conciliationem, atque concordiam assequi vbique velit. Sunt præterea mysticæ Theologiæ studiosi quidam, qui se molestè ferre dicunt, quòd frigidum, & elanguescentem animum hæc Thomæ doctrina admodum rarò ad Dei amorem, & ad bene sanctéq; viuendum excitet, atque incendat, quòdq; sęculares disciplinas cum Theologicis plus nimiũ commisceat, perinde ac si sacra Scriptura, & Sanctorum explicationes satis non sint ad arcana illa percipienda, quæ nec gentilium, & vniuersæ naturæ oculus vidit, nec auris audiuit: Quod in scholasticis fermè omnibus, (D. Bonauentura excepto) Cancellarius Gerson deplorat, magni apud quosdam nominis Doctor, quemadmodum quoque quòd curiosi nimium sint, & ea inuestigent interdum, quæ humilitate, & sancto silentio adorare debuerant, eaque subtilissimè disputent, quæ nullam lectoribus afferũt vtilitatem, nihiliq; aut certè parui referat, num sic, an alio modo se habeant: quod argumentum Erasmus & funesti homines quidam rhetoricè, hoc est, multis verborum lenocinijs, ac præstigijs ita tractarunt; vt bonæ indolis egregios complures adolescentes à Scholasticorum, præsertim à Sancti Thomæ stabili & certa doctrina ad Poetarum nugas, & flores Rhetorum

malignè

malignè abduxerint, in illisque consenescere coegerint. Sed & nonnulli partitiones illas, & subpartitiones tam crebras in eius scriptis magnopere damnant. Postremò mirantur quidam, & facti rationẽ quęrunt, cur Aquinas nunquam præceptoris Alberti, nunquam Alexandri Allensis, Vincentij, & aliorum meminerit, nunquàm honoris saltem gratia citauerit, qui vel eadem ætate fuerunt, vel certè paulò antecesserunt; quorum tamen doctrina, & scriptis plurimum videtur profecisse, ac nisi hominis sanctissimi puritas, & innocentia Criticos hos deterreret, plura quoque & non rogati vltrò in hanc doctrinam obijcerent.

Aduersus igitur hos, cum rationibus agere nobiscum videantur, non maledictis, ita ego submissa, & æquabili disputatione agam: vt vicissim rationibus, argumentis, & testimonijs ostendam (quod mearum partium est) Sancti Thomæ doctrinam tanquàm domum illam Euangelicam supra petram egregiè structam, nullam ventorum vim, nullam aeris inclementiam formidare, & veluti conflagrantem Mosis Rubum in medio ignis, non consumi, sed perstare inuiolatam, rectam, inconcussam, stabilem. Iudicium verò tuum, & censuram vir eruditissime vltrò deposco.

Ergo Sancti Thomæ præsidio rursum hic implorato, sic ego prioribus respondeo. Adeò agnoscere me, & venerari veteres Ecclesiæ Doctores, vt Christianam pietatem omnem, post sacras litteras, & Apostolorum traditiones, eisdem Memor & gratus acceptam referam; eisque post Apostolos, & martyres principem in Ecclesia locum Catholicus tribuam; honorisq; gratia soleam cum Basilio eos vocare Theologos; cum Gregorio Nazianzeno sermone, & opere magnos; cum Athanasio mirabiles, & laboriosissimos; cum Hieronymo magistros Ecclesiarum, Orbis Deucaliones, Aquilas; cum Ruffino columnas Ecclesiæ, & turres inexpugnabiles; cum Augustino sanctos, & venerabiles Sacerdotes, & in diuinorum eloquiorum tractatione clarissimos; cum Celestino, viros sanctæ recordationis, & magistros optimos; cum Damasceno, Deiferos; cum Ven. Beda eminentissimas Catholicæ fidei arces; cum Bernardo validissimos hæreticorum malleos; cum Agathone egregios Præsules, præstantissimos doctores, prudentissimos veritatis prædicatores & defensores, atque Orthodoxę fidei constantissimos propugnatores; & postremò cum Oecumenicis Synodis Patres patrum, gloriosos doctores, & tuta munimenta Ecclesiæ. Memini, & frequentissimè quidem præclaræ illius Basilij sententiæ, *Quod vetustate excellit, venerandum est*; ac prudentis consilij Zosimi, *Apud nos inconuulsis radicibus viuat antiquitas*; & demum quod Calistratus dixit, *Semper in Republica nostra venerabilis fuit senectus; & senibus eundem, quem magistratibus honorem maiores nostri viri laudatissimi tribuerunt*. Verùm enimuero agnosco, & iustis etiam laudibus persequor alios posteriores doctores, qui Spiritus sancti opera & magisterio non vno eodemque tempore omnes pro patribus filij in Ecclesia nati sunt, quosque ob eorum in nos præclara merita publico iamdudum Orbis decreto, vocamus Angelicos, Seraphicos, Solennes, Irrefragabiles, Subtiles, Illuminatos, Graues, Resolutos, Profundos, Magnos, & Maximos. Siquidem Alberto nunquàm

pro

pro dignitate satis laudato viro gymnasiorum consensus, viuenti vltrò hoc cognomentum detulit: vt satis mirari non desinam, cur eos impensè laudari à nobis antiquarij isti molestè ferant. Laudat Plato Græcos, quòd artes & disciplinas omnes, quas à Barbaris acceperant, auxerint, & illustrauerint: & nos nullis efferemus præconijs illos, qui Theologiam in scriptis Patrum dispersam, & latissimis, veluti campis huc illuc in frusta magis quàm in membra diuisam collegerunt, in vnumq; corpus contraxerunt, & vrsarum more, multo labore, & vigilijs lambendo pulcherrimam effinxerunt, intraq; certam domum sic habitare fecerunt, vt nemo sit, qui non breui quoque tempore eam conuenire possit: deque facie cognoscere, & eius fieri non iam hospes, sed contubernalis, & familiaris? Quanto tempore, obsecro, quanto studio, quibus vigilijs opus est, si Theologus doctus, & peritus sola veterum patrum lectione euadere velis? Nullus eorum sanè est, qui ordine, methodo, & rerum connexione, quemadmodum posteriorum plerique, in primis autem Sanctissimus Aquinas, rem Theologicã vniuersam tractauerit, sed cùm vel sacra Biblia explicarẽt, vel cõtra gẽtes, Iudæos, & hæreticos scriberent, vel amicis sciscitantibus satisfacere cuperent, factum est, vt alius in alio argumento eruditionis suæ opes effuderit, atque hunc in modum talenta sibi credita exposuerit; vt si veterum illorum lectione dumtaxat contentus, absoluere numeris omnibus Theologiam velis, verè *ars longa, & vita breuis futura sit*. Quamobrem Ioanni Damasceno, Patri præstantissimo, qui anno Domini quinquagesimo ferè supra septingentesimum, omnium, ni fallor, primus Theologiæ Panopliã, quattuor de Orthodoxa fide inscriptis libris congerere, & ordine distribuere aggressus est; habere multas gratias Theologi omnes debemus. Etenim cum primo libro de Deo, & quatenus essentia vnus est, personis autem trinus, egisset: mox secundo de opificio, atque formatione visibilium creaturarum, eoq; pertinentibus rebus alijs: tertiò de incarnatione verbi Dei, ac rebus ab eo ad descensum vsque ad inferos, mirabiliter gestis: quartò denique de illis omnibus quæ Christo Domino à resurrectione contigerunt, atque deinceps de Fide, de Baptismo, de Eucharistia, deque Antichristo, & postrema humani generis resurrectione tractauit, eo vsus disserendi, docendique pulcherrimo ordine, qui, cùm Petro Abelardo, Magistroque Bandino, & posterioribus omnibus placuisset, à Petro quoque Lombardo Episcopo Parisiensi, annis circiter quadringentis post Damascenum, in quattuor libris, quos Sententiarum vocant, seruatus est. In quibus ita copiosè, & dilucidè Theologiam omnem complectitur, vt, cum imitari Damascenum videatur, longo tamen interuallo antecedat, Magistrique nomen, reclamante nemine, adeptus sit. Et profectò plurima neque leuia, neque contemnenda, quinimmo eiusmodi, vt sine eorum notitia Theologia veluti manibus, pedibusque trunca esse videretur, Damascenus silentio prætererat. Huiusmodi sunt sacramenta alia ab his, quæ commemorauimus; virtutes morales, ac Theologicæ, & quæ illis aduersantur vitia ac peccata ad hæc Spiritus sancti dona, beatitudines, hominum status, & alia propè innumerabilia quorum, vna fide excepta, aut

nusquam ille meminit, aut certè quasi per transennam. Abelardus autem hæreticus cum fuerit,& Bandinus humilis nimium, & concisus, rarò, aut nunquam leguntur. At verò cum Gulielmus vterque & Antisiodorensis, & Parisiẽsis, Albertusque Magnus,& Alexander Alensis Lombardum nõ multis sęculis post subsequuti, eius imitatione Theologiæ summas quasdam meliori ordine edidissent: D. Thomas omnium postremus Theologiæ illustrem illam Summam certissimo ordine pulcherrima methodo, & disserendi subtilissimo artificio scripsit, palmamque antiquioribus, & posteris omnibus citra controuersiam in eo scribendi genere ademit, numerisque prorsus omnibus, vt eruditissimi quique fatentur, sacram Doctrinam nostram absoluit. Quam ob rem cum primum illa in lucem prodijt, omnes antiquorum Summæ tanquàm exorienti Soli sidera concesserunt: Et acutissimi viri, qui postea ad præclaram gloriam, principatusq; fastigium cum Thoma in palestra litteraria contendere visi sunt, prudenter sanè maluerunt in elucidando Lombardo, atque in miscellaneis disputationibus, quæ Quodlibeta vocant, quàm in edenda summa Theologiæ aliqua cum eo periculum facere vno tamen & altero exceptis. Persequemur autem longiore oratione laudes eius operis inferius, nunc ostendisse satis sit Scholasticorum, præcipuæque Sancti Thomæ beneficio habere nos integram, & egregiè formatam Theologiam, immensumque illum Priscorum Patrum quasi Oceanum eorundem industria, veluti quibusdam angustis finibus esse contractum, vt longi itineris moras studiosi causari amplius nequeant, si non omnia littora, & stationes lustrauerint. Qui igitur possumus eos non magnopere admirari, non eximijs laudibus prosequi, ac denique non honestissimum illis locum in Ecclesia tribuere?

Sed aliud præterea videre est beneficium, neque leue, neque contemnendum, quod viri ij celeberrimi suis disputationibus, Scholasticisque muneribus posteris præstiterunt. Nam cùm Veteres minori interdum, vt ita dicam, circunspectione; maiorique licentia in scribendo vsi sint, quòd non adeò multi hæretici eo tempore Rempublicam Christianam vexarent, & se aliter intelligi non posse arbitrarentur, quàm Catholica sentiret Ecclesia factum est opera horum auctorum, primùm quidem, vt Patres commodè & piè vbi minus accuratè loqui videntur interpretemur, ac non eos confestim nostra censura aut damnemus, aut deridendos, & exsibilandos, (quod faciunt hæretici) in medium proferamus: deinde vt pressiùs, limatiusque nos loquamur, nec à præscriptis verborum quibusdam formulis, ac receptis communi consensu doctorum, regulis aberremus. Neque enim ea verborum libertate nostris Theologis uti permissum est, qua Philosophi gentilium vsi sunt; qui non semper castas, & religiosas aures expetebant: sed iubentur nostri castè, propriè, & demum ita accuratè loqui, vt nullam offensionem, nullam impiam, falsamve opinionem in animis auditorum sua oratione pariant. Quam fortè ob causam Hieronymus trium Hypostaseon nomenclaturam, quòd noua illi videretur, vel certè quòd non admodum frequens in priscorum Patrũ monumentis haberetur, nõ nisi Damasi auctoritate munitus recipere voluit: & Angu-

& Auguſtinũ, ꝙ Fortunæ nomẽ ſuis in ſcriptis frequẽtaſſet, pœnituit. Etenim receptis hiſce loquendi formulis, efficitur, vt hoc tpe tutiſſimã, caſtiſſimamq; Theologiam obtineamus. Ergo hiſce quoq; rõnibus laudare, & venerari Scholaſticos Doctores Catholici omnes eximiè profectò debemus.

Sed inquiunt nobis nonnulli Barbarè admodum, & ſordidè ſcholæ veſtre loquuntur. Audio, & planè fateor quoſdam ex noſtris contempſiſſe, aut certè neglexiſſe conſultò illas orationis, & linguæ elegantias, atque amœnitates: quas veterum quidam ad ſuperſtitionem vſque (vt dicam quod ſentio,) haud rarò ſectantur. Sic enim aureo illo fluunt eloquentiæ flumine, vt interdum ſatis aſſequi non poſſim, num prodeſſe magis, quã delectare, & num Philologis magis, quàm Philoſophis ſcribere voluerint: Cùm inſigniores rectores ſcholarũ in id incubuerint oẽs in eoq; maximè laborauerint, vt rerũ veritatẽ nullis fucatã coloribus, nullis lenocinijs expolitam rectis, maſculis, & acutis ingenijs ſpectandã exhibeant: quæ neq; incultam dictionẽ horrent, nec abigi ſe à Theologiæ domo, ꝙ Rethores & Grãmatici nõ ſint propterea arbitrantur. Legat qui volet, Auguſtinũ in lib. de Doctrina Chriſtiana, & lacte magis, quàm ſolido cibo veſci oportere eos oẽs aĩaduertet, qui flores orationis, atque ſplendorem anxij ita requirunt.

Quanquam Aquinatis oratio non ſolœciſmos habet, non barbariſmos, non odioſa, non etiam latiniſſimis hominibus prorſus ingrata. Neruoſa eſt, perſpicua eſt, & vt mihi quidem videtur vocum proprietatem fermè vbiq; ſeruat, & certis numeris fluit. quãobrem ille eruditorũ oĩum cõſenſione, Scholaſticos oẽs in dicendo ſuperat. Quod vt intelligant oẽs præſtat quorundam recentiorum teſtimonia hoc loco afferre, qui Latiniſſimi exiſtimantur, & maximam laudem in ſcribendo tempeſtate noſtra adepti ſunt. M. itaq; Antonius Nata, ſic alicubi ſcriptũ reliquit. *D. Thomas vir diuino, et cœleſti ingenio, qui optima aſſiduè meditatur, ac ea dilucidius cæteris proferte* Iacobus Brutus Clurienſis: *Stylum*, inquit, *habet D. Thomas clarum, atque facilem, nulla Barbarie reſperſum, & ſuos ita conceptus exprimit, vt altæ profundæq; materiæ quaſi ſenſim percipi poſſint:* Ludouicus autem Viues hunc in modum ait, *Simile eſt huic opus D. Thomæ Aquinatis ſecundæ partis ſummæ, quod in duos Tomos diuiditur, ſcriptoris de Schola omnium ſaniſſimi, & minimè inepti:* Cui Baſilius Zanchius, ita ſubſcribit. *Ideo in primis Chriſtianæ fidei decreta, atque ſententiæ ex vna aliqua è ſummis, quas vocant, illuſtrium Theologorum, maximeq; doctiſſimorum virorum iudicio, D. Thomæ Aquinatis, quantum ſatis eſt, ad diſcendæ ſunt; quia eas clarè admodum, & in breui, & quod magni refert, rectè, atq; ordine, ac ſummatim inde colligere, atq; intelligere licebit.* At verò Eraſmus Roterodamus, qui nõ modò Aquinati, ſed reliqs oĩbus vtriuſq; claſſis Doctoribus, ipſiq; Chriſtianæ Reipub. aliqñ iniquior extitiſſe vr̃, ita de eo alicubi ſcriptũ reliquit. *Thomas ad dicendũ non fuit natura ineptus, ſi ſeſe perinde hic exercuiſſet, ut exercuit in philoſophia & in argumẽtãdo.* Et alibi rurſum hũc in modũ, *Dictu mirũ eſt, quã ſe torqueat hoc loco Thomas Aquinas, uir alioqui nõ ſuo tm̃ ſeculo magnus. Nã meo quidẽ aio nullus eſt recentiũ Theologorũ, cui par ſit diligẽtia, cui ſanius ingeniũ, cui ſolidior eruditio, planeq. dignus erat, cui linguarũ quoq; peritia, reliquaq; bonarũ artiũ ſuppellex cõtingeret, qui ijs, quæ per eam tempeſtatem dabãtur, tam dextrè ſit uſus.*

Et hæc quidem Erasmus, & rectè sanè. Neque enim ea tempestate expolire linguam, sed mentem, sed animam cumprimis doctores nitebantur: nec habebat Thomæ ætas clarissima illa Latinæ linguæ lumina, Vallas, Adrianos: Thesauros, Prompruarios, quibus, tanquam Logodædalis, hæc nostra in re Latina, magnopere iuuatur ac promouetur, sed puluerulentos illos, & ita modò neglectos indices, atque auctores, quorum nomina persequi superuacaneum est, Isidorum præsertim, quem Alciatus esse omnino malum latinitatis auctorem dicit, vt mirari proinde nemo debeat, si ignorauit Aquinas, vnde articulus Latina vox inflectatur, & quid Græca dictio Melote, apud Paulum significet, quemadmodum & apud Aristotelem vnde inflectatur periodus, & quamobrem Aristotelis libri aliquot Acroamatici, reliqui Exoterici dicantur, putaueritque postremo à Samo Calabriæ Vrbe Pythagoram Samium nuncupatum fuisse. Quamuis & peti poterant hæc, & alia ab antiquioribus, qui de illis copiosè & disertè scripserunt: sed interdum operi longo fas est obrepere somnum, & prætierunt veteres, atque recentiores præstantissimos viros, quos ij tantopere suspiciunt, his longè grauiora: Cumque in interpretando Aristotele, & sacris Biblijs illustrandis potissimum Thomas versaretur; Aristotelisque editio, quam interpretatur barbara, aut certè inculta admodum sit (quamobrem & non esse illam Boetij viri eruditissimi & disertissimi plerique in linguis certo affirmant) & sacræ literæ nullo orationis flore, sed simplicissimis verbis loquantur, ineptus ille atque imprudens fuisset, si Latinæ linguæ ornamenta, & cultum sectari in illis ambitiosè voluisset. Pulchrè enim Hieronymus alicubi ait, *Neque Hebræum Prophetam edisserens oratorijs debeo declamatiunculis ludere, & in narrationibus, atque epilogis Asiatico more cantare*. Sed quid postremò quòd nec Veterum stylum, ac dictionem censores isti omnino probant qui Thomæ dictionem vituperant ac barbarè illum loqui contendunt? licèt enim cum de Scholasticis verba faciunt veteres præconijs celebrent nitidissimosque & eloquentissimos appellēt vt hos nostros videlicet eleuent ac etiam deprimant, aut certè (quod magis optarem) immemores eorum, quæ alibi dixerunt, excipiunt tamen eos interdum minus honorificè ac magnorum virorum iudicium nihili pendūt Cyprianum profectò, Augustinus suauissimum Doctorem, & meritò vocant; Hieronymusque illi orationis splendorem tribuit. At quomodo hunc, & alios complures Hispanus quidam, & tumidus censor accipiat, referam, (quanquàm non sine stomacho): Ita enim ait, *Tertullianus perturbatissimè, loquitur, vt Afer: Cyprianus, & Arnobius eiusdem gentis clarius, sed & ipsi nonnunquàm afrè: Augustinus multum habet Africitatis in contextu dictionis: Ambrosius non admodum Latinus est, vt suauis: Latinior est Hieronymus, nisi quòd nonnunquàm sacrum se auctorem esse meminit de re solicitus magis, quàm de verbis*. Ergo Latinorum Patrum, qui primas in Ecclesia tenent, quorum scripta sunt nobis sacrosancta nemo huic censori omnino Latinè, nemo omnino purè, & eleganter loquitur: sed & Theodorus Gaza Iudicis sententiam in Hieronymum, quòd Ciceronianus esset, irridebat. Alij hac nostra ætate vnum duntaxat Ciceronem sua lectione dignantur: & mirabimur cùm Thomam barbarè, vel etiam sordidè

scribere

ſcribere lucunculeij iſti contendunt? ſi nullo loco, nulloq; numero habent?

Iam verò cum innumerabilia fermè ſanctarum Scripturarum arcana, & præſtantiſſimorum Philoſophorum argumenta, quorum Patres nó meminerunt, Scholaſtici ſubtiliter accurateq; explicauerint; non ſatis intelligo, cur antiquarij appellare, eos ſimiliter aliquando Fontes, Parentes, Auctoreſq; recuſant. Quamuis enim illa Eccleſiæ aurea ætas, quæ plenitudinis à Paulo nuncupatur, qua Dominus noſter verſabatur in terris, Apoſtoliq; Principes noſtri, & beatiſſima in primis Virgo Orbem ſic illuſtrarunt, vt ſplendidior nunquam fuerit, ꝙ nimirum oībus donis refertiſſimus & cumulatiſſimus eſſet; nihilominus, Spiritu ſancto Eccleſiæ magiſtro aperiente, Thomas, & recentiores nonnulli melius res quaſdam aſſequuti ſunt, quàm vel Baſilius, vel Hieronymus, vel veterum complures, quos iſti Fótes Theologiæ vocant, & nos minimè repugnamus. Quòd ſi dixerint, hos accepiſſe à Patribus ſemina eorum argumentorum, quæ Eccleſiæ fęliciſſimè explicarũt; vt propterea Veteres ſoli auctores, & parentes Theologiæ dicendi eſſe videantur: nos illis viciſſim reſpondebimus, Veteres ab Apoſtolis, & Prophetis monumentorum ſuorum & ſemina & ſegetem omnem mutuatos eſſe, vt hinc vel maximè appareat, recẽtem hanc doctrinam eſſe veteris Eccleſiæ doctrinam, ac proinde Catholicam & probatam, non hæreticam, aut vllo modo ſuſpectam. Nam Tertullianus Nouellitatẽ omnem (vſurpabo eius verba) ſuſpectam haberi vult, & id eſſe verum, quod eſt primum: quodque poſterius eſt, adulterum eſſe. nimirum cum ita poſterius eſt (vt alij quidam ante nos rectè intellexerunt) vt ab Apoſtolis, & Patribus originem ſuam non trahat: ſic enim & Dominus cum libellum repudij, quem lata lege permiſerat Moſes, non probaret, nouandæ rei crimen à ſe depellit: *Ab initio*, inquiens, *non ſic erat*; vt ſcilicet ſignificaret, ſe vetus inſtitutum inſtaurare magis, quàm ut noui quippiam ſtatueret. Et hæc eſt Catholicorum ſecuritas. *Quod ab Eccleſia accepi* (inquit Bernardus) *ſecurus teneo.* Et patres Synodi Nicenæ ſecundæ, *Magnam ſecuritatem in eo collocamus, quòd nulla recentia inuenta ad rem noſtram probandam inquirimus, ſed Apoſtolicis, & Patrum doctrinis, Eccleſiaſticiſq; conſuetudinibus acquieſcentes, his noſtra confirmamus.* Sed & Plato pulchrè ait, *Argumentum inſcitiæ eſſe à ſapientibus diſſentire.* Proinde Socrates ironicos dixiſſe mihi quidem uidetur (nam Sophiſtæ, ac leuiſſimi hominis magis, quàm præſtantiſſimi Philoſophi vox illa alioquin fuiſſet) *Semper noua, ac pulchra ſtupeſco.*

Iam uerò cùm Thomas, cæterique Scholaſtici Doctores antiquorum Patrum nomina, per quos in litteris profecerunt, nunquam diſſimulare ſoleant, quin potius honorifica crebrò cum præfatione citent, ac tanquam mutuum reddere malint, quod Plinius admonet, quàm in furto deprehendi, non ſatis id quoque intelligo, cur uel compilatores, uel fures, uel ingrati ab antiquarijs hiſce dicantur. Etenim qui aliorum laboribus in re litteraria ſua ſcripta locupletant non continuo compilatores, aut rapſodi propterea dicendi ſunt: Alioquin ſcriptores pleroſque ueteres, quos iſti maximis laudibus extollunt compilatores

quoque vocabimus. Nemo enim quidquam cum laude, aut scripsit vnquam aut docuit, qui non accuratè inspexerit, & in suum vsum prudenter conuerterit, quæ alij ante ipsum ijsdem de rebus scripta reliquerunt. Vt enim Spiritus prodit arcana ad vtilitatem Ecclesiæ, ita pia hac mente Auctores Catholici sua volumina conscripserunt, vt cæteris omnibus pro viribus prodessent. Ergo quemadmodum fur ille non est, qui aut volente, aut conniuente domino horti alicuius poma decerpserit, floresq; legerit: ita compilator non est, nec peculatus accusari recte potest, qui scriptis priorum sua quoq; monumenta vel copiosiora, vel ornatiora reddit. Sunt enim doctorum volumina tanquam horti, sunt eorum orationes flores, sententiæ poma. Quàm multa, quæso, Cyprianus à Tertulliano, quem propterea Magistrum suum vocabat, mutuatus est? Quàm multa Augustinus à Cypriano, ab Hilario, & ab alijs antiquioribus? At verò Hilarius, & Ambrosius ex Origenis, Hippolyti, atque Basilij monumentis, suppressis eorum quoque nominibus (vt magis miteris) lucubrationes suas sic plerunque resarciunt: vt Hieronymus propterea grauiter illos haud rarò quoque notauerit. Sed & Hieronymus ipse, nonne antiquorum volumina, quorum erat in Ecclesia aliqua laus, magno labore, & flagranti studio perpetuò euoluebat? alioqui cur ita scribit: *vtinam haberem tractatorum omnium volumina, vt tarditatem ingenij, lectionis diligentia compensarem*. Et alibi rursum: *Operis mei est, & studij multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam, non tam probaturus omnia, quàm quæ bona sunt electurus*. Ergo rectè dictum fuisse à quodam fateamur, *Nihil dictum, quod non sit dictum prius*. Et indigna hæc esse, quæ præstantissimis viris obijciantur.

At verò cum Scholasticorum disputationes vituperāt, propterea quod miro ingenij acumine, & solertia incredibili res illas, de quibus agunt, ad viuum vsque, quod aiunt, resecare, & earum minutissimam anatomen facere ob eam causam solent, vt nihil non discussum nihil, nō examinatū atque explicatum relinquant; ac ob id vitiligatores, & anxios disputatores appellant, Talpæ scilicet, Aquilas, Cicadæ Formicas rident. Crassi nimirum, & molles homines acutissimos viros, quos laudare debuerant, ipsi imprudentes & inepti coarguunt. Fitque quod pulchrè Quintilianus ait, *Vt dum imperitis periti videri volunt, peritis imperiti videantur*. Solent enim acres illę disputationes, & accuratę rerum inuestigationes, quas in vmbratili pugna grauissimi homines exercent, & molles isti improbant, non modo mel de petra, & oleum de saxo durissimo excutere, verùm etiam ingenia excitare, erigere, acuere, & fœcunda facere, ac præterea ea efficere gratiora studiosis, quæ didicerint. Vt prætermittam, solere eos quoque, qui disputationibus, cęterisq; Scholasticorum studijs & exercitijs operam diutius nō dederunt, cùm primùm cum eiusmodi scholarum cultoribus congrediuntur, dum in notissimo alioquin sibi argumento versantur, vel verba inaniter differendo profundere, vel prorsus elingues effici; in absurdasq; sententias, & manifestas repugnantias, tanquam vertigine circumactos, ab eisdē quaqua versum rapi, ita vt nec rectè argumentari, nec probè respondere,

nec methodo partiri, nec ex arte colligere, nec demum quid concedendũ, quidve negandum sit intelligere videantur. Quamobrem ad imperitorum asylum, hoc est, ad probra, & ad contumelias sese miseri & infœlices e vestigio vertunt, Antagonistasq; suos sophistas, litigiosos, ac vitiligatores tanquam furijs agitati doctis spectatoribus ridentibus vocant.

Sed esto, quosdam Scholasticos quæstionibus inutilibus, quas Paulus improbat, plus iusto haud raro immorari, ac detineri, veritasq; eorum nimijs altercationibus non semel, aut sese abdat, aut etiam euanescat. Esto sint aliqui ex eis, qui in vtranque partem Carneadis, cæterorumq; Sophistarum, & Rhetorum more, disserentes eandem veritatem vel labefactare videantur vel, vt ita dicam, sub iudice manere compellant; quid hæc ad D. Thomam, qui nihil non necessarium, non vtile, non Theologo, aut Philosopho dignum pulcherrimo ordine, magna grauitate, & incredibili iudicio vbique disputat? Vbi non ille disertis & perspicuis verbis sententiam suam dicit? Vbi causas non aperit, atque rationes, quibus ab hac magis quàm ab illa parte stare veritatem existimat? Temere igitur, & non citra calumniam, Scholasticorum quorundam vitia sic exagitari solent, perinde quasi ad Sancti Thomæ grauissima scripta, aut in vniuersum ad Scholasticos omnes pertineant. Quamobrem & Apostolica sedes solius Thomæ doctrinam publico edicto probauit, Ecclesiæq; sectandam tradidit, eiusq; nomen & auctoritatem posteriora Concilia Oecumenica perpetuò venerata sunt, & parem cuiusuis veterum patrum auctoritati fecerunt. Certè in hac Tridentina Oecumenica Synodo, quam, cùm hæc scribimus, frequentissimam celebramus, nemo Patrum esse videtur, cui religio non sit, cùm de fidei dogmatibus agitur, à Thomæ sententia vel latum vnguem recedere, aut ab illa prouocare; vt, & à veteribus Patribus nihil minus Aquinas habuerit, & Scholastici omnes Principem hunc suũ receperint modis omnibus ornatissimum.

Quo tempore & vbi auctor hæc scripserit.

Vide adhæc quàm incassum antiquarij isti Thomæ alumnos aggrediuntur, cum Scholasticos quosdam in plerisque Religionis nostræ dogmatibus errasse dicunt. Id.n. nos nequaquã inficiamur. Quinimmo patenter subscribimus Gersoni in breui illa sua admonitione in qua de Hubertino à Casali loquitur, & aliàs quoque non semel, cum eorum quasdam positiones minus sobrias accusat, ac præterea Durandum improbamus, cum Dominum & Saluatorem nostrum, vera satisfactione pro nobis satisfecisse Patri negauit; & cùm satisfactiones Sanctorum supererogatorias Ecclesiæ Thesauro molitur auferre; quemadmodum & cùm ait matrimonium Christianum non esse Ecclesiæ sacramentum pressiùs, ac propriè sumptũ; & cùm demum sentire (quibusdam videtur) originale peccatum esse quẽdam in nobis reatum, vt vocant, magis quàm aliquam culpam. Sed & displicet nobis Gregorius Ariminensis, vbi opera nostra improbat, quæ pœnarum, & suppliciorum metu agimus: sicut etiam cùm arbitratur, infidelium præclara gesta, quæ nos etiam probamus, Domino esse inuisa, & verè peccata; & cùm vult ancillam Agar cum Sarra in domo Abrahæ rixantẽ, hoc est, concupiscentiam, quæ in nobis est, & rationi aduersatur, quæ ad

3. d. 20. q. 2. & 4. d. 15. q. 1.
4. d. 20. q. 26. q. 3.
4. d. 26. q. 3.
2. d. 30. q. 2. & 3.
2. d. 26. q. 1. & d. 29. q. 1.

optima quæq; impellit, originalem esse, quam omnes communi lege contrahimus, culpam: Nec assentiri D. Bonauenturæ possumus vbi docuit Apostolos instituisse nonnulla Ecclesiæ sacramenta, quod voluisse Lombardum ipse & alij plerique arbitrantur. Neque dubitamus opinionem illam esse omnino explodendam, quam Dionysius Cisterfiensis, vir quidē qui non absurdè interdum meditatur, frustra defendit; neminem scilicet, qui gratia & charitate, quæ nostra est iustitia, careat, posse aliquod Dei mandatum, quoad substantiam operis dumtaxat, (vt aiunt) seruare. Sed & Olchot insignis alioquin Doctor, perniciosè, meo iudicio, errat, cùm fidei actum liberum esse negat. Neque recipio, quia nec Ecclesia Catholica recipit, prodesse illis, qui in inferno sunt, Ecclesiæ suffragia: vel ad aliquam suppliciorum mitigationem, quod Augustinus de Ancona, sub correctione tamen, &, vt ipse ait, sine præiudicio opinatur, vel etiam ad omnē condonationem: quod & alij quidam Alberto, & D. Thoma antiquiores, magniq; nominis temporibus illis in scholis existimauerunt. & Marcus Ephesinus Episcopus pertinaciter, quemadmodum & alia minus catholica dogmata, patrum fermè memoria defendebat. Sed & Adam nonne hallucinatur cum (referente Oyta) asserit, nihil sibi Dominum nostrum dum hanc vitam in terris nobiscum viueret, promeruisse, & Sanctos, qui Deo fœlicissimè fruuntur in cælis etiamnum verè nobis mereri? Neque placet, quod Alexander de Ales Doctor, alioquin grauissimus, existimauit vberiorem gratiam, maiusq; diuinæ charitatis incrementum sibi eum acquirere, qui sub vtraque specie Eucharistiam sumpserit, quàm qui sub altera sola. Sed & magistri quædam placita is doctor tueri conatur, quæ cōmuni sunt iamdudum consensu à clarissimis viris explosa; præsertim vbi de illis loquitur, qui solo Baptismo Ioannis initiati fuerant. & Alberti Magni Doctoris alioqui eminentissimi opinionem improbamus cum in suo tractatu de Missa, expedire arbitratur, vt dispensaretur in terris vbi vini inopia est, vt sacerdotes corpus sine calice conficere possent: quod & indultum fuisse aliquando Noruegijs Volaterranus, nescio qua fide scribit. Nec Franciscus de Mayronis, recipimus cum de indulgentiarum Thesauro à communi Catholicorum consensione recedit. & Ioannem Scotum non sequimur, cum de lumine gloriæ à Thoma dissentire videtur: quemadmodū quoq; cum existimat purum hominem Dei gratia præditū potuisse, Deo (de absoluta tamen potentia) ita volente, pro peccatis satisfacere: neque enim satisfactionis vim reuera est in integrum assequutus. Vt alias eius opiniones minus sobrias consultò prætercam, quas vel improbauit, vel certè prorsus ignorauit veneranda Patrum nostrorum antiquitas, & Gerson in illa admonitione subindicar, vt me impudentiæ, & leuitatis Bargij recentioris eius interpretis pudeat, qui Doctorem hunc irreprehensibilem, Doctrinamq; eius sanctam, atq; infallibilem, editis nuper & diuulgatis in Patauino Gymnasio in primum Scoti Cōmentarijs, appellauit. Neglexit planè aureum illud præceptum hoc Silicernium: *Nequid nimis.* Eo factum est, vt imprudens, quod solius Verbi Dei proprium est, doctrinæ hominis temerè tribuerit: quod nemo Catholicus profectò ausus est aliquādo facere.

Marginal notes:

4. d. 23. q. 1.

1. d. 17. q. 1.

1. d. 1. q. 1.

De potestate Papæ. q. 34. art. 4.

In lib. de Purgatorio contra Latinos.

In 1. q. Prologi.

In Summa Theol. par. 3.

4. d. 19. q. 2.

3. d. 14. q. 1. & 4. 4. d. 49. q. 2.

4. d. 15. q. 1.

Cassiodorus *sæuissimi erroris origo est, insp̄ectis auctoribus totū quod legeris amare, ac sine iudicio conari defendere quicquid inueneris.*

Nec, vt ego quidem sentio, Ioannes Scotus subtilis & egregius Doctor, & qui inter classicos merito splendidum locum iamdudum obtinuit, interrogatus de se ipso aliter respondisset, atq; D. Aug. in 3. de Trinit. verè nó minus, quàm modestè de se scriptum reliquit: *Negare, inquit, non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari*. Porrò Gulielmi Ochá errores insigniores plures sunt, quàm vt eos recensere hoc loco possim. Et denique Theologiæ tirunculi probè norunt etiam ipsum Magistrum, Scholasticorum omnium Coriphæum, in pluribus locis à posterioribus cómuniter repudiari: non negamus ergo Scholasticos tanquam homines alicubi esse lapsos & sæpe meliora posse ab eis desiderari. sed nunc Aquinati tantam gratiam Spiritum sanctum impartijsse contendimus, vt nullibi, aut contra fidem, aut cótra bonos mores errasse videatur. Quamobrem, & hoc quoq; prętер cæteros consequutus est, vt nullus insignis auctor hucusq; extiterit, aut celebrioris in Ecclesia nominis (Rabulam Parisiensem illum, & indoctos quosdam illius obtrectatores, & hæreticos nihil moror) qui vel ostenderit docuisse illum ortodoxæ fidei contraria, vel dogma illius aliquod per Ecclesiam, solemni adhibito iudicio aliquando fuisse explosum. Vt frustra istorum errores quis proferat, cum de eo verba facit: ille enim rectè semper de rebus hisce Deo Opt. Max. illum protegente & sensit & docuit. Et quod animaduertere omnes profectò cuperem, etiam suis pulcherrimis scriptis tanquam extento brachio, & de excelso loco clamans, cæteros ne in istos caderent errores quos commemorauimus patenter ac disertè antea submonuit. Quanquàm, quod ad reliquos attinet, nemo est qui ignoret errasse illos humana quadam imbecillitate, & rerum ignoratione, atque oscitantia, quæ vel inuitis obrepere frequenter solet, ante Gymnasiorum censuram, ante Conciliorum, & Romanæ sedis iudicium; non animi elatione & improbitate, sicuti hæretici faciunt, *qui vel per sui placentiam malam*: (vtar enim D. Irenei verbis) *vel per inanem gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, ab Ecclesia temere, & impie recedunt, & præterquam oportet colligunt*: Proinde cùm siue consultò, siue inconsideratè aliquid indoctè pernicioséq; pronúciauerint, nequaquã tueri illud, & propugnare pertinaces, (etiam crebrò admoniti) desinūt: *Malunt*, inquit, Augustinus, *Peruersis vocibus veritati reluctari, quàm confessis erroribus paci restitui*: Contra verò, Scholastici omnes viri laudatissimi scripta oīa sua, opiniones, placita vltrò humilesq; Ecclesiæ probanda, seu improbãda obtulerunt, & nobiscum semper manserunt, atq; subire eorum iudicium minimè recusarunt, quibus Spiritus sanctus, ita disserere in ecclesia postea dederit, vt & hos audire & de mandato Pauli sedere, & conticescere priores ipsi deberent, existimantes cum Gregorio Naziãzeno, *Satius esse bene vinci, quàm reluctante spiritu vincere*, vt nemo non videat quantum inter illos, & hęreticos intersit qui turgidi & arrogantes certissimos se esse prædicant se proferre veritatem ac purum, & putum verbum Dei, ac quorumcunq; hominum iudicium detrectant, & repudiant, tanquam videlicet ipsi Angeli beati sint, qui in verbo videant omnia. Non igitur propterea quod interdũ

Scholastici

Scholastici turpiter, vt illi volunt, errauerint, illos omnes absque delec. contemnere, aut maledictis proculcare quispiam debet. Quinimmo euoluere ego eorum scripta accuratè soleo; nec dubito illa sæpe tanquã splendidissima sydera caliginem & tenebras hæreticorum discutere, & semitas quibus facili ac tuto itinere cœlum possimus conscendere, Catholicis aperire. Etenim nec veterum aliquem ita fœlicem, & beatũ proferre facilè fuerit, qui nusquam lapsus sit nusquam offenderit. Augustinus superius disertis verbis hoc nos edocuit: & Hieronymus, quem ego multis nominibus præter alios quamplurimos veneror, & libẽtius lego plus ausus, ita scribit: *Quis mortalium aliquo errore non tenetur? Quem hæreticorum, & falsorum dogmatum venena non maculant?* & cùm de Origene alibi loquitur, sic ait, *Errauerunt in fide tam Græci, quàm Latini omnes, quorum non necesse est proferre nomina, ne videamur non sui merito, sed aliorum errore defendere:* Non hic, Optime Ioannes, faciam, vt Patrum meorum pudenda detegam: quod factitare hæretici solent, qui Doctorum errores tanquam porrecto indice ostendunt: nec eo profectò consilio, quo D. Ambro. ait, sanctam Scripturam vitia Patriarcharum prodidisse, vt videlicet ea caueremus; sed magis vt exprobrent, & in contemptum adducant; eorumque auctoritatem, qua nostram, hoc est, orthodoxam doctrinam confirmare solemus, scelesti & nequam homines diminuant. Euicisse satis in præsenti erit, recentiores catholicos, qui multis modis Ecclesiam iuuerunt, non ea de causa sanè, quòd à veritate aliqua interdum oscitanter, vt fit, aberrauerint, esse vel contemnendos, vel cum hæreticis reponendos. Nam Hieronymus alicubi Cyprianum, & Hilarium excelsas esse arbores in ædificio Ecclesiæ ait, & ad Letam scribit, *Cypriani opuscula semper in manu teneat; Athanasij Epistolas, & Hilarij libros inoffenso decurrat pede:* quamuis in omnibus nequaquàm sibi Hilarius, & Cyprianus, quemadmodum neque Ecclesiæ, probarentur. His addo, Scholasticos esse fermè diligentissimos, non modò in hæreticorum impuris blasphemijs, & perniciosis dogmatibus detegendis, atque etiam confutandis: quam ob causam grauiter eos hæretici metuunt, & acri odio insequuntur: verùm etiam & in scriptis Catholicorum examinandis; & cùm deprehendisse sibi quidpiam aut ineruditum, aut minus sobrium viderint, extemplo indicant, nec non, vbi opus fuerit, rationibus improbant & explodunt: vt Rempublicam Christianam si non in omnibus singuli, planè in pluribus omnes illustrasse pro viribus & iuuisse mihi maximè perspectum iamdudum est & exploratum.

Sed quorsum hæc, rogo? neque enim Scholasticorum omnium causam defendendam hoc loco suscepi, sed eorum Principis D. Thomæ duntaxat. Nam breui quadã apologia, & (ni fallor) Christiano homine non indigna, Scholasticorum obtrectatoribus tunc respondi, cum amplissimi Senatus Veneti iussu, in Patauino Gymnasio Theologiam publicè interpretari decem ferè ab hinc annos inciperem: quæ etiam paulò post emissa est: ex ea plura sumere quiuis pro arbitrio poterit ad Scholasticæ doctrinæ propugnationem.

Scripsit & post nos Melchior Cano lib. 8. locorum communium eruditè & ornatè.

Cæterùm egregiè hallucinantur, qui de Thomæ monumentis detrahi quidpiam

quidpiam arbitrantur,quòd celeberrimi plerique doctores ea oppugnare videantur: vt enim, *Philosophia*, teste Boetio, *Contradictione professorum creuit*, ita huius Auctoris Doctrina magnorum virorum oppugnationibus,solidior,nitidior,& augustior in dies magis ac magis effecta est: Non potuit fulgentissimus Sol, Sophismatum & argumentorum nebulis obscurari: Non potuit eminentissima hæc,& adeò sapienter exstructa turris, turbinibus ventorum vel euerti vel concuti. Pugnarunt pro Thoma Aegidius, Herueus, Ioannes Capreolus, Thomas Caietanus,& quamplurimi doctissimi viri, qui ex vberrimo eius fonte largius præter reliquos antea biberant,atque ex eiusdem Schola,tanquàm ex equo Troiano milites fortissimi,prodierant,qui omnes id etiam magna cum laude sunt consequuti, vt D. Thomæ verbis aduersariorum arietes & cuniculos euertant, atq; confringant. Ac quemadmodum negligentiæ & inurbanitatis cuiusdã redargui oppugnatores possunt, quod non perspecta tota lege iudicauerint, ita propter eminentem, & planè angelicam doctrinam Aquinas laudari,quod multò antea præuisa aduersariorum spicula aut eluserit, aut declinauerit,aut certè in eos retorserit.Sed D.Hieronymũ,quæso,audiamus: sic enim in secundum Epistolæ ad Titum caput edisserit, *Quod autem ait, sermone irreprehensibili, non quod vllus tantæ facundiæ & prudentiæ sit, vt à nemine reprehẽdatur,reprehẽduntur quippe & Apostoli & Euangelistæ ab hæreticis & Gentibus,sed quod nihil reprehensione dignũ dicat aut faciat licet aduersarij sint ad reprehendendũ parati.* Ergo D. Hiero. teste ne ipsis quidem sacris litteris,Dei oraculis,defuerunt oppugnatores,& contradictores & quidem non stolidi aut obtusi, sed ingenio excellenti præditi,in linguis egregiè docti, oratores eximij, & scientiarum omnium insigni admodum Panoplia(vt magis mireris)instructi;quales fuisse Celsum, Libanium, Maximum,Porphyrium, Iulianum monumentis Ecclesiasticis proditum est; vt hæreticos omittam de quibus dicendum profectò esset voluisse discerpere illas,aut etiam abolere magis,quàm oppugnare. An verò de eorum sanctitate & numine quidquam detractum fuisse arbitrabimur(minimè certè.Ergo seruus fidelis, qui Domino suo nec maior,nec fœlicior esse debuit, accusandus propterea non est, aut minoris æstimandus, quòd celebres viri ab illius sententia quandoque recesserint: Qui profectò, si Thomæ non in omnibus subscripserunt,& cum eo non sunt,non tamen inter sese vbiq; consentiunt; quinimmò acrius multò & pertinacius inter se in vmbratili campo litterarum pugnant, quàm cum Thoma: vt quod Hilarius dixit, *Bellum hæreticorum esse pacem Ecclesiæ*: nos dicere similiter per quandam accommodationem possimus, horum doctorum bellum, Thomæ victoriam esse;quamquam præterea videas eorum complures semper à Thoma stare fortiterque pro eo pugnare. Cùm enim Ioannes Scotus Aquinatis placitum aliquod multis armatus argumentis inuadit, tunc Ariminensis,Durandus, Henricus, Aureolus pro Thoma illi obuiam eunt: ac rursus vbi Durandus, vel Henricus, vel alius quispiam insurgit, ibi Ioannem Scotum, & reliquos confertim fermè,& agminatim partes Thomæ tueri, & in illius castris sua sponte militare conspicias;solereque Doctrina illius,

tanquàm vmbone ferreo tecti, sophismatum acutissimas sagittas frangere, aduersariorumque phalanges profligare & sternere, cùm ipse Sanctus Doctor interea, tanquàm bos lassus, vbique fortius pedem figat; vt proinde Ioannes Picus, cognomento Phœnix, prudenter sibi, in respondendo obiectionibus, robur & fortitudinem Thomæ optauerit. Sed quid Ioannes Doctissime, dicturi hi critici sunt, si quomodo eruditi quidam, & naris, vt aiunt, emunctæ pluribus persuadere conantur, clarissimi ij doctores, qui nequaquàm tenui figmentorum caligine volumina Thomæ obscurare videntur sensu, & intelligentia cum illis omnino conueniunt? Nam Ioannem Scotum, virum in disputando acerrimum, & quem crebrò, & non dissimulanter in Thomæ placita inuehi plerique omnes credunt, idem Ioannes Picus verbis tantummodo, non rebus, aut sententia discrepare ab illo dudum dicebat (quod ego verum esse plerisque in locis nequaquàm dubito) quamobrem, & eorum conciliationem, atque concordiam Orbi se exhibiturum, vita modo suppeteret planè confirmabat ac pollicebatur. At verò, vtcumq; res sit, ego pro mea in Scotum, Durandum, Ariminensem, Henricũ, & Classicos alios viros pietate & reuerẽtia ita de illis existimo, si suam rogarentur sententiam, sic D. Thomam esse alloquuturos, quemadmodum olim Hieronymus Augustinum est alloquutus: *Nos inter nos eruditionis causa disserimus, cæterum æmuli, & maximè hæretici, si diuersas inter nos sententias viderint, de animi calumniabuntur rancore descendere, nobis autem decretum est te amare, suspicere, colere, mirari.* Et ego quidem, sic sentio, & si Critici diutius mihi esse molesti pergant, vrgebo eos profectò, vt auctorem aliquem nobis proferant qui ita beatus fuerit, & fœlix cum antiquioribus tum verò recentioribus temporibus, vt per omnia vt Paulus loquitur omnibus placuerit, & herbam vltrò illis, vt dicitur, porrigant. Homerus, quem fontem ingeniorum Græciæ Plinius, eruditique omnes meritò nuncupant, obtrectatorem Zoilum deuitare non potuit; & Naturæ quæ inculpatissimà est, accusator Momus non defuit. Sed quid nonne? Phylistei Patriarcharum puteos; quos eximia ducti charitate sedulò nobis eorum liberis effodere conabantur, improbo quodam & vesano labore obstruebant? Hoc verò quid aliud dictu est, quàm quòd hæreticis nulla vnquam religio futura est, aut obstruere, aut certè inquinare Sanctorum Doctorum lucubrationes & monumenta? quanquam certè ab horum classe illos auctores Scholasticos eximo quos commemoraui, sed nihilominus, ipsi quoque aut omnes aut plures ad gloriæ fastigium contendebant? & proinde nemo rectè mirabitur, si in Aquinatem non dissimulanter aliquando scribunt: Etenim nullum est corpus sine vmbra, & vt D. Hieronymus ait, *Nulla ars est sine æmulis.*

Sic figulus figulo, fabro faber inuidet alter, inquit Hesiodus: & illum Nazianzenus non laudat.

Iam verò sententias illas delectas, quas articulos Parisienses in scholis vocant, Picus ille nequaquàm transire Alpes dicebat: &, si verum amamus, recentes eius Academiæ Doctores, quædam non vsque adeò Christiano reliquo Orbi probata, & cum antiquiorum magistrorum decretis consentanea;

sentanea, non modo nuper receperunt, verùm etiam eos, qui in illa Academia ad graduum fastigia promoueri velint, adhibito iureiurando recipere cogunt. Quanquàm præterea articuli, quos refractarij nostri crebrò commemorant, doctrinam hanc minimè improbant, sicut copiosè non minus quàm luculenter scriptores plerique non obscuri nominis, suis in locis ostendunt; & nunc non citra rusticitatis cuiusdam notam obijci nobis possunt. Cùm enim à Stephano illius præclaræ vniuersitatis Cancellario, & Parisiorum Episcopo, in veritatis gratiam reiecti & penitus antiquati iamdudum fuerint: & cum Apostolica sedes, & Catholicus orbis reliquus tanquàm senatus consultò Thomæ doctrinam comprobauerint, & receperit, quid est, rogo, cur vel illa Parisiensium placita nobis rursus quis quam obijciat? aut qui Doctrinam hanc oppugnant, quasi vniuersitatis illius præsidio freti, receptui canere nolint? *Orbis certè maior est Vrbe.*

Iam verò neque improbare, ac vertere vitio Doctori præstantissimo aliquis debet, si de illis ipsis rebus in pluribus locis suorum monumentorum accuratè & splendidè etiam verba facit. Etenim &, *Quod gloriosè dicitur*, D. Ambrosio teste, *Sæpe repetendum est*; quod à Platone tanquam vetus adagium, non vno loco celebratum fuit & musicos nostra sponte crebrò rogamus, vt cantilenas, quæ semel oblectauerint iterũ ac tertiò repetere non grauentur; vt proinde nec Patri huic sanctissimo succensere aliquis meritò possit qui optima vbique & gloriosa profert. Quinimmo teneamur omnes multas ei gratias habere, quòd illa ipsa nostri gratia, hoc est, in vtilitatem, & profectum nostrum frequenter edisserat? Adhæc, non omnia, quæ ab omnibus conscribuntur à cæteris leguntur, aut in omnium manus deueniunt, sicut & D. Augustinus etiam animaduertit. Nec (vt ego quidem sentio) omnia, quæ ab vno eodemque auctore (polygrapho præsertim atque fœcundo) qualis hic noster est. Quamobrem vt expedire vehementer, ille ipse Augustinus cæterique cum eo viri sapientes existimant, plures à pluribus eisdem quoque de rebus & quæstionibus libros edi, ita ab vno eodemque eadem sæpe repeti, modo prudenter id fiat, eximiæ cuidam in Christi rẽpublicam charitati adscribere studiosi omnes debent. & Paulum non piguit Phylippensibus eadem denuò scribere quæ adiudicabat fore illis necessaria. Rursum, cum varijs, grauibusque de causis multa volumina Thomas ediderit, omnino facere non potuit, cum ea quæ instituisset exequi & perficere vellet, quin eadem argumenta, easdéq; subiectas materias sæpe tractaret: quod etiam viderat superiores omnes factitasse, qui eiusdem generis plura scripta elucubrauerant, quanquam profectò omnes non eadem exactè vbique tractant, non eodem stylo, nec pari facundia, aut dicendi arte. Quapropter vt sunt varia hominum ingenia, varium quoque, & diuersum iudicium de eodem Argumento vario modo tractatum gigni & effici haud rarò perspicimus, nec non & de eiusdem auctoris scriptis ingenio & soliditate. Quid igitur, quæso, est, cur in vno Aquinate displiceant hæc quæ in multis authoribus laudantur? præsertim verò cum ea sic expenderit ac ita quaqua versum examinauerit, vt mira quadam arte ac dexteritate aut omnino nouis, aut certè auctis & illustratis rationibus,

rationibus tanquam noua proferat? Neque enim eisdem rationibus vbiq; ac perpetuò nititur, quomodo nihilominus Hieronymus, Athanasius Cyrillus, Hilarius, Augustinus, grauissimique multi Theologi in suis scriptis, niti consueuerunt; vt hinc quoque amplitudinē huius doctrinæ & cælestium thesaurorum copiam, quam Deus huic Doctori præ multis impertijt, intelligere & venerari quilibet possit: sed & cùm in vno volumine pauciores ac magis pressas rationes quàm in alio ad rem aliquam vel statuendam, vel explodendam profert, deprehēdi ego eas esse etiam solidiores & efficaciores. Sic enim in Summa subtilius, pressiùsque, & veluti quibusdam punctis, ea attingere solet, quæ in Quæstionibus Disputatis, inque libris contra Gentes, & alibi quasi in lineas & superficies, corporaque extēdit; & sunt nihilominus, vt frequētius grauiora ac magis neruosa, vt certè non ægrè admodum tria illa differendi genera, quæ Homerum in Vlisse, Menelao, & Nestore expressisse quidam scripserunt, in Thomæ voluminibus miro, & planè diuino hominis ingenio expressa sit reperire, magnificum nimirum & copiosum in Quæstionibus Disputatis, in Sententijs, atque in libris aduersus Gentes; subtile, & strictum in Summa, & in Miscellaneis (quæ Quodlibeta vocantur) mixtum, & moderatum in plerisque eius commentarijs, & libellis. Præterea quæ videntur eædem prorsus rationes esse, eisdemque niti medijs, ego nō vno in loco animaduerti & euici esse illas ampliores, & magis vniuersales, quàm in alio: quod fecisse Aristotelem in Transphysicis Auerroes quoque subtiliter olim vidit. Habet itaque lector, vnde nouus semper, ac recens ad Thomæ volumina, & loca lustranda, inter seque cōferenda accedere possit, & proinde vnde fastidium (si quod falsa imaginatio afferat) facilè depellat.

Cumque plerique omnes perspicuitatem & lucem clarissimo huic Doctori miro consensu, præter cæteros fermè recentiores tribuant, consentaneum est, vt nequaquàm ipsius vitio, sed vel rerum magnitudine, quas expendit, vel eorum tarditate, qui legunt, obscurus quibusdam esse videatur. Sic enim Hieronymus alicubi ait: *Obscuritas aut rerum difficultate, aut magistri imperitia, aut discentis nimia tarditate nascitur.* Atqui Thomam fuisse imperitum magistrum ne ipsi quidem aduersarij (vt ego planè arbitror) credunt. Etenim arte, methodo, iudicioque incredibili vbique progreditur, proprijsque, & receptis verbis, (quod & Aristoteles monet), non verò obsoletis, aut omnino nouis, aut improprijs vtitur; vt lucem vbique lectoribus, & studiosis voluisse afferre patenter declaret. Et si enim obscuritas species quædam silentij sit, sicut D. Basilius in lib. de Spiritu sancto acutè dixit, & Heraclitus, nonnullique præclari Philosophi obscuritatem magnopere commēdauerint, quod, vt inquit Boetius, *Arcanorum sit fida custos, & sapientiæ tātū cultores suo colloquio dignatur.* Aquinas tñ, qui non modo cùm Paulo sapientibus atque insipientibus debitorem se esse intelligebat, sed cum Platone, & Aristotele quoque nouerat certissimam scientis notam esse posse, ac scire docere; tenebras, & obscuritatem omnem non modo à suis, sed ab alijs quoque multorum Doctorum voluminibus & scriptis, magno rerum & verborum splendore adhibito, & quantum res

pati

pati poterant, semper depulit, ac fugauit, vt verè scripserit stylo hominis, plano videlicet & luculento quem omnes intelligere possint. Quamuis rogatus, se ex eorum fuisse numero nequaquàm negaret, qui cum Augustino scribendo proficiunt, & proficiendo scribunt; vt si in posterioribus voluminibus commutauit sententiam (quod ij volunt) & palinodiam aliquando cantauit, nemo proinde mirari, nemo factum improbare ratione aliqua possit. Quis enim est tam fœlix, tamque beatus, qui ea omnia iuuenis norit, quæ senex; atque adeò, qui cum Solone non senescat plurima discens? & ob id si aut eadem prorsus argumenta, aut alia illis cognata, quæ iamdudum tractauerat, multò post tempore rursum expenderit, non etiam, studiorum & temporis beneficio, à priori aliqua opinione, & sñia, quam vel suo Marte inuenerat, vel sequutus alios auctores (quod fieri solet) cōprobarat, non, inquam, interdum recesserit? Non ne duodecim sunt horæ diei? Nonne & sapientis est mutare propositum? Quorsum enim viueret homo, si nihil ætas nihil assidua lectio meditatio vsus illi conferrent? solet mortalibus, inquit Euripides in Hippolyto prudentior posterior esse aliquando cogitatio. Tullius quoque fatetur sibi adolescenti inchoata quædam & rudia excidisse: Quod & euenisse Tertulliano contra Marcionem, Origeni in Cantico canticorum, & Quintilliano denique in 12. libris institutionis oratoriæ D. Hieronymus grauissimus testis est. Cumque Damasus Papæ dicat, *Reiterari oportet, quod male actum est.* & Leo Pontifex, *tunc optime veritatem defendi, cùm opinio falsa à suis auctoribus improbatur*, quid mirum est, si bis, aut ter, in tanta voluminum copia (neque enim ego sæpius illum hoc egisse animaduerti) ab ea quam, aliàs docuerat sententia, humilis, & pius, se accito recedit? Certè etiam libellum illum, qui de concordia dictorum Thomæ inscribitur, sectatores eius non incelebres fuisse ab eo editum nolunt. Nec tamen minus sacta & recta eius auctoritas quoque maneret, si fœtus germanus Thomæ id opus esset; vt pote eius, qui Augustinum Doctorem eximium, & Ven. Bedam & alios quosdam sequutus imprimis fuisset. Sed & Ioannis Scoti interpretes nulla in re magis laborant, quàm vt eum sibimet ipsi concilient. Vbi enim veritas Heracliti antro detrusa, aut Democriti puteo demersa latitat, hoc est, non dum illustris, & omnino conspicua prodijt; licuit profectò semper, atque licebit inquirere, scrutari, & pro pondere argumentorum, proque maiori diuini numinis afflatu, prioribus scriptis addere, demere, commutare melioremque proferre sententiam licuit, rudiora expolire, nimis pressa fusius & copiosius explicare addere obscuris lucem, & vbi offendere nos posse veremur moderari, & mitigare. Scripsit bis in Abdiam Prophetam Hieronymus, Psalteriumque non semel Latinum fecit, vt priora scripta vti ad Pammachium scribit posterioribus emendaret: Et Gregorio Nazianzeno licuisse alibi dicit eundem. Maximum (quod nonnulli nequaquam recipiebant) pro tempore & laudare, & vituperare. Quanquàm præterea, si verum amamus, dissentire Doctores à se ipsis, Sanctumque Thomam præcipuè, vbi consentiunt maximè, crebrò ignauia nostra putamus, qui nec illorum verba ponderamus, nec sensum tenemus, aut scopum in quem illa dirigunt attingimus,

mus, sed, proh, pudor, ad pauca respicientes futiliter sæpe proferimus recte profectò Theodoretus in Eranistę lib. 1. Hęretico Scripturas quasdam sibi inuicem repugnare affirmanti, *Tibi* (inquit) *Non animaduertenti vel temere contendenti videntur repugnare quæ rectè conueniunt*. Ad hæc ego alibi multis argumentis, & nisi vehementer fallor, ad persuadendum aptis, ostendo consueuisse non rarò Doctorem hunc, vbi orthodoxam Ecclesiæ fidem integram, & inuiolatam manere prudens animaduertit, si vnam perindeatque alteram de re aliqua opinionem aliquis tenuerit, vtranque suis scriptis sequi, atque docere; vnam quidem priore, alteram posteriore à se volumine edito. Quamobrem fit, vt si illius discipulis, & alumnis fermè omnibus tutior, & ex eius animo illa magis esse videatur, quam posterioribus suis scriptis docet præsertim in Theologiæ Summa, quam testamentum illius Capreolus & alij quidam vocant, mihi nihilominus longè aliena mens sit, & neque paucis, neque leuibus rationibus ductus, constanter censeam, alterutram qui sequutus fuerit, ab illius sententia non discrepare. Equidem D. Augustinus, quem Thomas libenter sequi, & ad vnguem quod aiunt, exprimere solet, & Plato Philosophorum Princeps eundem morem in suis præclaris voluminibus crebrò seruarunt. Igitur quod ingenio, & arte à magnis auctoribus ad doctrinæ varietatem, & vbertatem ostendendam, & laudem acquirendam factum aliquando est, in rebus nimirum, vbi rationes, & argumenta magni ponderis vtrinque esse videntur, nec satis dilucidè, à qua parte veritas esset, tunc temporis cerni potuit, imperiti & oscitantes homines contradictionem esse existimant, & ad calumniam trahunt.

At verò age & illud perpendamus quod nonnulli aiunt, S. Tho. scripta non commouere nonque excitare lectores. Nam cum Patres illi Antiquiores fermè omnes copiosi admodum, & acres in dicendo sint, excessibusque, & figuratis eloquutionibus, quemadmodum & oratores profani reliqui (quòd illa ætas ita exigebat) passim vtantur, Sanctusque Thomas, breuis, purus, & omnino didascalicus, mirum non est, si non ita huius scriptis, quemadmodum veterum illorum præclaris monimentis, commouemur, & excitamur: Hic diligentius docet, illi fęlicius mouent; fines diuersi sunt. Quanquàm si earum rerum quoque certam rationem haberemus, quas de Deo, de Christo Domino nostro, de Angelis, de beatitudine, deq; alijs plerisque rebus interdum disseruit, non pro dignitate tantum & natura earum, sed etiam pro modo quo illas tractauit, & explicauit (nec enim frigidè, sed ardēter de eis edisserit) profectò non exiguis diuini caloris igniculis nos calefieri, & sagittis potentis acutis corda nostra vulnerari sæpenumero experiremur. *Verba etenim eius omnia, animę languentis medicinam habent*. Sed ita excellit hac in parte inter Scholasticos, fateor volens, ac lubens, S. Bonauentura in opusculis; vt cum veterum quouis conferri, multis verò præferri, citra eorum iniuriam possit; in quibus certè eminere mihi videtur eius Itinerarium mentis in Deum; & iure, ac meritò à Cancellario Gersone, eximijs laudibus efferri. Sed & ego recentiorum quibusdam libellis, in primis verò Laurentij Iustiniani, Venetiarum Protopatriarchæ

Hic Laurētius Episcopus etiam fuit Ecclesię Æmonæ vir Sāctus qui & miraculis claruit.

chæ, & Bartholomęi Vincentini, ordinis Prædicatorum, & eius ciuitatis quondam Episcopi, mirificè commoueri me, & ita ad bene sanctéque viuendum impelli sentio, vt nusquam magis; ac propterea ægrè admodum fero Vincentini libellos occultari, & à studiosis non legi. Habent enim non solum incipiẽtes, atq; proficientes vnde faciliùs & fęliciùs promoueantur, sed ipsi quoque perfecti vnde eximiam spiritus oblectationem, ingensque robur nanciscantur.

Porrò autem dolet mihi, & vehementer quidem, non solum illum Anonymum nebulonem Parisiensem, cuius superius inuiti mentionem fecimus: sed & Gersonem, atque alios complures & pios, & doctos homines, in S. Thomam, cæterosque scholarum classicos, & primæ notæ auctores ita commoueri, quòd, & phisophorum doctrinis non modò perdiscendis dilucidandisque, ac interpretandis, sed etiam alios edocendis diligentiorem operam nauauerint; & frequentiores, atque prolixiores (vt illis videtur) in eis citandis sint, cumprimis autem cùm Christiana dogmata, & sacras litteras explicare nituntur. Respõdi his copiosius olim in Apologia: addam nunc pauca quædam, vt eos, si fieri potest, deliniam: dixisse enim Aristotelem perhibent, *Si crebrò iacias, quandoq; feries*. Et primùm ostendere non laborabo, quantum præsidij philosophiæ studia ad sacras litteras intelligendas afferant: id enim eruditi vtriusq; manus quamplurès copiosè, & disertè ante hac fęliciter egerunt, nosque hoc onere prorsus subleuarunt: sed hoc in præsenti duntaxat demonstrabo, S. Doctorem, quem isti accusant, nihil egisse aliud quam, quod alios illustres & sanctissimos Patres factitasse, litterarum monumentis proditum est: atque adeò cùm, *Vita Sanctorum*, vt D. Ambrosius monet, *Cæteris norma viuendi sit*, & D. Aug. contra Mendacium assentitur, immeritò planè vel ipse vnus vel etiam cæteri cum eo Scholastici Patres ea de re aut reprehenduntur, aut etiam vapulant.

Nam, vt Abrahamum omittamus, quo sanctiorẽ ætas illa neminem vidit, & nihilominus Phænices, atque Aegyptios ingenuas, ac liberales artes vt ferunt, edocuit, & Iosephum illius pronepotem castissimum, & deinde Magnum Iudęorum legislatorem Moysem qui Aegyptiorum disciplinas, & scientias, quæ & variæ & præstantissimè erant, insigniter calluerunt; & vt creditur, Iudæos edocuerunt, ad nonnullos duntaxat Ecclesiasticos patres me verto, imprimisq; ad Origenem, magnum illum, & celeberrimum Doctorem, quem Ecclesiarum magistrum Hieronymus vocat: de quo, quãtum ad institutum nostrum attinet, Nicephorus lib. 5. post Eusebium ita fermè in sua historia scribit: *Et quos idoneos esse ad Mathematicas disciplinas percipiendas videbat, eos ad Geometriam, Arithmeticam, aliasq; liberales artes perducebat, insuper autem & ad Philosophorum sectas cognoscendas instruebat, dogmata eorum illis exponens, & commentarios in res quasuis addens, ita, vt apud Philosophos magnus quoque haberetur: quòd siqui essent paulò rudiores, eos artes Cyclicas edocebat, magnam inde vtilitatem comparari ad sacrarum disciplinarum doctrinam perhibens*. Hæc Nicephorus, qui & Heraclam Alexandrinum Episcopum, virum summa sanctitate morum

ornatum, sermone disertissimum, & doctrina excellenti prædirum, illud idem munus deinceps Alexandriç præstitisse testatur. Atqui & Hieronymus nobilium pueros sibi commissos in Poetarum, ac Rhetorum libris instituebat, atque cùm id ei Ruffinus imperitè obiecisset, nec responsione quidem aliqua vir sanctissimus & grauissimus hominem est dignatus. Gregorius verò Nazianzenus se Athenis multos annos cum Magno Basilio eisdem præclaris Philosophiæ, & Oratoriæ facultatis studijs operam dedisse, probatissimosque eo tempore Sophistas audisse narrat. Quod Chrysostomus de se quoque, & altero (vt opinor) Basilio idem fermè in libris de Sacerdotio scriptum reliquit. Sed cæteros quosque sanctissimos viros, & eminentis in Ecclesia nominis consultò nunc prætcribo, ne ligna in syluam afferre videar, qui omnes eò labores suos, & studia huiusmodi re tulerunt, vt Gentilium, cæterorumque nostrorum hostium improbitatem, & inania in Christianam pietatem argumenta fælicius retunderent, nostraque vbi oportuisset, fortius tuerétur: *Stude sapientiæ fili mi*, inquit Scri ptura, *& lætifica cor meum, vt possis respondere exprobranti sermonem:* quod, & viua voce, & æditis voluminibus illi quidem iamdudum præstiterunt, & Aquinas noster postea accuratissimè, & egregia cum laude eos immitatus exhibuit.

Sed mille enses, inquiunt, quidam, milleque clypeos Turris nostri Dauidis haber, vt illis Christi milites armati, ac instructi, & eam fortiter tueri, & profligare insanientes hostes gloriosè possint, vt proinde superuacaneum sit ex Philosophia petere suppetias. Non prorsus repugno, sed sciscitor tamen cur cùm prudentissimus Dauid blasphemum hominem, & Israelitici populi ferocissimum hostem, summa omnium cum admiratione peremisset eius ensem vnà cùm reliquis armis in templo appendit? quid hic, rogo, dicturi sunt? nónne causæ (si verum amamus) in aperto sunt? népe vt facinus illud præstantissimum, atque præclara victoria, quam auctori Deo acceptam referebat, nullo vnquam tempore traderetur obliuioni: vtque suo exemplo Hebræos milites cohortaretur, vt hostes suos ipsorum etiam armis, si quando res ita ferret, fortiter interimerent: Nemo enim non intelligit hoc esse facinus præstantissimum, & quo gloriosius nullum sit in bello inuenire. Nec admodum refert, si illud quoque verum esset, quod quidem obijciunt, Origenem videlicet existimasse esse absurdum profanarum litterarum eruditionem cum sacra commiscere doctrina. Enim verò neque hoc existimasse Origenem Thomas Vualdensis longè doctissimus & celeberrimus contendit, & testimonia splendidiora Sole Vualdensi suffragantur. nam quomodo dixisset Porphyrius illum conuertisse Græcorum diuitias ad locupletandum Christianum dogma? & rursum, quomodo ea Euseb. & Nicephorus quæ cómemorauimus, de eo scripsissent? sed & Theophylus lib. 2. Pascali, nonne eum hanc quoque causam (immeritò quamuis) reprehendit? impostura igitur & calumnia est, hoc sentire existimasse Origenem, & si existimasset, vt dixi, statueremus ei ex aduerso Priscos illos Theologos, Origene ipso sanctioris in Ecclesia nominis, qui in suis libris Platonem, Varonem, Ciceronem, hisque affines Poetas, Rhetores, & Histo

ricos

ricos ad multorum vsque admirationem tam sæpe proferunt, quemadmodum Thomas, & cæteri recentiores, Aristotelis, Auerrois, Auicennæ, cæterorumq; Peripateticorum, qui maximo nunc in pretio habentur, Philosophiam ad criticorum quærimoniam vsque sectantur. Enumerat Hieronymus ad Magnum antiquiores complures, & confestim subdit: *Qui omnes in tantum Philosophorum doctrinis, atque sententijs suos refarciunt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum.* & paulò inferius. *Nec statim praua opinione fallaris, contra Gentes hoc esse licitum, in alijs disputationibus dissimulandum, quia penè omnes omnium libri, exceptis his, qui cum Epicuro litteras non didicerunt, eruditionis doctrinæq; plenissimi sunt.* Augustinus quoque cum Hieronymo non modò consentit, quinetiam ad ea studia nos lib. 2. de Doctrina Christiana cohortatur: *Philosophi, ait, qui vocantur, si qua fortè vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in nostrum vsum vendicanda sunt*, & paulò post: *Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? nõnne aspicimus quanto auro, & argento, & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus Doctor suauissimus, & martyr beatissimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus, Optatus, Hilarius? vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci?* & alia plura persequitur, quæ lectoribus obuia & trita fermè cùm sint, consulto omitto. Sed & Palladius Hellenopolitanus Episcopus Euãgelicam parabolam, qua regnum cœlorum simile fit scribæ docto, qui profert de Thesauro suo noua & vetera, ita alicubi interpretatus est: vt vetera illa humanæ sapientiæ disciplinas, noua autem sancti Spiritus eloquia Dominus intellexerit. Et Diuus Hieronymus, Libellum quendam de Spiritu sancto inscriptum (qui an D. Ambrosij fuerit, vt Ruffinus putat, an alterius auctoris, in præsentia nonadmodum refert) sic eleuat, & paruipendit, *Quòd nihil in eo Dialecticum viderit, nihil virile, atque districtum, quod Lectorem in assensum trahere possit.* Sed & quantum Dialecticæ tribuerit D. Augustinus, facilè videre est libro primo, contra Crescentium, vt grauissimorum hominum iudicio, legitimus Dialectices, cæterarumq; artium, quæ ingenuæ & liberales passim dicuntur, vsus coargui, & improbari cumprimis in propugnanda religione nostra, nequaquam possit. Quamobrem meritò excandescunt eruditi in Lactantium, qui Philosophiam omnem abiecerit citra delectum, & eò sæpe magis, quò ipse non aliter gloriosus de inimicis victorias tulerit, nisi quia ea erat instructissimus. Amplius, & cogitandum præterea his auctoribus fuerat, sacras litteras, quæ & Dei oracula sunt non omnia, quæ in nostrum vsum veniũt edocere: quamobrem, vbi earum auctoritas nobis deest, solemus Naturæ conditionem sequi, sicut & ipse D. Thomas consulit. Quid igitur hic fecit? quid peccauit? quid commeruit? cùm virili, & generoso ingenio compulit Naturam Religioni inseruire? cùm ancillas coegit Dominæ suæ suppetias ferre? ob eam nimirum causam, vt abstrusissima illa Dei arcana & ipse nobis luculentius explicaret, & nos eo præceptore facilius perciperemus? Loquitur de natura in sanctis litteris Deus & humano mo

re illis de causis tropis, similitudinibusque, ac rebus nobis cognatis & familiaribus frequentius vtitur: & Thomam aut vituperabimus, aut coarguemus, qui, vt facili, tutoq; itinere in Dei contemplationem, & admirationem homines duceret, sermonem de Natura cum sermone de Deo, Philosophiam cùm Theologia, humanas artes cum diuinarum rerum contemplatione commiscet? Atqui hic antiquarij etiam allegorias nobis obijciunt. Etenim, inquiunt, vinum quod mixtum est aqua eximius quidam Propheta damnat. Sed & nos quoque amici aquam illam Prophetæ repudiamus & execramur, quæ hæreticorum doctrina est, perniciosarumque opinionum persuasio, quam cum Orthodoxæ fidei dogmatibus Ecclesiæ hostes infarciunt, aquam vino miscent, & quidem aqua quæ nunquã transit in vinum, sed semper suas proprietates retinet: sed Doctor noster aquã Philosophiæ bonarumq; artium efficit & conuertit pijs omnibus in preciosum vinum, exemplo Domini in nuptijs, hoc est, in gloriam Dei, in animarum vtilitatem & saluté, & rursum ipsam hæreticorum doctrinam & infidelium in sanguinem impijs mutat, quemadmodum olim, Deo iubente, Moses tenebrosis Aegyptijs, aquam fluuij in typum conuerterat. Quanquam præterea ij amici nostri cogitare deberent, Sapientiam quoque id vinum miscere, quod nobis aliquando propinat.

Vide Epistolã Tharasij ad Imperatorẽ in actis secundæ Synodi Nicenæ.

Quòd si Philosophiam hanc quam Thomas sequutus est, ideo vituperant, quòd non Platonis sit, qui cæteris Philosophis propius ad Christianam pietatem suis placitis accessisse Patribus nostris fermè omnibus visus est, quem & propterea sectabantur, sed Aristotelis, qui ab ea recessisse in multis existimatur: Respõdebo, obseruasse me, Aquinatem nusquam, quòd Aristotelis doctrina exactissimè sit eruditus, eaque in docendo ita frequenter vtatur, vel paradoxa, vel absurdas, hæreticasq; de Religione sententias in Ecclesiam inuexisse. quinimmo, tanquam sapientissimum quẽdam proretam huius Philosophi opiniones, atque decreta, quæ nostræ pietati aduersari animaduertit penitus, ac veluti eminentes, & conspicuos scopulos euitasse, miroq; quodam ingenij acumine, & fœlici dexteritate, ea quæ ambigua esse poterant commodè, pieque interpretari consueuisse: contra verò Antiquorum quosdam celebrioris in Republ. nostra nominis, quòd Platonicorum Philosophiam impensiùs sectarentur, & errasse locis quãplurimis, & non ita diligenter, ac limatè, sicuti oportuisset, edocuisse. Adducam nunc in medium vnius, atq; alterius aliquot placita aut exempla, ne antiquarij temerè me loqui arbitrẽtur. Gregorius Nyssenus, Magni Basilij frater, Platonem sequutus, humanam animam esse corporis entelechiam (quod Aristoteles rectè voluit) constanter negauit; quòd sequi oĩno inde censeret, morti illam cùm corpore obnoxiam esse, cuius sententiam Concilium Viennense, & Lateranense postremum communibus decretis iampridem damnarunt, quãquam ne quid dissimulem, & Iustinus quoque martyr & Theodor. lib. 5. de curat. in Nysseni sententiam concessisse mihi videntur. Origenes autem, & Basilius, atq; Michael Psellus, & alij nonnulli Platonicorum alumni Angelos, & Cacodæmones corporeos esse senserunt. Quam opinionem, & si, dum sacras litteras Cardinalis Caietanus

Vnde & Epiphanius lib. 2. hoc nõie Arrianos damnat, ac quidpiam simile in Luciferianos D. Hieronymus obijcit.

suis commentatijs interpretaretur, sequutus sit; ego tamen multis argumentis, & rationibus improbari & explodi posse non dubito. Porrò Augustinus cùm lucem tenere primum locum corporalibus dicit; nosque bonos esse bonitate Dei; animam verò nostram absque corpore nonnulla sentire; duo fecisse Deum quorum alterum forma præditum sit, alterum autem informe; & eiusmodi alia quædam: sic eum Aquinas pro sua in illum reuerentia & pietate interpretatur, vt alicubi acutè eleuet, alicubi amanter deflectat, alicubi demum, quòd Platonicos sequutus ea dixerit, excuset. Quod etiam Aug. erga Tertullianum egerat cùm eum refert, dixisse Deum esse corporeum. & Hieronymus erga Millennarios, tanto honore homines doctores prosequebantur.

Cùm verò audio tardos quosdam, & planè rudes & hebetes vocare Thomam curiosum, & illius lucubrationes ea de causa vel despicere vel vituperare soleret, mihi mox in mentem veniũt illa D. Hieronymi verba, *Sunt edentuli, qui vescentium dentibus inuident, & Talpæ, quæ Caprearum oculos contemnunt*. Nã si curiosus ille dicendus est, qui, vt inquit Anselmus, ea scire, aut scrutari desiderat, quorum nulla vtilitas est, nullum commodũ, nullumque beneficium: grauis profectò impostura est, & manifesta calumnia, hunc sanctissimum Doctorem vocare curiosum. Ea enim scrutatur vbique, atque in ea totus constanter incumbit, è quibus summam nobis vtilitatem, & maximum beneficium afferat. Neque enim ei obijcere quisquam potest, quod sacerdotibus suæ tempestatis Hieronymus, deplorans obijciebat, *Quod dimissis videlicet Euangelijs, & Prophetis, comœdias legerent, amatoriaq; Bucolicorum versuum verba cantarent*, Nec quod Augustinus in Philosophos non minus eleganter, quàm verè ita scribit: *Sunt, qui desertis virtutibus, & nescientes quis sit Dominus, & quanta sit maiestas semper eodem modo manentis Naturæ, magnum aliquid se agere putant, si vniuersam illam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissimè intentissimeq; perquirant: vnde & tanta superbia gignitur, vt in ipso cælo, de quo sæpe disputant, sibimet habitare videantur*. Profectò illud & cęleste & verè interius sacrarium, à quo diuina lege arcemur omnes, non nisi sanctis Scripturis & diuinis traditionibus ducibus, Thomas ingredi solet: nunquàm inanibus, vetitisque dęmonum adiumentis in conquirendis liberalibus disciplinis, quod perditi quidam homines facere solent, quodque ipse grauissimis verbis sæpenumero insectatur; quin potius diuinis semper præsidijs, precibus videlicet, & castissimis obsequijs vsus, nihil eorum aut prætermisit vnquam, aut segniter egit, quæ ad munus id & prouinciam quam administrabat, pertineret, ac denique credita sibi talenta multa cùm humilitate, eximiaq; in ipsum Deũ charitate vltrò, assidueq; in Ecclesiæ vtilitatem exposuit: & curiosum eum leuissimi, & imperitissimi homines appellabunt? Sed altiora illa arcana, inquiunt, non modò attingit, sed etiam referat, quæ silentio & humilitate adoranda essent: quamobrem & Icari, Phæthontisque casus quidam satis intempestiuè ac procaciter commemorat. At vide mi frater, ne arcana illa tibi duntaxat altiora sint, nõ verò Thomæ, qui liberaliũ, & ingenuarũ oĩum discip.inarũ præclara cognitione ĩstructus &

diues, sanctoq; Spiritu copiosè perfusus potuit, si alius quisquam, præpetibus pennis se se in sublimi sine vllo vitæ discrimini tollere, & absque temeritatis nota cubiculum sponsi ingredi, vt frustra & ineptè Icari, Phaethontisq; funera hoc loco commemores. Aquilam scribunt aciem oculorum in Solem fortiter figere, pullosque eiusmodi obtutu tanquam certo argumento, num sui sint experiri: & Bubones, ac Noctuæ, quòd iucundissimam diei lucem ferre non possint, eam ob rem curiosam illam, temerariamque vocabunt? Grandes tractationes, inquiunt cum Hieronymo, ingenia tenuia non tolerant, & in ipso conatu vltra vires ausa succumbunt. & rursum cum alio quodam, *Quæ sunt occultata non oportet quærere*. Probo, sed respondebo cum Theodoreto lib. 1. Eramistæ, quòd nec ea quæ sunt declarata penitus ignorare debemus, & rursum, vt proferant refractarij, vbi Aquinas quidpiam tentáuerit, quod non felicissimè confecerit & indicent, quod onus subire aggressus aliquando sit, quod ferre illius vires, humeriuè recusauerint, assentirique confestim illis parati sumus.

Iam verò quod de partitionibus, & subpartitionibus alij quidam afferunt, ita frigidum & ineptum (vt dicam quod sentio) mihi esse videtur, vt refellere planè pigeat. Nam vt Platonem prætercam, qui partitiones primas obtinere in scientijs existimauit; & Ciceronem, qui eas vbique probat; & Aristotelem, quem, licèt verbis ab ijs recedere videatur, re ipsa tamen eorum sententiæ subscribere complures viri, nec indocti, nec in glorij authores contendunt: Auerroes certè, qui diuisiones huiusmodi improbare nonnullis videtur, & si, sua ipsi tum natura, non esse in scientijs necessarias dicat; consulere tamen probè tardioribus ingenijs haud inficiatur. Et quidem id efficit partitionibus illis S. Doctor, vt ea de quibus edisserit, percipere, & complecti imperitiores, quos etiam imbuendos & instituendos suscipit, facilius possint. Non sunt auditores omnes vel ad præclarissimas res contemplandas, vel ad præceptiones de moribus retinendas (Hesiodo etiam teste) æquè idonei, & fœlices. Itaque quemadmodum cibus cum accuratè manditur, & in minutiores partes conteritur, nequaquàm defatigare naturam solet: quin etiam facilius concoquitur & digeritur, vitæque nostræ consulere vulgò etiam creditur: ita propemodum animi nostri sensa, & verba methodo & ordine in suas classes, & loca disposita lectores magna vtilitate voluptateq; afficiunt auctoresque ipsas res perbelle tenuisse declarant. Præterea in ipso voluminis tanquam limine & vestibulo quàm sint omnes argumenti partes inter se dispositæ & connexæ, ostenditur, ac fit vt lector non omnino nouus, aut hospes, sed veluti diu versatus, & familiaris vniuersum opus ingrediatur, & lustret. Et planè non solus Thomas in diuidendis, subdiuidendisque sanctis Scripturis, & eorum Doctorum lucubrationibus, quas suis commentarijs explicãdas suscepit, accuratus fuisse videtur: sed & reliqui etiam eorum temporum clarissimi omnes auctores. Quorum si quis commentarios euoluerit, facilè perspiciet illud dissecandi, partiendique in minutiores partes artificium (quod Plato esse boni coqui munus existimauit, & morosi isti affecti grossioribus bolis fastidiunt) eos, veluti publico decreto seruasse. Quanquam cum le-

ctor

ctor pulcherrimam illam artem moræ impatiens, ferre non potest; nemo eorum ita austerus est, (vt ego profectò sentio,) qui aditum illi confestim ad alia transeundi consultus neget; vt de eis conqueri propter partitiones illas minutiores, nemo studiosus possit.

Postremo verò, cùm Ecclesiæ consuetudo sit, quæ doctorum monimentis auctoritatem, & pondus afferre solet, mirari nemo debet, si celeberrimos sui temporis auctores, quos isti proferunt grauissimus Doctor vel ad sua confirmanda, vel ad aliena refellenda, tanquam testes, nunquam adduxit: quamobrem, nec multum magistris Hugoni, Præpositino, Gilberto Porrectano, alijsque nonnullis, qui ante Albertum, & Alensem Lutetiæ floruerunt, quorumq; volumina accuratissimè etiam legit, tribuere solet. Sectatur Aquinas veteres illos Ecclesiarum eximios magistros, quibus diuturnus Catholicorum consensus existimationem & auctoritatem peperit; ac tanquam testes omni exceptione maiores frequenter, ac de nomine profert. Equidem & eo longè antiquiores Patres videmus admodum rarò, hoc est, cùm vel fortioribus rationibus destituerentur, vel traditionū Ecclesiæ testimonijs fulcire sua placita nequirent, æquales sibi Doctores in medium proferre. Melioribus igitur cùm niteretur ille argumentis, non tam authores in disputando, quàm rationum momenta (quòd & consulit Cicero) sectatur, quamobrem frustra eos Doctores quos commemorant, quanquam illustres, ad comprobanda dogmata citasset. Cùm verò ab eorum placitis modestè & amicè recedit, honoris (opinor) & reuerentiæ ergo, nominibus pepercit. Neque enim eorum nomina contempsisse putandus est, quòd aut quasi de principatu gloriæ cum eis contenderet, qui mundū mundanaque omnia nihili penderet, aut liuore duceretur, qui longo post se interuallo illos se relinquere probè intelligebat. Ergo maligni pectoris hominem, inurbanumq; illum esse planè existimarem, qui inuidum, aut ambitiosum, aut certè amarulentum innocentissimum hunc hominē fuisse arbitraretur. Quamuis enim sint apud Gellium quidam, qui putent Platonem æmulatione quadam noluisse Xenophontis nomen suis præclaris Dialogis inserere; Democritiq; libros omnes, qui innumeri fuisse feruntur, maleuolentia, atque inuidia impulsum comburere voluisse: ego tamē quod hæc indigna omnino mihi nobili, & ingenuo homine; philosophoq; præstantissimo esse videantur, nunquàm in animum induxi meum, vt crederem: quin potius malos esse homines, qui ista commentarentur, semper existimaui. *Solet enim malus* (Gregorio Nazianzeno teste) *citò contemnere bonum at bonus haud facilè malum. Quod enim ad malitiam paratum nō est, neque ad suspitionem procliue existit.*

Et hactenus quidem Optime Antistes Criticorum obiectionibus, quas in Sancti Thomæ doctrinam & scripta generatim obijciunt, & si nō pro meritorum illius dignitate pro nostra tamen tenuitate copiosè & splendidè, vt existimo, satisfecimus. Quòd si hanc nostram defensionem refractarij adhuc minus probabunt, dicam illis demum cum Hieronymo, *Vt bibant vinum vetus cum suauitate, & nostra musta contemnant.* Ac meminerint, nō modò puerilis esset iactantiæ, accusando illustres viros, nomini suo famā

quærere, ſicut idem Hieronymus docet; ſed etiam extra blaſphemiam fermè non eſſe, ſcriptores, qui iam pridem in Eccleſia obierunt, contumelijs afficere; eorumq; vel ſcripta reijcere, vel iudicium conculcare, ſicut Nicephorus teſtatur, Theotimum Scytarum Epiſcopum præclarè dixiſſe.

Explicit Prior Liber.



LIBER POSTERIOR.



Aepenumero laudi ſcriptoribus datum eſſe animaduerti, Præſul ampliſſime edidiſſe illos multa volumina, ſolereq; poſteriores eorum numerum, & indices accuratiſſimè, ac tãquam ſuorum ſtudiorum certiſſima teſtimonia proferre. Pomponius Iureconſultus Seruium Sulpitium propè centum & octuaginta volumina reliquiſſe ſcribit. Auguſtinus autem de Varrone, *Scripſit tam multa* (inquit) *quam multa vix quenquam legere potuiſſe credam.* Quintilianus quoque cùm in Didymum Grammaticum alioquin inueheretur, *Quo*, inquit, *nemo plura ſcripſit.* Origenem autem, quòd referente fama, vt Epiphanius teſtatur, ſenamillia librorum ędidiſſet, (quam tamen Hieronymus in Ruffinum, accito Euſebij indice, coarguit) patres maiores noſtri magnopere admirabantur. & Suidas compoſitorem nuncupatum fuiſſe prodit, atque Hieronymus alibi de eo ſic ſcribit: *Mille & eo amplius tractatus ædidit, quos ipſe Tomos appellat. Quis noſtrum tanta poteſt legere, quanta ille conſcripſit?* Gennadius verò, cùm de Auguſtino verba faceret, *Tanta*, inquit, *ſcripſit, quanta nec inueniri poſſunt.* Nicephorusq; cũ Io. Chryſoſtomum laudat, *Ego*, ait, *ſupra mille eius lucubrationes legi ineffabili quadam ſuauitate diffluentes:* aliaque complura id genus teſtimonia, ego facilè proferrem, niſi obuia illa, & planè in promptu ſtudioſis omnibus arbitrarer. Verùm diligentiores quoque nonnullos offendi, qui non modò volumina ipſa, integraſque auctorum lucubrationes indicauerunt, quin etiam (vt magis mireris) eorum quoque verſiculos, & lineas. Imperator Iuſtinianus antiquam iuris prudentiam in duo ferè millia librorum, & tricies centena millia verſuum fuiſſe diffuſam duobus in locis meminit. Et Nicephorus ſcribit, Ephrem, Virum diuinum, trecentas verſuum myriades conſcripſiſſe. Hieronymusque Methodium vſque ad decem millia: Gregorium autem Nazianzenum ad triginta millia. Et qui hos omnes anteceſſit, Origenes, cum de Euangeliſta Ioanne loqueretur. *Reliquit ille*, ait, *admodum paucorum verſuum Epiſtolam, ſed ſit eius & ſecunda, atque etiam tertia, quas non omnes germanas eſſe putant, & vtraque centum verſus non excedit.*

excedit. Igitur si à multitudine, numeroque scriptorum Aquinatem nostrum laudare quispiam velit, patet illi profectò campus quàm latissimus, cùm is quidem tam multa, eaque ingentia volumina fœcundissimo ingenio ædiderit, vt absolutum eorum indicem ægrè quis conficere possit. Versus verò is tantum dinumeret, qui dinumerat multitudinem stellarum, & planè bibliothecam integram & iustam magis, quàm auctorem vnum appellare liceat. Nemo recentiorum, qui intra quingentos annos in Ecclesia posteros scriptis erudiendo laborauerunt, plura Thoma, & Alberto Magno volumina ex ingenio deprompsit. Quanquam rapsodias propemodum innumerabiles consarcinasse quosdam reperiamus: sed eius generis multa ædere non magnum est. Quodque magnopere admirari doctissimi viri solent, cùm Polystores, Polygraphique fermè omnes diutissimè vixerint, vegeta ac florenti adhuc ætate Aquinas noster, ex hac vita decessit. Origenes enim annos vnde septuaginta, Nazianzenus supra centesimum vixere Hieronymus (si Prospero credimus) vno & nonagesimo, Augustinus sexto & septuagesimo. Albertus Magnus supra octuagesimum hanc vitam viuere desierunt. Aquinas verò vix Iubileum, hoc est, quinquagesimum annum attigerat. (Qua etiam ætate duobus tantum additis annis, Ioannes Chrysostomus, Zonara teste, obierat) cum à iustissimo Principe Deo, à seruitute in libertatem, ab exilio in patriam fœliciter est reuocatus: Quod vitæ tempus vix legendis, quos citat, auctoribus sufficere potuisse videtur; vt vel hoc argumento, verius quàm coniectura, intelligi facilè possit, precibus, & vitæ innocentia magis quàm studio, vel lectione immensos illos consequutum fuisse thesauros doctrinæ, quos effudit: quemadmodum ipse quoque non ostentationis, sed veritatis, & Domini erga se munificentiæ celebrandæ gratia Fratri Reginaldo socio ex eo sciscitanti sub sigillo secreti, vt vocant, quoad ipse viueret, semel dixisse fertur.

Sed qui cæteris Doctoribus quosdam propterea præferunt, quòd monumenta plura reliquerint, legem Iuliam seruare mihi videntur, qua ex Consulibus fasces sumendi prius ei potestas fiebat, qui plures liberos quàm collega, aut in sua potestate haberet, aut bello amisisset. Ego verò & si intelligam, Deo esse acceptum & gratum quicquid in eius recordationem erigitur; nec posse nòs dignas pro meritis gratias illis referre, qui egregiè erga studiosorum rempublicam affecti fuerit; (*Beatos enim* propterea Scriptura eos pronunciat, *qui seminant super aquas*) quique in ea iuuanda & promouenda quantum præstare voluerint, & quàm multas vigilias, & labores eius causa exantlauerint, multis lucubrationibus, veluti multis argumentis declararunt. Existimo tamen eos magis esse laudandos, qui præstantiora vtilioraq; nobis volumina, quanquam vnum dumtaxat, aut alterum quoque reliquerint, quàm qui simpliciter plura. Pulchrè sanè, & sapienter Plato docebat, *Philosophari non esse multa discere*: atque Themistius rectè dixit, *Non qui plura intelligit, pluris est, sed qui potiora*: ergo nec qui simpliciter plures conscripserunt libros, sed qui præstantiores, hoc est, qui ad bene pieque viuendum plus nobis suis lucubrationibus

bus

bus contulerunt pluris censendi sunt. Nam & rerum excellentiam non metimur numero, sed formis, & virtutibus: quinimmo Natura, vbi commodè potest, solet rerum paucitatem multitudini anteferre. Itaque cùm inter se disciplinæ excellant, vel subiecta materia circa quam uersantur, vel efficaciori, hoc est, certiori) demonstrandi genere, quo vtuntur, habitusque omnes formalibus obiectis secernantur, ab his potius quàm à re alia monimentorum dignitas, auctoritasque sumenda mihi uidetur. Quòd si qui vtrunque præstiterint, omnino assentior duplici honore dignos esse, maiorique veneratione eos prosequi nos debere, quàm qui alterum duntaxat exhibuerint. Iure igitur Diuum Thomam nostrum nunquàm satis laudare, nunquàm meritis præconijs efferre possumus. Qui non modo libros ferme innumerabiles ædidit, verùm etiam in ijs disciplinis quibus nihil vtilius, nihilque beatius in omni scientiarum apparatu hominibus contingere solet. Librorum autem appellatione omnia volumina, cùm Vulpiano Iureconsulto, complector maiora, & minora; chartas, membranas, codices scripta in quamcunque materiam corium, ebur, corticem, cæram, paginam, & huiusmodi redacta fuerint, aut exarata, ne quis voces temerè me confudisse existimet. Eos ego nunc recensere, & generatim in classes arte & methodo distribuere aggredior, eorumque subiectas materias, non omnium quidem (longior enim essem quàm instituti mei ratio postulat,) sed eorum duntaxat, qui habentur insigniores, quàm breuissimè tamen ac tanquàm in proposita tabula spectandas proponam.

Principio igitur videntur mihi eius omnia monimenta generatim esse partienda in sacra, hoc est, quæ de Christiana religione tractent: & in prophana, hoc est, quæ externas tradunt Gentilium Philosophorum disciplinas (& capio hanc vocem negatiuè non contrariè). Agam proinde de posterioribus primùm, deinde verò de sacris, non eò duntaxat consilio, vt cùm Massurio Sabino antiquiorem locum hospiti tribuam quàm clienti: (sunt enim Gentilium doctrinæ inquilinæ in Ecclesia, & aduenæ,) sed etiam, vt Naturam vtcunque adumbrem quæ à minus perfectis ad perfectiora sensim progreditur; & postremo quod doctrinæ ordine omnium consensione antecedant: quanquàm, non eundem ordinem S. Doctor fortè seruauit dum ea scripsit.

Peripatetici Iuniores omne, quod est, vel Rationis esse dixerunt, (quod Aristoteles, *Ens in anima* appellat) vel Reale, (quod idem, *Ens extra animã*) vocãt. Quamobrem ingenuæ & liberales omnes disciplinæ à Christiana pietate externæ, circa horum alterutrum versantur: & quidem quæ circa ens rationis Rationales, quæ circa ens reale insistunt Reales communi veluti decretò iamdudum dicuntur. Rationales plures sunt, Grammatica, Rhetorica, Poesis, & omnium (vt ego sentio) vtilior, & præstantior Dialectica, hoc est, disputatoria, quæ antonomasticos propterea Logica nuncupatur, & de omnibus sibi propositis probabiliter edisserit. Reales verò nonnullæ quidem in rerum contemplatione consistunt, hoc est in inquisitione veritatis versant) aliæ actiones nostras cõponunt & moderantur nosq; bonis moribus exornant, & ob id practicæ, atq; Morales vocantur. Quarum

quæ

quæ primùm addiſcendæ iuuenibus ſint, non prorſus inter ſe Philoſophi conſentiūt.Pythagorici enim ac Platonici, quibus Simplicius non obſcurè videtur ſubſcribere, inſtituendos in moralibus diſciplinis prius eſſe iuniores cenſent, quàm ad veri diſquiſitionem, rerumque & cauſarum cognitionem admittantur. Contra verò alij, quòd ad moralia iunior addiſcenda non videatur Ariſtoteli idoneus auditor, confeſtim exercendos eſſe in contemplatiuis arbitrantur. Nos alibi controuerſiam hanc luculenter explicare conati ſumus, nunc illam in medio relinquentes, id magis, pro ratione ſuſcepti officij, cùm Ariſtotele diſpiciamus, φ τὸ ἐν aliud quidem eſt, quod re & definitione ſenſibilem materiam concernit; cuius contemplationi Philoſophus naturalis totus inſiſtit: aliud autem, quod huic è regione poſitum eſt, quod neque re, neque definitione huiuſmodi materiam complectitur, ſed ab ea eſt vel per eſſentiam, vel per indifferentiā omnino ſeiunctum, quodq; ob id ad primum & planè diuinum Philoſophum pertinet: tertium autem, & veluti inter hæc medium eſt, quod quāquàm re in materia ſenſili ſit, animo tamen cogitatur, & definitur, perinde ac ſi in eiuſmodi materia non eſſet, eaque tota careret; de quo Geometria, Arithmetica, & quæ his ſubalternantur Perſpectiua, Muſica, & reliquę omnes ſcientiæ Mathematicæ tractant.

Sic itaque, vir præſtantiſſime, nobis ſecerni ex arte priora illa S.Thomę ſcripta quæ prophana dicta ſunt, & in ſuas claſſes rectè, (hoc eſt, cùm Ariſt. quem ille ſequitur) redigi poſſe videntur. Et primùm quidem ea, quæ ad facultatem diſſerendi pertinent, in vnam ſeriem omnia cooptentur: neque enim aliarum, quas recenſuimus, Rationalium diſciplinarum; quidquam huius Doctoris vidi, niſi fortè in alijs eius libris poſitum licèt Campanus quędam, ſed falſus (opinor) cōmemoret. Deinde autem ea, quæ ad Philoſophum naturalem: Tertiò loco autem illa omnia, de quibus diſſerere munus diuini Philoſophi eſt, qui & Metaphyſicus hoc tempore vt frequentius nūcupatur. Quartò denique & poſtremò libri Morales collocari poterunt, quorum quidem, ſicut & aliarum claſſium, cùm quidam ſint explicationes librorum Ariſtotelis, alij verò Opuſcula dicantur (in quibus qui de regimine Principum inſcribitur maximè inter morales eius libellos eminet, & fruſtra Onophrius Panuinus Romæ, num D. Thomæ germanus fœtus ſit, in dubium reuocabat, ita mihi eorum corpora conſtitui poſſe videntur: vt primum expoſitiones, confeſtimque Opuſcula illa, quæ cùm expoſitionibus neceſſitate materiæ coniuncta ſunt, ſingulis in Tomis veluti adglutinata collocentur. Quamobrem primus Tomus Logicalia, ſecundus, & tertius Naturalia; qui ſi plus iuſto grandiores euaſerint, quartus eſt illis præterea aſſignandus, ſin minus, quartus Methaphyſica, complectetur; quintus verò Ethica, Polytica, Oeconomica, hiſque affinia, vt dicebam, Opuſcula. Atque ita fiet, vt ſubiecta materia vniuſcuiuſque Tomi & claſſis lectoribus quaſi in ipſo limine obuia ſit: & Opuſculorum confuſus ille, & impurus codex (nam & eorum Opuſculorum nullus eſt ordo, & pleraque falſo S. Thomæ inſcribuntur) diſtinctionem, & lucem, atque adeò meliorem formam ſortietur, concidet: ac denique nec ad geſtandum

dum erunt Tomi ipsi studiosis, quibus prospicimus, incommodi, & pseudographa seorsum in singulis tomis cum quibus habere necessitudinem vidébuntur, reijci poterunt.

Iam verò in explicando Aristotele totus eò incumbit, vt verba diligenter consideret, eorumque sensa fideliter magis, quàm eleganter exprimat, & Sepiam illam atramentum crebrò effundentem (sic enim prisci Aristotelem nuncupabant) sensimque fugientem, Lynceus ipse & prudens, tanquam Delius quidem natator insequitur, apprehendit, detineat. Quamobrem hiulca explet, complicata aperit, confusa distinguit, mutila farcit; contextum ipsum partitur, distribuit, connectit; discussisque ambiguitatum nebulis, quæ interdum emergere circa ipsum solent, obscura quæque, breuissimè quidem, sed attamen ita illustrat; vt expositoris nomen, nemine penitus dissentiente, obtinuerit. Et cùm à Christiana pietate Aristotelem deflectere, eamque argumentis (vt solet) oppugnare animaduertit; vel fortiter aduersus illum pugnat, eiusque tela retundit; vel certè commodè, & piè (vbi potest) interpretatur, cùm videlicet anceps & ambigua oratio est, & in vtranque partem intelligi potest. Siquidē & Iureconsulti dubia interpretanda esse in meliorem partem, hoc est, reo fauorabiliorem, monent. Quem si recentiores Philosophiæ professores, cùm vel in scholis de sugestu docent, vel Aristotelem scriptis interpretantur, sequuti omnes fuissent, sanctiorem in plerisque haberet Ecclesia faciem; & tot falsis ac perniciosis opinionibus, veluti quibusdam furijs nostra iuuentus imbuta minimè agitaretur. Quod planè vidit, & seruari iussit postrema Lateranensis Synodus. Auerroem quoque, quem ob eximiam eius doctrinam, & in explicando Aristotele diligentiam iamdudum scholæ admirabantur, Commentatoremq; etiamnum appellant; cùm vnitatem intellectus (sequutus Græcos aliquot expositores) statuit; vel creationem oppugnat, vel quidquam promit, quod Religioni nostræ officere posse videatur; ita fœliciter cùm in expositionibus, tùm verò in quibusdam eruditissimis libellis prosternit, vt qui contentione, aut ostentatione ingenij, Auerrois ineptias illas defendendas sibi susceperunt, non semel, veritatis vim sentientes, spicula Thomæ validissima in illum esse confessi sint: & cùm de intelligentia Aristotelis cum eo Thomas (pugnat pugnat autem frequenter) ægrè veritatem discerni posse dixerunt. Quapropter rectè affirmauit Viues, dementiam fuisse illam, quæ Auerroem Aristoteli parem, & D. Thomã superiorem fecit.

Primus igitur Latinorum Thomas fuit, qui tot Aristotelis libros suis commentarijs eo modo illustrauit: de Interpretatione scilicet, & Posteriorum in Logica facultate: Physicorum, de Cęlo & Mundo, de Generatione & Corruptione, Metheororum, de Anima, de Sensu & Sensili, de Memoria & Reminiscentia, de Somno & Vigilia in Naturali Philosophia. Sed & in ea, quam Aristoteles primam atque d uinam vocat, duodecim priores Methaphysices libros (nam posteriores duos vel illa ætas Latinos non habuit, vel esse adulterinos, ac supposititios arbitratus est:) & demum Ethicorum, Politicorum, atq; Oeconomicorum libros omnes accuratissimè exposuit.

Nam

Nam Boetius & Linconiensis nonnisi vnum aut alterum Aristotelis librũ interpretati fuerant. Et Albertus Magnus paraphrastem potius, & sensuum magis, quàm verborum explanatorem egerat, quamuis in digressionibus copiosus admodum sit, & sublimis, & de principatu cum Auerroe contendat. Factumque est omnino percommodè, vt Aquinas alia via progressus (breuiori sanè, & vtiliori), atque Albertus fecerat, Aristotelem interpretaretur: vt haberent Latini in vtroque interpretandi genere, quos imitarentur principes, Albertum videlicet, & Thomam. Excellunt autem commentarij, quos in libros de Interpretatione, atque de Cælo & Mundo edidit. Nam cùm prouectioris esset ætatis qñ illos edidit, mirum non est si propter multiplicem, & certam rerum cognitionem, longamque, & diuturnam Auctoris exercitationem, emineant; quos eam ob rem & morte impeditus imperfectos reliquit. Digreditur enim in illis frequenter, copiosè, grauiter, perspicuè: Alexandrique, Ioannis Grammatici, Simplicij, cæterorumque Græcorum, commẽtarios (ei Latinos redditos ab ijs, quos vel domi, vel foris græcarum litterarum peritos alebat) ex ipsis fontibus, non autem ex Auerrois lacunis, quemadmodum alijs in locis, exhausit. Nam cùm Græcas litteras ætas illa vel contemneret, vel certè non ita magnifaceret, aut etiam negligerat, eas Aquinas vel omnino nesciuit, vel leuiter attigit. Quamobrem in explicandis vocibus Græcis interdum vel hæret, vel fallitur: vt in quadam præfatione commentariorum eius de Generatione, insignis Philosophus, ac Theologus frater Sixtus Medices præceptor meus ac omnium genere laudum cumulatissimus paucis lectorem submonuit: & mundi censor Erasmus, in adnotationibus in nouum Testamentum, multis verbis (inurbanè profectò) traducit, atque exagitat ita enim seuerus, seu potius sæuus in plerosque pios ac sobrios auctores Erasmus extitit, vt omnia in vnoquoque, numeris omnibus absolutissima, requireret; nec aliquando, aut quod in tergo esset manticæ suæ viderit, aut bonum Homerum dormitare (quod dicitur) pateretur. Atqui ille ut multis rõnibus consequor, maiori cum laude exiguos, quosdam, & leues Aquinatis Hilarij & aliorum Patrum næuos præterijsset; aut certè, si tantummodo tanquam porrecto indice adnotasset, nunc verò illis exagerationibus & amplificationibus, qd effecit? quid assequutus est vir alioquin eruditissimus & nobilissimo acerrimoq; ingenio præditus? quanquam non hâc tantum ob rem sed & multò magis quia plus nimium temerè ac frequenter orthodoxæ doctrinæ aut repugnare, aut etiam illudere visus est eius, nunc scripta male audiunt, & maiorum decreto vetita sunt, sed quantum nunc pertinet ad institutum nostrum, ipse profectò vtranque professus linguam, adnotationes in nouum Testamentum deprehensus in errore, septies, aut octies instaurauit; & Vallam, Orbis censorem, atque Iacobum Fabrum, uirum doctissimum sæpissimè arguit: vt suo periculo, & horum literatorum hominum exẽplo Theologis viris doctissimis aut parcere debuerit, aut mitius profectò cum eis agere.

Itaque huic incommodo cùm vellet mederi Aquinas, magnaq; luce ad intelligentiam auctorum carere eos intelligeret, qui à linguis essent destitu-

ti,

ti, acinopes; Græcæ linguæ eruditos senior consuluit, eorumq; opera in vertendis Theologis, & Philosophis vsus frequenter est: vt illius incredibilem in exquirenda veritate laborem & summam industriam vbiq; intelligamus.

Porrò vt intelligant omnes, quanti illius in Aristotelem explicationes fecerint præclari Philosophi, qui multis annis in splendidissimis Gymnasiorum cathedris interpretantes, & suas commentationes subinde domi litteris mandantes, intimos quosque & penitissimos Aristotelis recessus perscrutari visi sunt, nunc eorum verbis ostendere aggredior. Etenim Suessanus, ita alicubi scriptum reliquit: *Ex his bonæ litteræ in Latinos migrarunt, inter quos Thomam Aquinatem nostrum inueni; cui meritò iura exponendi concessa sunt. Hunc habemus non modò in his Physicis commentationibus, sed in omnibus alijs fidum ducem, cui etiam non sine causa nomen expositoris tributum est. Illo enim (pace expositorum Græcorum dixerim) curiosior, aut vberior, aut (quod rarum est) clarior inuentus est nemo. Vnde, meo quidem iudicio, omnis Latij, omnisq; Philosophiæ decus semper habendus est.* Sed & alibi ita (ne putes illum mutasse sententiam, quam alioqui tanquam Euripus quidam, mutare frequenter solet.) *Sensum verborum Aristotelis verum, inquantum potero, assignabimus, non recedendo à Græcis expositoribus, Themistio, Simplicio, & Alexandro: aliquando cum Latinis interpretibus, præsertim cum D. Thoma, qui, pace cæterorum dixerim, dilucidè Aristotelis libros interpretatus est, nec eius commentarios minoris facio his, quæ Græci scripserunt, vt rectè intelligenti patet.* Petrus autem Pomponatius in toto orbe celeberrimus hunc in modum. *Quapropter opinio recitata D. Thomæ, omnium Latinorum, sententia mea, maximi, immo fortassis non minoris aliquo Aristotelis expositore, siue sit Græcus, siue sit Arabs, siue cuiuscunque sit, omnibus est præponenda, cum & rationi & auctoritatibus concordet.* At verò Marcus Antonius Zimara. *Nam vbi est discordia in Philosophia inter Auerroem, & Thomam difficile est videre veritatem.* Addam & M. Anto. Flaminij verba, hominis elegantioris doctrinæ & ornatissimi.

In hoc genere apud Græcos floruere in primis Basilius magnus, & duo Gregorij, Nyssenus alter, & alter Nazianzenus; apud Latinos multi quidem, sed ante omnes, sine vlla controuersia, Thomas Aquinas, vir sanctitate morum, & litterarum gloria præstantissimus; qui profectò si disciplinam Aristotelis contempsisset, pulcherrima illa monimenta nobis non reliquisset, quæ tendentibus ad cognitionem sapientiæ, splendidissimum lumen præferunt, atque in sacrarij rerum Diuinarum abdita & penetralia tutò, ac facili itinere perducunt. Sebastianus autem Foxius Morzillus nobilissimus sanè Platonis interpres, hunc in modum: *Addam his D. Thomæ Aquinatis, viri in primis sanctissimi, argumenta, quibus eandem immortalitatem tueri, ac penè demonstrare mihi videtur.*

Scripsisse autem commentationes suas in Aristotelem, dum sub Vrbano IIII. magna auditorum frequentia Romæ profiteretur, Ptolomæus Lucensis, qui Neapoli eius auditor, atque à confessionibus fuit, in sua Historia scribit, quam & in Vaticano, & apud Cardinalem Vitelium Romæ

frequentes

frequenter legi. Libellos autem, qui de Dialecticis, deque Philosophicis agunt, ait, neque vno loco, neque eodem tempore edidisse. Nam permultos eorum, cùm esset doctor, nonnullos verò anteaquàm insignia illi darentur composuit: cuiusmodi fuerunt, omnium subtilissimi, & pulcherrimi de Ente & essentia, & de Principijs naturæ. Quorum priorem viri grauissimi plures Latini, & Græci (nam Græcè quoque redditus est) peregregijs commentarijs, & subtilissimis disputationibus exornarunt, posteriorem ego semper sum admiratus, & Philosophiæ naturalis librorum, (præsertim autem qui de Physico auditu sunt,) Clauem appellare, cùm in scholis profiteret, solebam. scripsit autem vtrunque prope adolescens viuacissimo ingenio, & eruditione incredibili.

Sed iam his enumeratis, ad eius Theologica monimenta, quæ longè præstantiora, & plura philosophicis sunt, me cõuerto: eaq; in tres maiores classes methodo & ordine distribui, suoq; loco protinus in minores diduci, & sigillatim expendi posse existimo. siquidẽ vel sunt explanationes sanctarũ Scripturarũ, vel sunt commentarij in insignes Theologos, vel proprio Marte ab eo meditata, & edita. Hanc autem postremam ita partiemur, vt illa primùm proponamus, quibus dedita opera Catholicæ fidei hostes grauissimè oppugnat; subinde reliqua, quibus eandem Christianam pietatem explicat, & tuetur. Primam quoque in duas commodè (ni fallor) diuidere possumus. Nam & veteris, & noui Testamenti aliquot libros scriptis suis, tanquàm Euangelicus ille Scriba doctus, elucidauit: cùm eos de suggestu sui temporis homines antea edocuisset. quamobrem aliæ eius reperiuntur enarrationes in vetus, aliæ in nouum Testamentum.

Et quidem, quod ad vetus attinet, scripsit in librum Iob, in vnum & quinquaginta Psalmos, in Esaiam, in Hieremiam, eiusque Trenos; &, cùm febri laboraret propediem moriturus, Cantica Canticorum, efflagitantibus & excipientibus monachis, ad quos diuerterat, breuissimè, & veluti per transenam attigit. Sunt autem non contemnendi auctores, qui lucubrationes eius in Esaiam, præ reliquis hisce suspiciunt, semelque Petrum Primarios Apostolos abstrusioris cuiusdam loci interpretes habuisse scribunt, vt mihi proinde F. Adamus Sosbout, vir alioquin pius, & insigniter doctus, displiceat, cùm eos commentarios vel ambigit, vel etiam contendit non esse Aquinatis quanquam mihi scripta eius in librum Iob, maximè ac præ alijs placent: sunt enim interioris, & reconditæ vtriusque litteraturæ tum secularis, tum sanctæ referti ssima, sunt numeris omnibus absolutissima. Et quamuis primus ille inter Latinos non fuerit, qui librum illum ad litteram explicauerit (quod tamen D. Antonino visum est, cui nec Beda, nec Hugo Carrensis Cardinalis, nec Albertus Magnus Thoma antiquiores, cùm hæc scriberet, in mentem venerunt) est tamen is, (vt ego quidem sentio) qui antiquioribus copia, & diligentia anteponendus sit: & quẽ Lyranus, Dionysius, recẽrioresq; omnes suis scholijs, paucis exceptis, fermè cõpilant. Interpretatus subinde est Euãgeliũ Ioãnis (vt ad nouũ Testamẽtũ ꝓgrediamur) & Epistolas D. Pauli oẽs, & seorsũ deinde duobus libellis Orationẽ Dominicam, & salutationem Angelicã. Sed & cùm Vrbanus
Pontifex

Pontifex ex veterum commentarijs luculentius sibi, vniuersæq; Ecclesiæ Euangelia explicari vehementer cuperet, demandassetq; D. Thomæ Matthæum, & Marcum, Diuoq; Bonauēturæ Lucam, & Ioannem, tanquam ijs quorum doctrina & sanctitas in Ecclesia maximè elucerent; & Seraphicus Doctor delatam sibi prouinciam, ob præfecturam supremam Fraciscanæ familiæ, quam gerebat, explere impeditus nequiret: ea omnia Aquinas ita venustè & grauiter quorundam patrum Græcorum, & Latinorum verbis elucidauit, vt cum admodum plures illi sint, qui citantur, si nomina tamen ademeris, non admodum ægrè vnius dumtaxar auctoris lucubratio videri possit: quod opus, Græcos nonnullos, atque Latinos imitatus Catenam auream commoda & apta inscriptione vocauit. In quo vtrū magis admireris, laborem videlicet, an iudicium, nondum satis exploratum habeo: superat enim & vincit vtrunque cogitationem omnem. Squalebát primæ notæ, & auctoritatis Patrum in sanctam Scripturam commentarij; & manibus studiosorum nequaquam (sicút ætate nostra planè beatissima fit) euoluebantur; vel quia eorum plures Græcas litteras ignorarent; vel quia codices ad manum pararos, quòd venirent carius, & studiosis obuij non essent, non haberent; vel quia Patrum prolixitatem, (fusiores enim veteres sunt & populares) ad alia festinantes fastidirent. Eos Aquinas impiger excussit, detersit, euoluit; eorumque nonnullos, vel paternis sumptibus, vel Principum, & amicorum liberalitate, loqui Latine fecit; quodq; ei peregregium & illustre ad Euangeliorum intelligentiam visum est, celeri, & præstanti iudicio, ex omnibus hinc inde veluti sedula Apis selegit, & fœliciter conglutinauit. Circunferuntur in Matthæum. quoque, & in Epistolas septem, quas Canonicas vocant, atque postremo in Apocalypsim commentarij, siue expositiones, eius nomini inscriptæ, quarum aliquot quaterniones, earum scilicet quæ in Matthæum, ego adolescens, cùm Veronæ in Cœnobio Sanctæ Anastasiæ Religioni, & litteris operam darem, deprehendi esse fratris Petri Scaligeri, ordinis nostri, & Veronensis Episcopi; cuius scripta in communi Bibliotheca seruabantur: & paulò post, veluti repetundarum reum admonui magistrum nostrum, & præceptorē meum clarissimum fratrem Bartholomæum Spinam, qui id opus omnium primus typis in vulgus dederat, quòd lectori factum non indicasset. Verùm hi commentarij, quos modò enumeraui, nec stylo, nec diligentia cum alijs huius Doctoris conferri possunt, nec à sectatoribus, alumnisque Thomæ antiquioribus citantur (quod viderim) vt pluribus coniecturis eos, vel nō esse veros fœtus Aquinatis nostri hæsitare liceat, vel certè eum nō supremam illis manum imposuisse. In Ioannem autem, & in Epistolas D. Pauli omnes ipsissimus (vt Plautino vocabulo vtar) vbique est, hoc est, diligentissimus, & locupletissimus: omnia partitur, connectit, perpendit; atq; ita densus est in citandis sacris litteris, & locis consimilibus, addens præterea numeros sectionum, quas capita nuncupamus, vt quiuis Theologorū alius; & perinde acsi earum indicem (concordantias nostri vocant, Hugonis Cerrensis, Cardinalis opus (teste Platina) ob oculos cùm dictaret iugiter habuerit. Quod quanquam habere speciem ostentationis quandam, rebusq; caliginem

Sed & nuperrimè pdiit expositio sup Genesim eius nomini inscripta, quę mihi addititia pfecto videtur.

nem inducere; dictionis cursum impedire; & ingenij nonnihil detrimenti adferre Aristarchis quibusdam, rimosæ & perfluentis memoriæ hominibus videatur: fuerunt tamen, nedum seculo Aquinatis (nam hoc ille prorsus cum eius ætatis scriptoribus commune habuit) verùm etiam florentissimo nostro, qui syluam illam consimilium locorum, & numerorum vehementer probarent; quòd lectori veluti ad manus collectionem Scripturarum; quæ certissima clauis est, ad eas intelligendas, exhibeat; segnesque, & oscitantes ad inuestigandas (quæ à D. Hilario, & cæteris præstantissimis viris tantopere exiguntur) non modo inuitet, & alliciat; sed etiam sua quadam importunitate vrgeat, & extimulet; habeatque studiosus in promptu, vnde Scripturarum sensum possit verius referre (quod idem Hilarius munus esse optimi interpretis dixit) quàm afferre: sed nihilominus maneat suum vnicuique pulchrum. Vbi verò lectionem geminam habet, vtranq; confert, vtranque interpretatur; sed & crebrò digreditur, moxq; reuertitur; loca, quæ in speciem pugnare inter se videntur, magna cum perspicuitate conciliat; difficultates tollit; & veterum placita, vbi dissentire videntur, in medium, quod explanatoris officium est, integra fide affert. *Commentatorium*, inquit D. Hieronymus, *Officium est, aliorum explanationes differere; quæ obscurè dicta sunt, plano sermone manifestare; multorum sententias replicare, & dicere, hunc locum quidam sic edifferunt, alij sic interpretantur, & sensum suum, & intelligentiam his testimonijs, & hac ratione nituntur firmare; vt prudens lector, cùm diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda didicerit, iudicet quid verius sit; & quasi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.* Sed superuacaneum puto testimonijs, vel exemplis hoc loco ostendere, sanctum nostrum Doctorem Hieronymi hunc pulcherrimum canonem, & vsu eorum omnium receptum, qui sacros, vel prophanos auctores cum laude explicauerunt, seruasse: quin potius transibo, vt institui, ad secundam classem.

Commentationes scripsisse fertur in librum Dionysij Ariopagitæ de Diuinis nominibus: eas ego cùm nō legerim, nec de illis, quid dicam amplius habeo. Quas verò in acutissimos & doctissimos Boetij libellos de Hebdomadibus, deque Trinitate conscripsit, studiosi omnes plurimi faciunt; præcipuè autem illas, quæ in librū de Trinitate extant. Siquidem in libro de Hebdomadibus aridior est, vt mihi sanè videtur: nam solis partiendis, & declarandis auctoris verbis (neglectis videlicet disputationibus) perpetuò incumbit. In eo aūt de Trinitate mirum est, q̄ est fœcundus q̄ est perspicax, & Diuinę pariter ac humanæ philosophiæ diues: Etenim sex qōnibus quas sex vnionibus Orientalibus insignioribus longè præfero, integrum opus absoluit. At verò qui in librum eiusdem Boetij de Consolatione commentarij eius nomini inscribuntur, Thomæ non sunt, sed alius Dominicani: vt ego ante annos viginti, in Cydoniensi sancti Nicolai eiusdem ordinis Monasterio, vetustum nactus codicem (nominis quanquàm Auctoris oblitus, & patriæ) me legisse memini: & stylus omnino consentit. Nā & cùm eruditissimi permulti huius nominis fuerint, facilè aliorum auctorum monumenta huic nostro, qui tanquàm Sol inter Doctores ha-

Ee bebatur

bebatur in scripta fuerunt vel errore (vt fit) vel illius sectatorum quorundam inepto iudicio, atque imprudenti in illum amore; vel etiam quòd, cùm sanctitatis eximiæ, ac incomparabilis Doctrinæ Thomæ Aquinatis fama totum orbem peruasisset, omnibusque in locis personaret, auctoritasque summa haberetur; & nullus esset, aut secularibus, aut diuinis litteris præditus, qui scripta illius (modò candidus æstimator esset) charissima non haberet, ac vndique conquisita, musæum suum, aut bibliothecam tanto auctore ditari cuperat, & quouis insigni precio non emeret: fecit notariorum auaritia, vt fœtus multorum auctorum Aquinati supponerentur; vigiliæque, & labores multorum vni Thomę ascriberentur. Quod Aristoteli quoque euenisse, cùm celeberrimam illam bibliothecam Ptolomeus institueret, scriptores plerique omnes testantur: etenim & flumina ad mare properát, & omni habenti dabitur. Sed longè execrabilius est, quod nequam, & scelesti homines quidam, vel ad Thomæ auctoritatem eleuádam (quòd videlicet alibi eum docuisse aliter, & contrariè constaret) vel, vt ego quidem arbitror, ad suam aliquá opinionem, quæ in controuersiam verti soleret, tanti viri testimonio fulciendam, & comprobandam egerunt. Nam eius scriptis alicubi adulterina quędam inseruerunt, cuius rei causa Stephanus Vsus maris, Generalis Magister Ordinis Prędicatorum prudétissimus, & doctissimus, me auctore, publico iudicio Venetijs coram Archinto Episcopo Salluciarum, & nuncio Apostolico Typographum quendam semel conuenit, & alibi rem totam pando.

Huius quoque rei illustris C. Iustinianus testis.

Sed vt eò, unde nostra deflexit oratio, reuertamur, exposuit quoque subtiliter & copiosè duas Decretales dogmaticas, in celebri, frequentique Synodo Lateranensi sub Innocentio III. decem circiter annos antea quàm nasceretur, editas. Cumque Petri Lombardi opus, quòd Sententiarum inscribitur, gymnasia, eruditique omnes pręstantissimum in Theologia esse communi consensione arbitrerentur ac de suggestu in scholis interpretaréntur, & pręconijs attollerent, Thomas quidem Iuuenis suis commentarijs, & disputationibus antea latissimè; deinde uerò ętate prouectior, Anibaldo Cardinale magnopere efflagitante contractè rursum, & pressiùs illustrauit. Vtrunque opus suas meretur laudes: uerùm, quod prius recensui, usuque studiosorum, & manibus notius est, & per excellentiam, Scriptum nominari solet; tanti, ut ego quidem sentio, est; ut frustra, & ineptè Cancellarius Parisiensis, Gerson, Altisiodorensi, Durando, Bonauenturęque primas (prętenito Thoma) in sententiis Lombardi explicandis tribuerit. Nihil enim præaltum, & incomparabile eius ingenium vel præstantis doctinæ, vel solertis industriæ, vel subtilioris artis, vel facundæ memoriæ subterfugit; tanta ex Græcis, Arabibusq; Philosophis, tanta ex Latinis veteris, & noui Testaméti enarrationibus p̄sidia in illis disputationibus cōparat, ea arte, & disserendi ratione progreditur; vt sit Durandus quátumuis acris, acutiq; ingenij, sit D. Bonauentura quátumuis pius, & in explicádis verbis Magistri diligens, Altisiodorésisq; quátumuis doctus & copiosus frustra Thomæ in enodandis Lombardi sententijs aut præferuntur, aut etiam exęquantur: & Durandus, qué pleriq; oés Parisiis, vt audio, cæteris præferút; vbi Thomas silet

filet, vel elingnis certè est, vel admodū ieiunus, & sterilis: & cùm à Thoma recedit (recedit aūt nō rarò) in Syrtes, ac vortices rapida vertigine ruit. Sententiarij verò posteriores, quorum plures esse cumulatissimis laudibus extollendos ego & fateor & contendo, quemadmodum frequentissimè Thomæ aquam in suos alueos deriuant, & semina ex eo mutuantur, quibus vberrimas fruges demetere solent (vt ille propterea cum Samsone meritò eos sic compellare possit, *Nisi arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam*) ita sponte sua, Gersonem, censuræ illius iniquæ, atque præposteræ rogati sententiam facilè redarguerent. Verùm enim verò eruditos non latet, cur Doctrinam Thomæ Gerson ille male interdum tractarit, tantumque Solem sideribus interpositis obscurare, ac à nostris oculis amouere conatus sit. *Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*.

Progrediamur autem ad postremam classem, in quas eas lucubrationes primùm statuebamus, quas aduersus Christianæ pietatis hostes, fortiter scripsit: in quibus est libellus ad Vrbanum, Pontificem contra errores Græcorum, insignis, & hisce calamitosis temporibus, in quibus neoterici in vtranque partem vehementer peccant, admodum opportunus: Etenim aut ingrati, ac temerarij Sanctorum auctoritati detrahunt, aut in efferendis illis modum imprudentes excedunt: at verò eo opere D. Thomas piè, & circumspectione adhibita, interpretari procerum Patrum sententias docet, nec temerè de eorum sensu iudicare: rursumque eos nec esse, nec dici posse Patres fidei (quod nihilominus Thomas Vualdensis alicubi testimonijs Augustini, & Bedæ non rectè intellectis dici posse existimauit): id enim Christi Saluatoris nostri epitheton esse, sed expositores magis, atque doctores, & in priori parte Summæ, quantum illis tribuendum sit, luculenter ostendit. Libellum hunc confestim alius sequitur, qui contra Græcos, Armenos, & Sarracenos ad Antiochenum Cantorem inscribitur, quo crassam, & planè absurdam earum gentium, de Trinitate diuinarum personarum, de Incarnatione, & morte Domini, deque quibusdam alijs dogmatibus nostris intelligentiam, plana & diserta doctrina refellit. Sed libelli illi duo, quorum altero retrahentes ab ingressu religionis, altero impugnantes religionē redarguit, tāta sunt eruditione, copia & subtilitate referti, vt nōnisi acuratissimè euoluēdi sint, & magno studio legēdi. Ardet.n. profectò sanctissimus Doctor, in eis, tonatq; aduersus impios, ac fulgurat. Queādmodū etiā fecit in grauissimo illo opere, & numeris oībus perfectissimo, quod in quatuor libros partitū, aduersus Gentes ꝓ religione nostra edidit: ita.n. fortiter, & copiosè cū impietatē Etnicā euertit, tū pro veritate orthodoxæ fidei pugnat, vt ausim profectò absq; alicuius iniuria affirmare veteres oēs, qui plures, & grauissimi viri fuerūt, magno interuallo ab Aquinate nostro in eo volumine doctrina, & ingenij acumine superari: quanquàm orationis nitore, & ornamentis lōgè illis inferior delicatiorib. hisce Latinę linguę studiosis videtur. Hieronymus Apologeticū Tertulliani, libellumq; Cypriani de Idolorū vanitate, atq; Lactātij Institutiones iustis præconijs effert. *Quid* (iquit) *Tertulliano eruditius? quid eo acutius? Apollogeticus eius, &*

contra gentes libri cunctam seculi obtinent disciplinam. Et de Cypriano ait. *Cyprianus, quòd Idola Dij non sint, qua breuitate, qua historiarum omnium scientia, quorum verborum, & sensuum splendore perstrinxit?* Et de Lactantio: *Quis mihi interdicere potest, ne legam Institutionum eius libros, quibus contra gentes scripsit fortissimè?* Facturus quid, rogo, si Thomæ volumina hæc legisset? Liceat illud Tertulliani hic vsurpare. Si tanti vitreum, quanti verum Margaritum? Confer vir eruditissime argumēta quibus toto illo opere Thomas aggreditur Ethnicos cùm illis, quibus in eosdem pleriq; veteres vsi sunt, & facilè num iudicium me fallat intelliges. Perspicies profectò illos veluti in puluere, Aquinatem autem in Adamante scripsisse, hoc est, verius ac præ cæteris æternitati id opus commendasse. Excipio nihilominus D. Aug. libros de Ciuitate Dei, qui sanè & ipsi nulla verborū magnitudine, nulla orationis amplitudine, & eloquentia dignè laudari queunt. Quamobrem Petrus Pomponatius Philosophorum suæ tempestatis nemini secundus, & qui ad dissoluendam Christianæ vitæ disciplinam, corrumpendàmque iuuentutem edidisse de animæ nostræ mortalitate libellum quendàm creditus est, vim & splendorem earum rationum, quibus eo opere Thomas euincit, Christianos nequaquam leuibus coniecturis, vel inanibus argumentis, quinimmo validissimis, & grauissimis rationibus ductos, cælesti doctrinæ assentiri, admiratus ab vnguibus (vt aiunt) leonem, dixit; *Aquinatem esse sine dubio lumen Christiani nominis*. Sed & Ioannes Baptista Egnatius, ciuis meus, qui Venetam Iuuentutem multos annos tum de suggestu docendo, tum scribendo, in bonis litteris egregiè instituit, cùm id opus accuratè euoluisset. *Tanti*, inquit, *semper Aquinatis Thomæ auctoritas in omni scriptorum genere fuit, is tuendæ augendæq; Christianæ pietatis ardor; ea vitæ puritas, ac sanctitas: vt à Diuis Petro, & Paulo, reliquisq; nostræ religionis heroibus; a ut primus, aut si quis non facilè hoc concesserit, vt non primum eum censeat, nulli saltem primi post Petrum, ac Paulum, omnes cum Thoma secundi numerari debeant*. Et paulò inferius: *Ille igitur Aquinas cùm infinita alia ingenij fœcundissimi, ac felicissimi munimenta reliquit, quæ in vsum Christianæ pietatis elaborauit, tum hoc ipsum quod contra Gentes, seu mauis contra Gentiles, inscripsit: quod opus ad multorum veterum exemplum cōscriptum, sic facilè excellit, vt nec Græci, nec nostri, quicunque in hoc curriculo desudarunt conferri cùm Thoma possint. Scripsit contra Gentes egregium olim volumen Tatianus, scripsit Apollinaris Laodicenus, scripsit hoc penè argumento Septimius Florens Tertullianus Apollogeticum, scripsit denique suas Firmianus Institutiones, vt omittam innumeros alios: qui omnes, si cùm D. Thoma comparentur, oleum & operam perdidisse videri possint*. Hem potuit tantum opus verbis disertioribus, aut magis illustribus à commendatissimo viro commendàri? D. etiam Antoninus, ita dè eo scriptum reliquit, & qui contra Gentes volumen id Aquinatis legerunt, facilè assentiuntur, quòd, cùm in edendo eo opere Thomas parturiret, visus ita plerunque in contemplatione sit, vt abalienatus, ac planè seiunctus ab externis sensibus, & corporea mole videretur. Primo libro agit de Deo, deque attributis, vt loquuntur, & perfectionibus.

bus illis, quas, vti Dominus est, sibi vendicat. Secundò, de emanatione creaturarum & de affectionibus, ac distinctione earum; præsertim autem Substantiæ intellectualis, circa quam (quod ea omnium præstantissima sit,) fusius versatur. Tertiò, docet quo ordine, tanquam recursu, & circulo quodam, vniuersa, ipsaq; imprimis Natura intelligens, in eundem suum Opificem, & finem reuertitur. Quartò autem de supereminentissimæ Triadis, incarnationisq; filij Dei, & Sanctorum signaculorum mysterijs, quibus Ecclesiam suam sanctificari, & ab impiorum cõuentibus secerni voluit, deq; finali nostra Resurrectione, & Iudicio, Mundiq; subsequuturo Iudicium statu, ita tractat, vt non cum pomilionibus, hoc est, cum Poetis & fabulosis scriptoribus, aut cum indocta multitudine, quæ nugis, & deliramẽtis anilibus niti solet; quæ omnia, vt falsa, ineptaq; esse viderentur, satis fuit Lactantio, Arnobio, Theophylo, Tertulliano, Taciano ea exposuisse; verũ cũ Gigantibus, hoc est, cum eruditissimis & acutissimis Philosophis, tum Hæresiarchis in vtraq; philosophia versatissimis, qui suis cauillis & imposturis montes tollere, & cœlo velle formidinem incutere videbantur; cùm his inquam, cominus manus conseruit, ipsorumq; armis illos strauit, ac iugulauit. Cumq; hoc vitio laborare ex nostris, qui in aduersarios scribunt, cõplures inuenias, quo Manichæos laborasse ad Honoratum Augustinus scribit; (frigidiores enim sunt & languidi cùm nostra tuentur) at verò in explodendis alienis acres, & robusti, Aquinas nullum semper nõ mouet lapidẽ, & non magis disertus, & copiosus in refellendis aduersariorum mẽdacijs & imposturis est, quàm in tuenda cõprobãdaq; Christiana pietate firmus, certus, & diligens. Seruauit.n. prudentissimus vir, quod se Augustinus seruare alicubi significauit ipsaq; egregia in alios differẽdi ratio postulat: *Vt separatis nugis locorum communium* (Augustini hæc verba sunt) *res cum re, causa cum causa, ratio cum rõne confligeret.* Et cùm ex nostris permultos reperias, qui studio tuendæ veritatis aduersus illius hostes, aliqñ in alteram, & contrariam partem plus nimium improbitate aduersariorum commoti declinãt, hunc tñ semper vnã sequi Orthodoxam pietatẽ inuenies, nec aut disputationis calore, aut quod plus nimium ad victoriã contendat, vel latum vnguẽ ad dexteram vel ad sinistrã deflectere. Obiecit Lactantius Cypriano (& vt mihi quidem videtur doctè & grauiter) ꝙ Demetrianum Prophetarum, atque Apostolorum testimonijs, quæ vir prophanus, quẽadmodum Ethnici omnes futilia, nulliusque ponderis esse existimabat, aggressus fuisset; & non magis Poetarum, atque Philosophorum, quorum ille auctoritatem suscipiebat, vsus esset: in quem quoque scopulum Ioannes Grammaticus Tritheitarum præfectus, cùm Aristotele pro religione nostra congrediens non semel illisit. Quamobrem augustissimam illam, & sacrosanctam temporis, & geniture mundi narrationem, quam vertex Prophetarum, Moses, sub initium libri Genesis recenset, Simplicius Philosophus, qui pro Aristotele Philopono respondet, fabulosam traditionem, & quæ ab Aegypriorum nænijs originem duxerit, incesto & sacrilego ore vocauit. Longè ab hoc errore abest Aquinas: etenim non nisi argumentis, quæ naturæ luce pendent in Ethnicos pugnat,

quorum plerisque eos vel inuitos assentiri cogit:quod quantum ferat materia certissimę demonstrationes habeantur, Hæreticos autem qui Scripturas sanctas se recipere profitentur, earum præcipuè testimonijs reijcit, ac illorum seditiosa thuribula in laminas tanquam de mandato Domini, protrahit,& ad altare adhibet; hoc est, esse illa falsa & impura diuinis oraculis conuincit. Sed & vt Catholicis ostenderet, quàm sit sacræ Scripturæ affinis,& arcta necessitudine humana ratio iuncta;quod illis neque leuem, neque contemnẽdam afferre voluptatem solet; in calce capitum libri Scripturarum loca,quæ instituto eius fauent,copiosè adducit.

Sed ad postremam monumentorum eius classem alia quædam attinere dicebamus, in quibus sunt problemata miscellanea,quæ duodecim,vt Parisienses appellant,Quodlibetis eruditis,& facili breuitate enucleatis omnium primus edidit,atque diuisit.Et subinde disputationes, quas cum doctissimis viris in templis, inque Gymnasiorum scholis congrediens (excipientibus fortè notarijs, quod antiquorum Patrum tempestate fieri solebat) meditatus est. Sunt autem inscriptæ, Quæstiones de potentia Dei,de anima,de virtutibus,de Malo,deque spiritualibus creaturis. Quæstiones disputatas vniuersum corpus appellant. Id dixeris manum quandam in quinque pulcherrimos digitos partitam: opus varium est,subtile,floridũ, & copiosum, ita, vt nusquam alibi sic disertè & copiosè loqui auctor videatur.Sunt autem illius sectatores quidam,qui hoc volumen cæteris eius scriptis præstare censeant,& laudare nunquam desinant : quod, vt ego nõ improbo,ita lõgè mihi magis probari Summam Theologiæ fateor. Cuius operis augustissimi præstantiam, si mihi sint linguæ centum, oraq; centũ, si cuncta corporis mei membra vertantur in linguas, & omnes artus humana voce resonent,nec plenè narrauerim, nec dignum aliquid eius magnitudine & maiestate dixerim. Res quæ tractantur Diuinæ sunt; sententiæ sublimes, doctrina constans,& subtilis; stylus breuis,& nitidus; ordo pulcherrimus, methodus verò incomparabilis. Ita enim quæsita inter se nectit,vt aliud ex alio,posterius ex priori,instar catenæ,pendere,& lucem, ac robur accipere videantur. Quamobrem ex notioribus semper progreditur,hoc est,ex antea expositis,& constitutis; omnia suis locis collocantur; nullas inanes repetitiones ibi reperias; nihil præposterum; nihil superuacaneum,& redundans; nihil mutilum,& concisum;ita,vt nimia breuitas obscuritatẽ parere possit. Si peregregio, & perillustri volumini huic quicquam addideris,monstruosum : si ademeris mancum, & curtum; si inuerteris distortum,atque deforme, eruditorum omnium consensu efficies. Quare & Dionysius Carthusianus non ita pridem & nuper quoque Episcopus quidam egregiè doctus frustra (vt ego quidem sentio) contrahere id opus conati sunt: corpus enim quoddam manibus, pedibusq; fermè detruncatum mundo spectandum exhibuerunt, Seruat autem, vt frequentius,subtilissimũ,ac pulcherrimum hoc artificiũ in collocandis argumentis,quæ de more pro falsa opinione tanquam in vestibulo percunctationũ, quas articulos vocat,afferre solet,cuius neq; apud veteres, neq; apud recentes auctores simile adhuc ego inueni:quod (vt arbitror) Dionysium & Episcopum

scopum illum oĩno latuit. Etenim argumentum,quod in aciem secundo loco instruit,ita dispositum est,vt nedum oppugnare directè possit ipsam veritatem, quam in corpore docet,& conclusionem appellat;sed eã quoq; responsionem,qua nititur dissoluere argumentum primum,& rursum ita tertium disponit,vt solutionem,quam ad secundum affert tanquam replica,vt loquuntur,infringere posse videatur;vt non tam noua argumenta,q̃ replicationes aduersus responsiones argumentorum (si penitius tamen,& vt dicitur,ad viuum vsque materiæ corpus resecaueris) secundũ, & tertiũ esse deprehendas,ac proinde in solutione vltimi argumenti sita fermè esse soleat absoluta totius veritatis cognitio,vt si Doctoris subtilis epitheton alicui cõcedendũ sit,ante Scholasticos oẽs,& præ illis omnibus subtilissimus omnium Thomas,siue artem spectes,siue iudicium & acumen nominandus sit. Et poterat profectò Cardanus iustissimis argumẽtis hunc commendare à subtilitate,ab ingenio & arte, & parem ei concedere locum (qñ noluisset superiorem dare)cũ clarissimis illis,aut decem,aut vndecim Auctoribus quos multis præconijs & meritò quidem celebrat,lib.16.de subtilitate.Quinimmo & cũ Ptolomęo Alexãdrino,Hippocrate,Coo, & Plotino,quos supergressos esse,ait,humanas vires,ac propiores fuisse cuipiam diuinitati,sed si versatus Cardanus in huius Doctoris scriptis fuisset in nostram vltrò(vt existimo)concederet sententiam.Itaq; vt ad summã D.Thomæ reuertar rapit me amor, quo in diuinũ opus à primis meorum studiorum annis feror,vt de eo latiùs & particulatim scribã;viamq; ad eas quas in eo illustrãdo adnotationes parturio,& quarum etiam causa de hoc præstantissimo auctore nunc scribere aggressus sum,excursione hac simul muniam,atque complanem.

Summa, Latina vox est, à priscis recentioribusq; Latinis auctoribus vsitata: & quemadmodùm peritiores ante nos obseruarunt,collectionẽ quandam,siue contractionem significat,quæ cùm esse possit: vel numerorũ, vel sententiarum,vel aliarum rerum, fit,vt Summa numerorum,Summa sententiarum,& hmõi dicere Latinè,& eleganter possimus. *Circunspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis* (inquit Cicero) *summam feci cogitationum mearum omnium*, hoc est, collegi, ad certaque capita contraxi cogitationes meas omnes. Proinde,quia collectio omnis,& cõtractio angustia quædam & breuitas esse videtur, connotat (hæc vox) breuitatem, & angustiam quandam. Vnde formulæ illæ loquendi ortæ sunt, ad summam dicere, loqui in summa,& huiusmodi; quæ significant breuibus, paucisque complecti nos velle ea, de quibus verba facturi sumus. Plinius,atque recentiorum pleriq; *cõpendium* interdũ vocarunt: quamobrem & ab eruditis quibusdam redarguũtur, tãquam qui à proprietate, & genuina significatione vocis deflectere videantur: quod apud præclaros auctores, vt aiunt, *compendium facere*, sit facere lucrũ: queadmodũ *facere dispendium*, pati dãnũ. Sed relinquamus Grãmaticis rei huius iudicium: Theologis profectò, atq; Philosophis,qui crebrò longius,q̃ Grãmatici prospiciunt,frustra hæc obijciuntur. Siquidẽ qui lucrum facit, contractionẽ quandã, & collectionem earũ rerũ,quas lucratur,vt faciat necesse est,q̃ antea dispersæ esse videbant

ac dissipatæ, atq; ideo compendiũ, & summa in eandẽ significationẽ facilè recidunt. Vt igitur fateor Summã vocẽ esse Latiniorẽ; ita vox illa Cõpendiũ non mihi ad idẽ significãdũ dãnanda vr: cumprimis aũt, quia S. Thomas, D. Bonauentura, atq; Albertus Magnus breuiores quosdam de re Theologica libellos hoc titulo ornarunt, & Compẽdia Theologiæ nuncuparunt.

Iam verò ipsa Theologiæ vox, Græca quidem est, sed iamdudum latinitate donata, & nostras effecta, significatq; verbũ Dei, aut sermonẽ de Deo (vtrunq;.n. rectè dici põt: nam & de Deo verba facit, & à Deo profecta est Theologia nostra, hoc est, quam religio nostra docet.) Qm̃ verò, vt ait Cicero, nulla gens est tam fera, quæ, si ẽt ignoret qualem Deum habere debeat, tñ habendum sciat: nullus quoq; extitit vnquã populus, qui Theologiam aliquam non habuerit. Sed vniuersam illam Gentilium non tam Theologiam, q̃ historiam & narrationem veteres, & cum primis Marcus Varo (D. Aug. in lib. de Ciui. Dei teste) in ciuilẽ, fabulosam, & naturalem tãquam in tres nomenclaturas, & classes, partiti sunt. Nostram Theologiam aũt Aquinas quidẽ in Prologo suo in summam, vocat interdum Catholicã veritatẽ, & rursus Christianam religionẽ, ac postremò ẽt sacram doctrinam. Qui sic optime Ioannes? nõ casu profectò, aut temerè, sed hoc (vt arbitror) consilio, vt nos doceret vel hæc oĩa esse vnum, vel certè vnũ consistere sine alio minimè posse: vbi.n. Catholica veritas non est, frustra ibi aut Christiana religio, aut doctrina sacra, aut sincera Theologia quæritur, quemadmodum & Tertullianus olim monuit. Rursusq; vbi Christiana religio est, consequenter sacra doctrina, & Theologia secundũ Catholicam veritatem intelligenda est: ac postremò, quòd Catholica veritas ipsissima sacra doctrina est, & purissima Theologia, quæ Christianam religionem nostram constituit.

Porrò aũt in partes tres, quas Græci Tomos vocarunt, summã partitus est. Primam quarum Naturalẽ, postremã Sacramentalem, mediã Moralem Ptolomeus Lucensis, Sanctusq; Antoninus Archieps̃ Florentinus nuncupauerunt. A quorum tamẽ sñia, vt recedam, vrgens & perspicua (ni fallor) rõ cogit. Etenim nec à natura efficiente, (quæ intellectus nostri lumen est) nec à naturæ obiecto, (quod sensile ipsum est, quod in se motus & quietis principiũ habet) à quibus scientiæ, & voluminũ corpora naturalia dici solent, hoc cognomentum sortiri pars illa potest. Quamuis.n. quædam ibi S. Doctor doceat, quæ Philosophi viuido quodam, & liberali ingenio subtiliter meditati sunt, & accuratè explicauerunt; & quæ Physici sui esse muneris & iuris arbitrantur: alia tamen ratione, atque illi fecerint, ea hoc loco tractauit; nimirum, vt à Deo Naturæ conditore prodierunt, & nobis manifestata, atq; exposita ab eo sunt; & ob id sub formali subiecto Theologiæ continentur: vt proinde certum, & constitutum doctioribus esse possit, has eius lucubrationes Naturales appellari non posse. Sed & si verum amamus, nec tertiam partem rectè Sacramentalem vocare possumus: etenim cùm ẽt de Christo dño copiosè & splendidè, ac præcipuè illa ipsa edisserat, & à subiecto nobiliori soleant voluminum corpora inscribi, Christiana potius quàm sacramentalis dicenda videretur. Quapropter nos tres illas partes nõ posse certo quodã ac speciali noĩe sigillatim nũcupari arbitramur

tramur

tramur, q subiectum præcipuum oĩbus idem sit, specialia verò subiecta in singulis plura sint, quàm vt in aliud cõmune caput à subiecto adæquato cõmodè & venustè redigi possint. Quamobrẽ Summã omnẽ in Præfationẽ (quam ipse Prologum vocat qui breuissimus est,) & Narrationẽ primũ partimur. Narrationẽ autẽ in duas deinceps partes, iu quarũ prima de necessitate, vnitate, præstantia, subiecto, & alijs ad sacram Theologiã spectãtibus, tanquàm secũda præfatione, vnica quæstione quæ prima est, tractat; qua etiã beneuolos, dociles, & attentos lectores sibi facit: In posteriore fęlicibus auspicijs, tãquàm soluta naui, datis velis, in altũ diuinitatis mare se immittit. Nã de Deo quadraginta duabus quæstionibus, quãtum homini fas est, locupletissimè, subtilissimè, & luculentissimè verba facit; sed ita, vt primùm quinq; & viginti quæstionibus prioribus, de his, quæ absoluta à Theologis dicuntur, quæ essentiæ Dei cõueniunt, & ob id tribus psonis Patri, & Filio, & Spiritui sancto cõmunia sunt: quorum pleraq; quadãtenus cõmunicabilia cũ creaturis sunt; & quæ Philosophi etiã Platonici, & Aristotelici lumine naturæ nõ parũ sunt cõsecuti. cõsestimq; de Trinitate psonarum, hoc est, de æterna generatione Diuini verbi, de processione Spiritus sancti, de relationibus diuinis, & proprietatibus, deq; huiusmodi alijs, quæ ad personas diuinas spectant, accuratissimè agit: quæ vt sunt creaturis incommunicabilia, ita Philosophis prorsus inaccessa fuisse etiã ostẽdit. Hanc partẽ 17. quæstionibus sequentibus complectitur, & à Deo in se, ad Deum extra se in eius operationibus externis, & effectibus progreditur. Cumq; quattuor sint huiusmodi operationes, rerum creatio, gubernatio, humani generis redemptio, & glorificatio; rerumq; creationẽ distinctio, & ornatus sequantur, & creaturarum alia omnino spiritualis sit & incorporea, alia omnino corporalis, alia verò vtriusque particeps ac veluti nexus quidã: sic pulcherrimo artificio progreditur, vt primum de creatione, hoc est, de actione, & modo, quo à Deo creaturæ in lucẽ prodiere, tribus quæstionibus agat 44.45. & 46. deinde in 47. de earum distinctione ĩ cõmuni; subindeq; in 48. & 49. de speciali hac earum distinctione, qua passim homines vtimur in bonũ, & malum; & postremo de spirituali creatura, quæ Angelus est, à 50. quæstione ad 64. vsq; vbi de essentia, loco, motu, potentia, operatione, & alijs bonorũ, & malorum Angelorum, qui Dæmones dicuntur, affectionibus perscrutat. Quo peracto, in sexagesimaquinta quæstione de creatura omnino corporali, tãquàm de altero extremo, & superiori opposito, vsq; ad 74. verba facit: quo ĩ loco, primũ libri Geneseos caput, oĩum difficillimũ (hoc est) creationẽ, partitionẽ, & ornatũ corporeę huius molis, quã mũdũ vocamus, eruditissimè explicat. In 75. verò vsq; ad 90. exclusiuè, naturã, & affectiones hoĩs, qui nexus quidã ligamẽtumq; rerũ esse vr, & quod ad aĩam eiusq; facultates, & operationes attinet, ita copiosè, & accuratè edisserit, vt ægrè Arist. libros de Aĩa, & aliorum Philosophorũ ea de re disputationes quis intelligere, aut etiã diiudicare sine Thomæ prçsidio possit. Cùm verò constitutionẽ, & crasim humani corporis diligẽtius discutere Philosophi naturalis, aut etiã Medici magis, quàm Theologi esse videatur, de ea pauciora verba (hoc est, nõ nisi quãtum oportuit fecit à 90.

Quæstionę

quæstione vsque, ad 102. ac ibi quidem & de prima hominis productione, tam maris, quàm fœminæ, ac de statu & conditione vtriusque, quod ad intellectũ, spectat & voluntatẽ quoad corpus, & vitæ conseruationẽ, liberorum procreationem; locumque demum, in quo fælicissimè degebat, qui Paradisus, vt plurimũ dicitur, tractat cumulatissimè. Et cùm hactenus de creationis opere, siue (quod idem est) de effectibus Dei creantis egisset; confestim de gubernatione, qua omnia suauiter regit, & moderatur; deq; illius effectibus, qui varij & multiplices sunt, tã in creatura corporea, quã in incorporea, & media, quæ homines ipsi sumus, ad calcem voluminis vsq; disertissimè & locupletissimè disputat.

Quoniam verò hominis gratia & vniuersa creata fuisse credimus, & æditas sacras Scripturas, vti Paulus admonet (neq; enim Angeli Scripturis indigent, sicut & D. Aug. dixit) iccirco cõsueuere Theologi, viri clarissimi, de hoïe, qui imago Dei est, plura, & ea quidẽ cumulatissima verba facere; tanq̃ videlicet suæ dignitatis illũ etiã hoc modo cõmonefacientes, & ad beneficiorũ, quæ innumerabilia ipse cum naturalia, tum supernaturalia à Deo accepit, recordationem & gratiarũ actionem impellentes: inde effectũ est, vt in secunda parte summæ quam propter eius magnitudinem auctor in duas partitus est, & ob id Primam secundæ, & Secundã secundæ frequenter audis, de homine potissimũ agat. Et hoc profectò quatenus suorũ operũ libero arbitrio (quo præditus est) principiũ est, & potestatem habet. Et quia gratia finis cuncta fiunt, ob id à cõsideratione finis scribendi initium in Prima secundæ cæpit, de quo, primũ quidẽ in cõi disputat, ac postea de eo seorsum, qui fęlicitas & beatitudo nũcupatur, prioribus quinque quæstionibus tractat. Finis enim in moralibus principij locũ obtinet: (inde.n. eorũ quæ aguntur postulari, & afferri ratio solet) quapropter quilibet artifex à principijs auspicatur. Rursum, quia finis obiectum est; & obiecta sunt priora actibus; eapropter de fine primùm, & meritò sanè, verba fecit. Et subinde à sexta quæstione ad 22. de actionibus humanis, hoc est, quæ consultò ac ratione adhibita à nobis fiunt, deq; illas cõsequẽtibus. At verò à 22. vsq; ad quadragesimam octauã tractat de perturbationibus animæ, quas & affectus nostri vocant (Græci πάθη ipse verò, passiones) nobis & brutis communibus. A 48. autem ab actibus tũ homini proprijs, tũ illi cum bestijs cõmunibus, tãquã à notioribus, (vt differendi ratio exigit), ad principia illorum conscendit: Quorũ geminum internũ esse videtur, potẽtia nimirũ, & habitus; alia externa Deus Opt. Max. qui nos perpetuò ad bonũ pertrahit, ac Diabolus generis nostri antiquus hostis, qui eò totus incũbit, vt nos perdat, & à fine supernaturali extrudat. Sed omnino tã potentiã quòd in prima parte de illa copiosè antea tractasset, atq; in 49. quæstione subtilissimã, & prorsus difficillimã de habitibus perscrutationem aggreditur, antiquioribus Patribus vel prorsus incognitã, vel perfunctoriè, & veluti per trãsennã significatã. Quibus primũ in vniuersali examinatis, moxq́, in particulari, nempe ijs, quæ virtutes dicuntur & postremò cũ declarasset quæ vitia sigillatim singulis virtutibus opponuntur vsq; ad octuagesimã nonã quæstionem, mox in nonagesima adornat instructionem de externis

humanarum

humanarũ operationũ principijs. Et pterita Dæmonũ mentione, quòd in priori parte copiosè de illis disseruisset, rursum de Deo ea rõne agit, q cum duplici veluti organo vti videatur ad ducendos, promouendosque homines ad virtutes; legibus nimirum, quibus quid agere debeant, quid ve omittere præscibitur; & gratia, qua iuuantur, vt operibus legũ præceptis respõdeant: primũ de legibus à nonagesima quæstione ad 108. vsque ita pertractat, vt nihil, quod ad illarũ ratione, vim causas, partitiones, & effectus pertineat (quocũq; tãdem noie cẽseãtur, hoc est, siue æterna sit, siue naturalis, siue Mosaica, vel Euãgelica, aut humana, aut membrorũ) desiderare seuerissimus iudex possit. Postremò de gratiæ necessitate, essentia, partitionibus, causis, & effectibus vsq; ad 114. quæstionẽ quæ postrema est, ipse plenus gratia, magna cũ laude docet. Hanc si recẽtiores Ecclesiæ hostes diligẽter euoluerẽt, nõ eas de gratia, & libero arbitrio, de iustificatione, deq; his rebus cognatis dogmatibus turbas, & seditiones, quas pij omnes tantopere deplorant, ita turpiter perniciosèque excitarent.

In Secunda secundæ verò, tanquam à genere ad species confestim descẽdit. Nã cũ de virtutibus & eorũ oppositis vitijs, (quæ & peccata dicũtur) deq; alijs ad moralem materiã pertinentibus communẽ, & vniuersalẽ cõsiderationẽ in Prima secũdæ fecisset, operępretiũ se facturũ putauit, si prætere a ea oĩa in species suas dispertiret, & sigillatim doceret. Etenim actionibus humanis obeundis (quòd circa particularia versentur), vniuersaliores Doctrinæ morales minus prosunt, proinde de virtutibus, & vitijs seorsũ, ac speciatim sibi agendum suscepit. Et cũ Deus ad bene beateq; viuendũ promoueat homines donis illis præstantissimis quæ Spiritus sancti dicuntur, quibus aliquæ intellectuales virtutes affines admodum sunt, & nomine cum eis cõicant, & ad quas in vniuersum suis pręceptis eosdẽ impellat: (dantur enim præcepta de actibus virtutum) ob id hũc ordinẽ disserẽdo perenniter seruat, vt primũ agat de virtute, deinde de vitio, siue peccato, quod illi opponitur (elucescunt enim opposita magis cũ iuxta se ponũtur) deinceps de dono Spiritus sancti illi virtuti, q̃ expedit, affine, & de præcepto Diuino, quo illa virtus præcipitur, deq; virtuti vnicuiq; cõnexis, & eorum oppositis. Hæc est S. Doctoris illic perpetua methodus, isq; doctrinæ ordo. Agit autẽ primo de virtutibus Theologicis fide, spe, & charitate à prima quæstione usq; ad 46. nã de fide, illiq; correspõdentibus 16. quæstionibus prioribus tractat. de spe subinde à 17. usq; ad 22. de charitateq; cõfestim à 23. ad 46. usq;. Iam uerò in 47. de moralibus, quæ Cardinales uocãtur, quòd classicæ sint, & aliarũ ueluti capita, & de earũ partibus integralibus, & subiectiuis, earũdemq; annexis ad cẽtesimã octuagesimã secundã vsque, hoc est, locupletissimè edisserit huncq; tenorẽ seruat, ut à notioribus ubiq; progrediatur, hoc est, ab obiectis ad actus, & ab actibus ad habitus, subiecta, causas, effectus, tam internos, quàm externos, quorũ, posteriores fructus quoq; uocãtur: & inde ad eorũ opposita, & partitiones, affectiones. Principẽ autẽ moraliũ uirtutũ Prudẽtiã, quæ etiam uirtus intellectualis est à quæstione 42. ad 57. explicat: deinde in 58. agit de Iustitia, vsq; ad 122. in qua reperies tractationem nobilissimam de Religione, quæ uirtus

annexa

annexa est iustitiæ,deque actibus,& vitijs illi oppositis: quæ omnia admodum opportuna esse & necessaria videntur hoc tempore.In 123.quæstione de Fortitudine agit vsq; ad 141.à qua,vsq; ad 170.de Temperantia docet.Cumq; virtutes Theologicæ,& Morales, quas enumerauimus, ad hominum omnium status & conditiones spectare videantur;aliaq; sint prætera Dei dona, quæ nō oībus,sed seorsū aliquibus(in Ecclesiæ beneficiū) Deus impertiri solet,quæ couenienter à Theologis Gratiæ gratis datæ dicūtur;de ijs quoq; explicare subinde eo ordine properat, vt principē locū tribuat illis, quæ ad cognitionem pertinent, qualis est prophetia ; secundum illis, quæ ad elocutionem, vt donum linguarum sermonis, scientiæ, & sapiētiæ,tertium illis,quæ ad operationem cuiusmodi est gratia miraculorum quæstione tractat, & de his quidem à 171.vsque ad 178. Porrò, quia hoīes inter se nō virtutibus solū & gratijs gratis datis, verū etiā operationū studijs,& officiorū multiplicitate, ac varietate statuū differūt; ideò ne quid expetere in præclarissimo opere possemus, quod ad hominem rectè dignoscēdū, restituēdumq; faceret, mox illis explicatis ad vitā cōtēplatiuā, & actiuā expēdendā(quæ studia operationum diuersa sunt) sese transfert, a 19.qōne videlicet, usq; ad 182.postremoq; officia, & status, qui psonæ obligationē quādā dicūt, à 183.ad calcē operis,hoc est,ad 189.vsq; absoluit.In qua explicatione de illis in gñe primū agit, deinde ad statū pfectionis descēdit,& inde ad statū Epōrū,&Religiosorum.Vbi quid Epi, sint,quidve Religiosi;quæq; eorum professioni, & ordini couenianr; quomodo secernantur religiones,& quid agere debeant abundè edocet.Et hic finē felicissimū imponit secundæ parti, quam Gerson oīum scriptis, qui materiā Moralē hāc tractarunt, præferre nō grauatæ quoq; videtur: est enim perspicua,locuples,& subtilis,&(vt ego arbitror) Aristotelis Moralia longius,quàm cēsere quisquam possit,ordine & copia antecellit.Neq; tot oppugnatores habuit hæc pars,quot priores habuerunt.Vnus Martinus Magister Parisiensis Patrum memoria fuit,qui eam alicubi notare ausus est, sed eius nenias Cardinalis Caietanus disertè ac copiosè retudit,& ac planè lōgius explosit.

In tertia parte demum de Christo Domino,ac Saluatore nostro;deq; illius beneficijs,ad capessendā salutē,humano generi præstitis, agit.Ille enim solus est,qui hominē,quē cōdiderat, in supernā beatitudinē perducere potuit.Quamobrē ab opere gubernationis, ad opus redēptionis progressus, de medico,& medicamētis animarum nostrarū, quæ sacramēta Ecclesiæ sunt,agit : & de priore quidē ad 59. quæstionem de posterioribus autē ad operis calcē vsq; copiosè & fæliciter.Et de Christo Domino eum ordinem quidē seruat, vt primum quæ ad illius Incarnationem pertinēt, deq; coassumptis,& cōsequētibus,& quouis modo ad illā spectātibus doceat;deinde de Cōceptione, Natiuitate Circumcisione, Baptismo, Cōuersatione, Tētatione, Doctrina, Miraculis, Transfiguratione, Passione, Morte, Sepultura, Descēsu ad inferos, Resurrectione, Ascensione, Sessione ad dexteram Patris,& Iudiciaria potestate. Quibus egregiè declaratis, confestim ad sacramēta explicanda progreditur, de quibus in genere primū,quid nā sint, quæ eorum necessitas,qui effectus,quæ causæ,q numerus, & modus a 60.

videlicet

videlicet quæstione ad 65. explicat, In 66. autẽ agit de primo omnium sacramentorum, quod est Baptisma, vsq; ad 71. In 72. vero de sacramẽto Cõfirmationis, siue, vt alij vocant, Chrismatis. In 73. porrò, vsque ad 83. augustissimum Sacramentorum oĩum Eucharistiã ita pertractat; vt in eo argumẽto vires oẽs ingenij, & eruditionis suæ adhibuisse, ac veluti profudisse Erasmo, & merito quidẽ visus sit: & indè vsq; ad calcem de Pœnitẽtiæ Sacramento, eiusq; partibus agit: & ita, cum per mortẽ ei nõ licuerit vlterius progredi, finẽ totius operis nobilissimi omnium, vt dicebamus, & diuinissimi hic habemus. Quod oĩum postremus libellus ille Cõpend. Theologię inscriptus angustus sanè, sed tñ doctissimus, & pulcherrimus, tanquam coronis quædam & epilogus subsequi põt. Sed ad doctrinam illius in vniuersum, ac generatim exponendam reuertor, quam planè quanti fecerint viri eruditissimi Græci, & Latini, qui non modò in Ecclesia dum viuerent summas præfecturas gesserunt: verùm etiam & eorum plures egregia monumenta posteris reliquerunt: ego ijs nominatim citatis, ac eorundem dispositis verbis iam ostendam. Qui tamen nec ex eius schola prodijsse videntur, nec in illius verba perpetuò iurasse; nè domestica testimonia, quæ nullius esse ponderis solent, me citasse quispiam dicat. Quamobrem intelligent iuniores sanctarum litterarum tyrones, & candidati; longè aliter celebres, & primæ notæ homines, atq; gregarij quidam, & indocti, vel hæretici, vel obtrectatores faciant, de hoc fulgentissimo Ecclesiæ Catholicæ solæ; & sentire, & loqui. Habebo aũt dignitatis eorũ magis, quam tẽporis in quo floruerunt hoc loco rõnem. Ergo vt Principẽ locum Ecclesiæ tribuã, his illa præconijs Thomæ scripta gratæ sanè & lęranter extollit: *Stylus breuis, grata facundia, celsa, clara, firma sententia*. Hem, qũo poterat Ecclesia Thomæ doctrinã honorificentius suis filijs cõmendare? Innocẽtius aũt, vt opinor, Quintus (nam vnum hoc testimonium in fonte, vt aiunt, non vidi; sed referente Pizzamano Patritio Veneto, & ciue meo, cui habendã esse fidem semper existimaui) qui & Petrus de Tarrãtasia in ordine Prædicatorũ dicebatur, eminentis scientiæ vir: qui in Parisiensi Academia cùm Thoma floruit, cuiusque scripta D. Thomas se legisse ostendit, quare & plerosq; illius articulos, demãdãte Magistro ordinis, particulari libello accuratissimè expendit: sic alicubi de Doctore nostro scriptum reliquit: *Huius doctoris sapientia; præ cæteris (excepta Canonica scriptura) habet proprietatem verborũ, modum dicendorum, veritatem sententiarum, ita vt nunquam qui eum tenuit inueniatur à tramite veritatis deuiasse, & qui eum impugnauit, semper fuit de veritate suspectus*. Vrbanus aũt Quintus, in hũc modum: *Volumus insuper; & tenore præsentium iniungimus; vt dicti B. Thomæ doctrinam tanquam veridicam, & Catholicam sectemini, eamq; studeatis totis viribus ampliare*. Ioannes vero vigesimussecundus, qui Beatum hunc Doctorem Sanctorũ Catalogo adscripsit: cùm de miraculis ab eo editis verba fierent in præstantissimorũ virorum corona, teste Gersone, fertur dixisse: *Non esse de eius miraculis vehementer curandum, quippe qui tot miracula fecit, quot quæstiones determinauit*. Sed & Bessarion Cardinalis Nicenus, & Patriarcha Constantinopolitanus eundem hac honorifica præfatione interdum citauit: *Thomas Aquinas*, ait, non

Porrò aũt & Pius V. nuperrimè in Bulla super celebratione festiuitatis S. Thomæ, ita scribit. Sed quoniã oĩpotentis Dei puidentia factũ est, vt Angelici Doctoris vi & veritatẽ doctrinę ex eo tpe, quo cœlestib. ciuib. ascriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ sunt hęreses cõfusę & cõuictæ dissiparentur, &c.

non minus inter sanctos doctissimus, quàm inter doctos sanctissimus.

Ioannes Fissenius Cardinalsi, atque Episcopus Roffensis, & Martyr beatiss. cùm aduersus Lutherum pugnat, ita loquitur: *Neque Thomas Aquinas, vsq; adeò tibi Luthere paruipendendus est, quem pleriq; in sacris litteris exercitatissimi Theologiæ florem appellare consueuerunt.* Hunc sequutus Gaspar Contarenus Cardinalis ita scriptum reliquit. *Hanc Auicennæ positionem D. Thomas excellentissimus, ac nunquam satis laudatus, satis efficaci ratione reprehendit.* Sed & Georgius Scholarius, Patriarcha Constantinopolitanus, ac mutato de more nomine vocatus Gennadius, Doctorem nostrum quodam in loco ita exornat, Michaele Sophiano interprete: *Thomam,* inquit, *Aquinatem, nescio an aliquis suorum sectatorum plusquam ego admiretur, & colat. Ego siquis eius scriptis animum adhibuerit, hunc nullis alijs indigere, opinor, musis, satisq; ei esse, sua rectè percipere posse. Sed quoniam Italorum nõnulli, ijq; ex Franciscanorum cœtu recentioribus quibusdã doctoribus ita addicti sunt, vt non solùm eorum partes tueri, verùm etiam præ nimio erga illos studio in hunc doctorem inuehi, atq; maledicere conentur, qui vel ab ijs ipsis, quos præferẽdos censent maximam meruit laudem: atq; si quid illis vel addidisse, vel excogitasse accidit, in hoc eos tanquã discipulos, à præceptore occasionem accepisse verisimile est: hanc igitur ob causam onus interpretandi huiusce libelli suscepi, vt tibi ostenderem, quonam ingenij acumine vir iste præditus esset, quo iudicio, qua deniq; subtilitate: quam ipsi, si Dijs placet, crassitudinem appellare non erubescunt: quanquam propter iudicij inopiam, eiusq; debilitatem ita censeant. Iunioribus n. qui vel aliquid addiderint, vel excogitauerint suæ non sunt negandæ laudes; illi verò tanquam omnium præceptori benemerito maiori doctrinæ viro, iure optimo maiores habendæ sunt gratiæ. Quamobrem & Romanæ Ecclesiæ suffragijs ornatus, & in Diuorum numerum est relatus, cùm reliqui solum inter Scholasticos congressus aliquid honoris sint consequuti.* Nilus quoque Thessalonicẽsis Archiepiscopus, Georgio Scholario æqualis eodem Sophiano interprete hunc in modum: *Thomas Latinæ Theologię facilè princeps.* His Ambrosius Catarinus Archiepiscopus Compsanus, ad hunc modum fermè subscribit. *Neque propterea detrahimus quicquam Thomæ doctrinæ, nec impugnamus eam, vt quidam imperitè putant. Nam pro eminenti eius scientia, ego frequenter illud vsurpare soleo: Ille sciat se valde profecisse, cui Thomas valde placebit.* Præstat aũt & Aegidij Romani Archiepiscopi Bituriensis, de quo superiori libro meminimus hoc locupletissimum audire testimoniũ, quod mihi profectò volupe semper fuit audire. *Quare detraxisti sermonibus veritatis, cumè vobis nullus sit, qui possit arguere me, ad increpandum tantum eloquia continuatis & in ventum verba profertis super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Respondere obsecro absque contentione, & loquentes, id quod iustum est iudicate, & non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personabit,* Iob 6. *Quæstio proposita optime in persona Fratris Thomæ Doctoris eximij (cuius Doctrina fulget Ecclesia), potest proponi quibusdam, qui eius Doctrinam, imo veritatem, quam docuit, deprauare nituntur, ipsius sermonibus veritate plenis, & spiritu veritatis instigante conscriptis, detrahentes: & hæc est eorum sententia de verbo ad ver-*

Huius & in Florentinæ Synodi actis mentio fit.

Hunc Doctorẽ nemo certe Thomistam appellabit.

Nondum enim fuerat catalogo Sanctorum adscriptus.

bum

bum per singulos articulos digesta, & conuenienter ex dictis eiusdem Venerabilis Doctoris exterminata, vt, Deo iuuante, patebit.

Et in calce operis rursus ait:

Hoc enim sciendum, quòd ad omnia, quæ isti contra Thomam à principio adduxerunt: facillimè per eius verba veritate plena poterit responderi pro aliquibus tamen habendo omnia scripta eiusdem, quæ isti, vt ex processu eorum euidentius liquet, nixi sunt deprauare: nulli dubium facultatem deesse, quorum forsan manibus ista eorum deprauatio deuenire continget: nunc verba eius, nunc sententiam (prout capere potuimus) articulis singulis curauimus, ad omnia respondendo, secundum nostrum modulum applicare: volentes ad altius sapientibus occasionem lucidius respondendi, & illius laudem attollendi vberius præbere qui Doctorem istum sapientiæ radio illustrare, & super Ecclesiæ candelabrum pro orbis terrarum instructione dignatus est sua clementia exaltare. cui laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen. Iam verò & Dominicus Episcopus Torcellanus primum, ac de inde Brixiensis, cùm diploma canonizationis Sancti Thomæ expendisset, hunc in modum subdit. *Hæc autem vel similia non dicit de alijs* (nimirum Pontifex, vel sedes Apostolica) *ideo videtur, quòd non possit tangere hæc sedes doctrinam eius, sine hoc, quòd se ipsam quodā modo tangat.* Non grauabor his addere Antonij Campani, Interamnatium Episcopi, testimonium, quanquàm prolixum nimis nonnullis videri potest. Sic enim de Doctore nostro loquitur: *Thomas locupletissimus in Dialecticis, de quibus sic edidit; vt qui eius præcepta non negligunt, & fallere quenquam nolint, & falli ipsi à quoquam nullo modo possint: locupletissimus in Philosophia; siue illa, quæ ad vitæ pertinet institutionem, & moralem appellamus; siue quæ in rerum natura versatur, & initia, casus, euentusq; complectitur, & Physicam nominamus in qua, & inuenit ipse multa per se suopte ingenio, & aliorum inuenta inuoluta, & perplexa splendidissima, & distinctissima luce declarauit: locupletissimus in scientia Diuina, quam Theologicam nuncupamus, de qua idem ipse tot, tantaque conscripsit, tam multa, & varia edidit volumina, vt mirum fuerit sufficere eius ætatem ad legendum, nedum ad scribendum potuisse; annum enim quinquagesimum quum vix attigisset, migrauit è vita; nec vllum est ænigma tam ambiguum, nullus tam intrincatus nodus, aut inuolucrum, nulla tam obscura nubes in huius generis doctrina: quas vir Dei sanctissimus non euoluerit, retexerit, aperuerit: semper collectus, distinctus, ordinatus; vt alij semper scidisse diuinam Scripturam, hic collegisse; illi inuoluisse anfractibus: hic direxisse in compendium; illi infudisse tenebras, & conculcasse, hic clarissimam attulisse lucem, & expedisse videatur.*

Sed videbor tibi Optime Ioannes, addere flores Veri, & stellas cœlo, si præclarissimorum virorum elogia, quibus illi Doctorem hunc exornare studuerunt, congerere hoc loco voluero omnia. Sunt. n. recentiorum Autorū monimēta fermè omnia refertissima laudibus Thomę, auctoritatibus Thomæ, nominibus Thomæ. Hic[a] Thomam *Scholasticorum Vexillarium* vocat. [b]Ille *nostræ Theologiæ splendorem.* [c]Nonnulli *Scholasticæ Theologiæ florem.*

a *Martinus Peresius de tradit. par. 3. consid. 3.*
b *Ioānes Picus in Heptaplo.*
c *Andreas Vega in Opusculo de iustif. q. 6. & Rofensis vbi supra.*

Quidam

a *Martinus de Viana in Oratione de D. Thoma.*
b *Paulus Cortesius 1. d. 1.*
c *Ioannes Delphinus à Casali Maiore de Cælibatu li. 2. & Bartholomæus Camerarius in Dialogo de prædesti.*
d *Ioannes Arboreus Tom. 1. lib. 1. cap. 25.*
e *Longolius in Oratione ad Luterianos.*
f *Frãciscus Titelmanus in adno. Ps. 109.*
g *Thomas Theatrus in Panegirico.*

[a]Quidam, *in eo nihil esse infimum asserit, nihil mediocre, sed totum summum, & totum perfectissimum.*[b] Alius *longo eum diuinitatis haustu cõpotem dicit.*[c] Pleriq; oẽs, *Angelicum:*[d] Alij *ingeniosissimum, eruditissimum; & cui in palæstra, & exercitatione Scholastica nemo proximus sit; eiusq; copiosissimam, solidam, & incredibilem doctrinam semper se prædicasse, & laudasse sponte sua fatentur.* Quemadmodum & nõnulli,[e] *qui ætatem illam nihil eo doctius tulisse, nihilq; religiosius vidisse,* scribunt. Sed &[f] *celebrem Ecclesiæ Doctorem,* eum alij vocant. Et[g] *quidam postremo eo in Dialecticis acutiorem, in Mathematicis subtiliorem; in Philosophia locupletiorem, in Theologia denique sublimiorẽ, neminem se legisse testantur.* Et planè nemo prꝗstantissimas artes has inconsulto Thoma, aut legere, aut profiteri vnquam cum laude poterit. Sunt & qui Iureconsultis Thomæ doctrinam, ad veterum illorum sanctiones rectè intelligendas magnopere necessariam esse cõtendant, in quibus est Franciscus Vuargas, qui pro Carolo V. semper Augusto, & pro Philippo Hispaniarum Rege Catholico, & potentissimo apud Venetos primùm, moxque apud Pontifices summos, Paulum IIII. & Pium IIII. honorificis legationib. functus est, vir cum omni litterarum genere ornatissimus, tum verò legũ peritia clarissimus. Etenim quodam in loco, sic scribit.

Experiamur itaque & nos, an opera nostra aliquid iustæ defensionis, Iustitiæ descriptioni accedere queat: quod facilius consequemur, si D. Thomam, tãquam fortissimum quendam Herculem in omnibus id genus difficultatibus superandis adhibeamus: is enim, vt in oĩbus alijs, ita in ijs, quæ ad moralis Philosophiæ cognitionem pertinent, adeò semper fuit diligẽs explorator veritatis, vt nihil abditum, nihil remotum, nihil obscurũ esse permiserit, sed oĩa exposita, prompta, ipsa deniq; luce clariora oĩa fecerit. Huic vni in sapientiæ studijs plus debeo, quàm infinitis iurisperitorum verbosis cõmentarijs nudè, breuiterq; veritatẽ exponit, & omissa inani authorũ, opinionumq; citatione, solida vi incedit, rationibusq; inuictis per oẽs aduersitates viam sibi alijsq; sternens. Quanuis igitur ex Aristotele, omnis Philosophiæ facilè principe, rectam Vlpiani Iurisconsulti sentẽtiam accepissem; nolui tamen D. Thomæ nomen hanc iustitiæ diffinitionem doctissimè elucidantis, & à multorum hominum tenebris eruentis, subticere 22. q. 57. & 58. tum vt mea, augusto eius noĩe, magis probentur, tum vt oẽs adhorter, ad virum illum cognoscendum, qui non Physicis magis, & Theologis, quàm Iurisperitis est necessarius, qui si eum legissent, intellexissentq; Deus bone, quantum ignorantiæ, quantumq; turpis erroris, è libris suis, atque animis eximere potuissent. Sed longius me euexit studium, quo in D. Thomam non affectus modò sim verũ totus etiam ardeo flagroque. Cæterùm quanquam ad nõ vulgarem Aquinatis laudem hæc clarissimorum virorum præconia facere videantur; habet tñ ille maius his testimonium & sanè multò luculentius: opera enim quæ fecit, illa testimonium perhibent de eo. Contigisse verò auctoribus recẽtioribus nonnullis, ego facilè animaduerti, ꝙ sideribus euenire, & Ptolomæus scribit, & nos crebrò perspicimus: siquidẽ nobis maiora videri solent, cum iuxta Horizontem sita conscendunt, ꝙ̃ cùm vel medium cœli tenent, vel inde ad Horizontem rursum conuersa descendunt. Etenim cùm primùm quorundam scripta in lucem prodierunt, legi auidius & magno cum orbis plausu


plausu cœperunt, ita vt breui temporis spacio summam quandam auctoritatē, & nominis celebritatem adepta sint: sed cùm postea accuratius studiosorū manibus teri, pressiusq; euolui, & expēdi cœpta sunt, confestim ab eorum existimatione multum decidisse vidimus, &, quorundam quidem citius, nonnullorum verò tardius, tacito quodam consensu omnium eruditorum ad minora subselia, atque etiam ad angulos reiecta fuisse. Et planè Veris tempus oblectare magis, atque afficere homines solet, quàm vel æstatis, vel autumni, vel hyemis: & plures orientem Solem (vt dici solet) adorant, quàm cùm ad occasum pergit. At verò Thomæ monimenta oriri semper, & splendescere in dies magis, ac magis visa sunt. neque posterioribus temporibus doctiores Catholici omnes, minus quàm prioribus illa sunt venerati: quinimmo dignitate, & loco parem eundem priscis religionis nostræ Heroibus (sine vlla controuersia) sua sponte fecerunt. Perspexerunt siquidem clarissimi viri in eo omnia, quæ in præclaris auctoribus laudare magnopere, & suspicere singula solemus, eruditionem. s. perspicuitatem, amplitudinem, iudicium diligentiam, grauitatem, ingenium, subtilitatem, acrimoniam; & sanè horum singula Scholasticis insignioribus singulis diuisisse Spiritus sanctus videri potest; at vniuersa prorsus non vulgariter, aut mediocriter, sed summo quodam modo, sed excellentissimè, & incomparabiliter, in vno Aquinate idem munificentissimus Dominus noster veluti profudisse, atque adeò se propemodum in illius sinum, Orbi consulturus vniuerso, effudisse. Quamobrem Græci omnes eruditi, qui alioquin, vel improbitate quadam, vt fit, vel leuitate (quæ illis obijci à nostris frequenter solet) Latinos in contemptionem adducere, & vituperare conantur; Thomæ volumina quædam, contra Gentes nimirum, Theologiæ Summam, de Ente, & Essentia libellum, & alia quædam non modo in suam linguam accuratè verterunt; verùm etiam suis adnotationibus, & commentarijs illustrarunt; eximijsque præconijs prosequuti sunt, ac veluti incorrupti Iudices, longo interuallo Latinos recentiores omnes in scientiarum curriculo antecedere (quemadmodum supra ex eorum verbis ostendimus) veritatis vi compulsi, dixerunt. Nec iniuria planè. Eminet enim inter alios omnes, quantū lenta solent inter Viburna Cupressi. Certè cùm Theologica arcana explicat, & Orthodoxa dogmata defendenda, ac fidelibus aperienda suscipit, vix credi ab eo potest qui illum non legerit, quàm sit accuratus, quàm sit diues, & quàm vtriusq; Testamenti locorum, & auctoritatū locuplex; scilicet nouerat ille verissimū esse, quod Ambrosius antea dixerat suspectā esse reuelationē omnē, quam lex, & Prophetæ cū Euangelio non confirmant. Ad hæc Romanæ sedis de fide iudicijs, Cōciliorū Oecumenicorum decretis, Ecclesiæ auctoritati; quæ omnia fermè vnum esse existimare solet; pius, & humilis, summam semper, tanquam Dei certissimis quibusdam oraculis, exhibuit reuerentiam, & si alicubi ab eorum verbis recedere existimatur, tamen nusquàm ab eorum sensu, & mente longius abit quā acutissimus ipse, & planè lynceus perspiciebat, Ecclesiæ, & Orbis consuetudines, quæ, Augustino teste, ab Apostolis, sanctissimisve Patrum,

& Vniuersalium Synodorum constitutionibus emanasse, ac veluti per manus traditæ creduntur, non modò plurimi semper fecit, verùm etiam auctoritati Doctorum anteposuit. Ritus Ecclesiæ, quos ordinationes, quoque vocat, firmiter oportere nos credere à Christo domino prodijsse, docuit. Pro dignitate, atque amplitudine Romani Pontificis, Christi in terris Vicarij, ab hæreticis, & scismaticis asserenda, perpetuò aduigilat; & vbique toto pectore in id incumbit: &, quantum ego illius rationibus con sequi adhuc potui, fœlicissimè hæc omnia euincit: augustissimum nimirum esse, & sacrosanctum (ob Spiritum sanctum ei assistentem) sedis illius de religinoe Christiana iudicium; eius esse muneris, cogere generales Synodos, fidei Symbola edere, Rempublicam Christianam omnem suis legibus moderari; oportereque omnes, cuiuscunque sint nominis (modò velit æternæ salutis fieri compotes) tanquàm patri, magistro, & vniuersali pastori Rom. pontifici ex animo parere. Hæc (quæ tamen à Patribus ille acc. perat) Almainus, Ioannes Antiochenus, Gerson, Cusanus, alijque recentiores nonnulli, qui leuissimis quibusdam rationibus ducti, quædam secus docere maluerunt atque maiores nostri, Ecclesiæ columnæ, docuerant: mirum est, quò male acceperũt, vt proinde tanq̃ crabrones in Thomam aliquando impetum fecerunt. Quàobrem fontem vberrimum hunc crebrò sponte sua relinquere uisi sunt, & cisternas dissipatas sibi effodere, Hæreticisque funestissimis, & infensissimis hostibus nostris (imprudentes) tela multa subministrasse: Patres præterea nostros, quibus diuturnus Catholicorum consensus illius ætate auctoritatem dederat, vbique mirificè veneratur, eosq; vel commodè interpretari conatur, cùm absurda videntur docere, vel certè excusat; vel demum, cùm opprimi veritatem eorum auctoritate cernit, tantùm quòd excesserint, paucissimis verbis modestè indicat. Nusquam amarulentus est, nusquàm tragicus, aut nimium concitatus, & vehemens; sed æquabilis vbique, vbique mitis, atque religiosus: quanuis nunquàm demissus, nunquàm languidus, sed semper fortis, sublimis, excelsus. Quapropter Augustinum mitissimum patrem (non verò Hieronymum, aut Hilarium, qui terrere magis, quàm loqui, & lancinare verius, quàm scribere crebrò videntur) sibi præter cæteros imitandum, & sectandum sumpsit. Scripsit Gregorius Nazianzenus de moderandis disputationibus, orationem eruditam sanè, & valde piam; sed eius præcepta, multo melius Aquinas re ipsa expressit, quàm Nazianzenus verbis. Probra, scommata, nigros sales, sannas, ironias, hyperboles, in eius scriptis, (quod in scriptoribus plerisque de rebus etiam sacris, proh dolor, cernere est,) nusquàm reperies. Strophas, captiunculas, cauillos, vitiosos elenchos, & malas artes, quas idem Nazianzenus non secus ac flagella quædam Aegyptiaca, male in Ecclesiam nostram irrupisse iamdudum deplorat, è suis libris penitus proscripsit. Araneæ telam (quod aiunt) nunquàm texit, hoc est, figmenta, vanasque, & nullius frugis, vel rerum, vel verborum meditationes quibus nonnullorum volumina refertissima sunt, grauissimus vir consulto omisit: vt meritò sectatores illius in scholis Reales iampridem, inepto fortasse vocabulo, sed

verè tamen dicantur. Ad hæc formulis illis loquendi, quas cùm veterum Patrum, tum Gymnasiorum consensu, & auctoritate receptas comprobatasq; esse nouerat, vsus ppetuò est. Et licet voces, quæ minus Latinæ auribus delicatioribus videntur, frequentius vsurpasse accusatur: attñ, rogo, quid tum? an eas ipse primus peperit, aut effinxit? non profectò, sed natas iam, & adultas, hoc est, scriptis multorum auctorum veluti mirifico consensu Latio donatas, proscribere tanquàm peregrinas noluit. Certè Augustinus Honoratum sic alloquitur, *ne me ineptum putes Græcis nominibus, vtentem, primùm quia sic accepi, nec tibi hoc aliter audeo intimare, quàm accepi.* Acceperat autem eas voces, ob quas indignantur in illum semiliterati quidam, & Thomas nec aliter loqui ausus ipse modestissimus est, quàm acceperat. Nusquam inæqualis & nimius, nusquam (quæ omnia Arnobio Hieronymus obijcit) absque operis sui partitione confusus, sed distinctus vbique, vbique sobrius, & purus est. Cùm de principijs verba facit, est prolixior, quemadmodum & Plato monuit. Ea verò, quæ ad Christianam pietatem non pertinent, cuiusmodi plura sunt, molestè cum Augustino nimium tulit, cùm imperiti quidam (animalia quæ nec ruminant, nec partitas vngulas habent) ad eam referre conantur. Rationes à Natura, Philosophisque petitas, cùm vel sua statuendo, vel aliena refellēdo affert: quę rebus per se inesse cernit, & intrinseca sunt, subtiliter, & incredibili quodam iudicio semper expendit, illis prætermissis quæ vel esse eis extranea, vel per accidens conuenire videntur: ipsasque rationes non numero (in Summa Theologiæ præsertim, vbi ex optimis præcipua tradit, & nihil est, quod ad ostentationem, aut superstitionem tendat) sed pondere, & vi æstimare, & magnifacere solet. Animaduerit scilicet vir eruditissimus, quemadmodum miles non omnia arma, quæ domi habet, secum in aliquem pugnaturus capit, sed illa duntaxat quibus confodere hostem fortiter possit; nec ad victoriæ laudem multum referre existimat, si pluribus magis, quàm vno telo inimicum peremerit: ita prudentes auctores (quod Isidorus iamdudum pulchrè docuerat) non vbique sententias omnes, non omnes rationes, aut argumenta omnia, sed vnum, aut alterum efficax planè, & validum, loci, & instituti sui ratione habita, afferre sæpenumero consueuisse. Aristotelem & studio, & auctoritate reliquis omnibus Philosophis longo interuallo, cùm recentioribus, anteposuit. Platonem, vt mihi quidem videtur, non tam legit (quòd librorum illius vnus aut alter duntaxat ea tempestate Latinè loqueretur) quàm summis labijs degustauit. Quanquàm veteribus enarrantibus, in primis verò Aristotele, Cicerone, Simplicio, Eusebio, & Augustino, illius opiniones nonnullas agnouerit, & accuratè explicauerit. Sed & Laertij, Plutarchi, Græcorumque quorundam libellos complures diligenter euoluit; ex eisque attulisse nonnulla interdum videtur, eorum nominibus (quòd ab inani illa citandi auctores ostentatione libenter abstineret) suppressis. Quæ cùm Caietanum Cardinalem doctissimum, subtilissimumque illius interpretem

alicubi præterijssent, mirari ego nequaquàm soleo, si quædam eiusdem Aquinatis verba negotium illi exhibuerint; quæ multæ lectionis viris, & cumprimis antiquitatis studiosis plana, & perspicua esse solent. Rabbi Mosem Aegyptium, virum eminentissimum, Auicennam, Auerroem, & cuiuscunque nominis illustres viros, quorum volumina, vel industria, vel prece, vel precio habere potuit, siue in Philosophia scripserint, siue in Dialectica, siue in Historia, & in alijs bonarum artium disciplinis, verius imbibisse, & in suum vertisse vsum, quàm legisse, præclara eius opera testantur. Demumque quod de Arist. Auerroes scribit, nos de doctore nostro affirmare constanter possumus. Nihil eum absque validissimis rationibus statuisse vnquàm, nihil absque testibus omni exceptione maioribus pronunciasse. Sed ineptus omnino, atque imprudens meritò videar, si de præstantissimis, augustissimisque scientiarum fermè omnium Antistitis huius monumentis plura dixero. Est enim in illis verè Thomas, hoc est (vt huius nominis vox sonat) Abyssus, seu Oceanus quidam, nimirum diuinarum, & humanarum rerum, quarum cognitio ad bene, fœliciterque viuendum nobis plurimum conferre solet, atq; adeò maximè necessaria est. Quàobrem nulla uis ingenij, nullum eloquentiæ flumen, nulla studij, & amoris industria, eius laudum magnitudinem non modò oratione complecti, sed ne mente quidem, & cogitatione comprehendere vnquam poterit.


Explicit liber Secundus.



F. HIERONYMI VIELMII VENETI, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS, ANTEA EPISCOPI ARGOLICENSIS, nunc verò Episcopi Aemoniæ.

ORATIO APOLOGETICA.

Aduersus obtrectatores Theologiæ, præsertim Scholasticæ: Habita Patauij, cùm interpretandi Publicum munus olim auspicaretur, Anno 1544.



VOD mihi nec apud imperitam multitudinem modò verba facienda sint, nec id genus argumenti tractādum, quod eloquentiæ splendore dūtaxat elucescat; sed apud vos, Magistratus grauissimi, Doctores clarissimi, Iuuenesq; nobilissimi, de sacra Theologia dicendum sit, quæ oīum verborum fucum & illecebras non tam negligere, quàm ēt recusare præ sua dignitate & amplitudine solet, præcipueq; in tam præclaro eruditoq; consessu; recreor sanè & vehementer ēt lætor. Etenim si apud populum mihi oratio habenda esset, qui ex veritate pauca, ex opinione multa æstimans, sacram ipsam Theologiam tanquam ex Penia matre ortam in postremū locum magna pertinacia pridem reiecit, cùm mihi deesse oīno sentiam eum verborum apparatum, quo præclari Oratores instructi, obscurū quoduis argumentum, & sterile, tanquā illustre & fœcundum, copiosa, & ornata oratione prosequi solēt; meritò quidē ægro, atq; anxio animo essem. Nunc verò vel ipsa vestra prudētia, & clemētia, quæ maxima est, vel ipsius argumenti siue rō & natura, quæ, vt dixi, orationis ornamēta aspernaẽ potius q̃ requirit, siue ēt præstātia, quā nō nisi balbutiēdo exprimi posse, ipsi excellētes īgenio viri testātur; veniā facilè mihi spōdēt, si illius magnitudini, si augustissimo huic loco, si vestræ de me expectationi, si deniq; voti perantiqui mei honesto desiderio, aliqua ex parte, (qd mei similibus euenire solet) deesse videar. Accedit, ꝙ nūc īstituti mei rō nō est, Theologiæ laudes, aut encomia ꝓsequi, q̃ illa ꝑ sua maiestate, melius silērio, quā oratione laudari soleat; sed eius obtrectatoribus respōdere, præcipuèq; ijs, qui genus hoc Theologiæ Scholasticū, quod profiteri, demādāte Senatu nostro sanctissimo, hoc tēpore auspicamur, nō modò non attingūt, verū ēt maledictis couellere, ac ineruditis auribus, tāquā inuisū, & infame obtrudere permultis sæpe conātur. Quorū petulātiā & procacitatē, nō quidē ad Theologiæ nostræ dignitatē retinēdā, aut existimationē apud uos, viri doctissimi (quod esset superuacaneū) comparandam; sed iuuandæ iuuentutis gratia, præsenti oratione, veluti apologia quadam pinguiori (quod aiunt) Minerua retūdere, ac veluti digito commonstrare & ostendere conabor. Nam quemadmodum pictores illustrant lucida, appositis ob-

scuris, & vmbris; ita propositis obiectionibus, quæ contra illam afferri solent, & certo ordine dissolutis, etiam illa splendidior, & augustior quadantenus apparebit. Vos interim Doctores, omni virtutum genere ornatissimi, me vt attentè audiatis, etiam atque etiam rogo. Etenim nisi sexennium vestris fuissem institutus auspicijs, neque amplissimum hunc suggestum conscendere, neque his de rebus accuratè disserere aliquando potuissem.

In duo genera potissimùm mihi diuidi posse videntur, qui de humano genere optimè meritam Theologiam cæco ac temerario ausu oppugnare audent; quorum in altero, ἀθέους illos καὶ ἀπίστους reponimus; qui aut Deos è medio sustulerunt; aut non curare humana impiè asseruerunt; atque adeò Theologiam omnem superuacaneam, & prorsus inanem esse ducunt; & instar eorum, qui aduersa valetudine oppressi, nihil cibi stomacho retinent, has euomunt voces, *Quæ supra nos, nihil ad nos* : &, *Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia cura* : & demum, *Nihil scire fœlicissima vita*. In altero paulò minus insanientes illos, qui vtilem quidem illam, & hominum cætui necessariam verbis illustribus etiam prædicant; sed tamen genus hoc quod vocant Scholasticum, quod nobis maiores nostri, Christianæ religionis columina reliquerunt, quòd inquirendo, disceptando, statuendo, & confutando progreditur, dum vel ocio indulgent ac ventri, non assequuntur, vel ad mansuetiora illa, vt aiunt, studia, quæ ego steriliora appellare soleo, animum intendunt; aut nudum duntaxat sanctarum Scripturarum contextum, nihil præterea, vel eruditionis, vel explanationis gratia admiscentes, rhetoricis lasciuientes flosculis expendunt (rem grauem scilicet ridiculi homines modis lydijs efferre conantur) quanta possunt copia, & vehementia improbant, & detestantur: Non intelligentes, (vt inquit Paulus) quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Et ij seipsos solos, si Deo placet, Theologos vocant, nos verò (vtar enim illorum verbo) Theologastros; eruditos seipsos, nos autem ignaros; seipsos venustè probeq; loquentes, nos infantes, & elingues; seipsos demum tanq̃ cælitum conuiuio acceptos, nectare, & ambrosia vesci, nos rudi auena, & carduis pasci contendunt. Quibus fortasse his Iobi verbis occurrere satius sit; *Ergo vos estis soli homines? & vobiscum morietur sapientia?* O vos fœlices, & planè beatos. & Pauli, *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat*. Sed tamen eorum argumenta, non omnia quidem (quis enim omnes illorum ineptias recensere dignetur?) sed præcipua quædam, in octo capita à nobis eo ordine distincta, qui vel ipsis aduersarijs, iuxta Saluatoris nostri mãdatũ aliqd lucis, & cõmodi afferre possit, expẽdere; & prioribus illis vtcunq; reiectis, tẽporis, & loci ratione quantum potero habita, eisdem exactè conabor respondere.

Sunt igitur qui Scholasticam Theologiam primùm accusant, quòd in disserendo præpostero vtatur ordine; nempe, quæ à Deo Opt. Max. exordium sumens, ad creaturarum contemplationem subinde deueniat; cùm tamen per has, tanquam nobis magis cognatas atque familiares, veluti per scalam Patriarchæ Iacob, aut per annulos cathenę Homeri ad

superiora

ſuperiora conſcendiſſe, Deiq́; notitiam aſſequutos eſſe, præclaros quoſque Philoſophos conſpiciamus.

Secundò, quòd de Deo breuiſſimè, & planè perſunctoriè tractationem abſoluat; indeque ad creaturas pertranſiens, ſingula quæque vſque ad ſatietatem moroſe expendat, vt non tam Theologia, quàm naturalis Theoria dicenda videatur.

Tertiò (& hîc pandite Helicona Deæ: patet enim latiſſimus campus petulantiſſimis illorum ingenijs in nos debacchandi) ſordidos, & incultos, omniſque litteraturæ politioris prorſus expertes Theologos Scholaſticos vocant, indignosque eſſe Latinis & bene inſtitutis auribus frequenter inculcant; atque dum vnius, aut etiam alterius illorum ſpurcas aliquot, vel etiam ignoratas voculas in medium ſuorum hominum theatrum produxerint, & denudauerint, ruditatis & oſcitantiæ crimine vniuerſum Theologicum ordinem arguunt, explodunt, damnant. Quibus alij eiuſdem claſſis, & ſtudij (Pares enim cum paribus, veteri Prouerbio, inquit Plato, iucundiſſimè congregantur) Elegiacis, Iambicis, alijsque id genus carminibus, panegiricis, & gratulatorijs, tanquam bonarum litterarum vindicibus, atque inſtauratoribus Io Pæan, mirum quàm libenter acclamant. Sed hîc minimè ſiſtunt, obſcurá præterea illá, & tenebris circunfuſá vndiq; clamitãt; vt quẽadmodũ priſci Gẽtiliũ ſacrifici prophanos ab Eleuſinarũ Dearũ arcanis procul amouebãt, ita eos verborũ tenebris, ſenſuumq́; inuolucris, à noſtris myſterijs arcere cõſultò velimus: quod Themiſtius magni ĩter Peripateticos nominis, æquũ nõ eſſe arbitratur; ſed id maximè ĩ rebus difficilibus obſeruãdũ eſſe docet; vt ea, quę ſuàptè natura videntur obſcura, atq; perplexa, adhibita verborũ luce, & ſplẽdore, à tenebris vindicẽtur. Et Ariſt. docet debere eũ qui definit, q̃ pôt apertiſſima ĩterpretatione vti, qñ quidẽ cognoſcẽdæ rei cauſa definitio affertur. Ad hæc, Sophiſtas nos, & litigioſos crebrò appellare ſolẽt; q nodũ quoq; ĩ ſcyrpo, vel oſtẽtãdi ingenij, vel ẽt quæſtus gratia; ſępe quęramus; quàles ſuorũ tẽporũ Sophiſtas fuiſſe Plato deſcribit; cũ vel ipſe Paulus prophanas vocum nouitates, ſtultas quęſtiones, & genealogias ſuos vitare iubeat; nimiumque altercando veritatem plerunque amitti contingat.

Sextò, quòd veluti in Eccleſiaſticę pacis perniciem, in tot ſectas diuiſi ſimus, nempe in Albertiſtas, Thomiſtas, Scotiſtas, & id genus nomina ipſos magiſtros indicantia, quorum in verba iuramus, execrabile eſſe ducunt; eoque partium ſtudium, & diſſenſionum ardorem creuiſſe, aiunt, vt perenni Scripturarum fonte intermiſſo, ab his tãtum riuulis, aut etiam ciſternis diſſipatis, aquam petere populum cogeremus. Indeque præclara illa elogia, Angelicus, Magnus, Subtilis, & reliqua, quibus illos paſſim efferimus, dimanaſſe contendunt: Quæ ſane ſtudia, quàm indecora Chriſtianis hominibus duxerit Paulus, Corinthijs ſatis luculenter expreſſit.

Septimò perſtrepũt belli homines, & tãquã ignaui galli, vt ĩquit Plato, antequã vicerint, cantãt, & nos tãquã lęſæ maieſtatis reos accuſant, qui nimia Phyſicorum cõſuetudine vtimur, & præſertim Ariſtotelis, quem etiã

regnare in ſcholis noſtris,alijs exploſis,voluimus;eumq; in authoritatē tāquam Dei à ſecretis recepimus;& tamen Paulus ait, *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam.* Et alibi; *Stultam fecit Deus ſapientiam huius Mundi.*

Ex quo factum eſſe poſtremò,aiunt,vt non tam multos,Superis ipſis inuiſos gigantes, terra olim progenuerit,quot ſummo omnium opifici & parenti Deo rebelles hæreticos Scholaſtica ipſa Theologia tulerit. Quamobrem vniuerſam malorum coluuiem, quam hiſce calamitoſis temporibus, magno Chriſtianæ religionis incommodo patimur,eidem acceptam referri debere contendunt.

Hiſce, & multis alijs, non tam argumentis quàm maledictis, non tam rationibus quàm probris,non tam accuſationibus quàm calumnijs, labefactandæ Theologiæ gratia, imperitos adoleſcentes decipere, ac veluti quibuſdam præſtigijs ſeducere conantur.Quibus ego nūc pro officio meo ſigillatim reſpondere decreui. Etenim quanquam particulares artes, & ſcientiæ contra eos,qui ſua demoliuntur principia,diſputare, eorumq; rationes diſſoluere nequeant,ſupremæ tamen(cuiuſmodi Theologia eſt)cùm eorum confutare argumenta,tum aduerſus illos diſſerere,& planè certare poſſunt,præcipuè ſi in vniuerſum illi principia non negent.Quare,vt nonnulla aduerſus impios illos prioris claſſis prælibauero, tum demum in hos Thraſones,non tam tela noſtra intendam,quàm ipſorum retundam; daboque neceſſitudini,quæ inter nos Chriſti ſanguine parta eſt,& inſtituto meo,atque conſuetudini, vt rationibus argumentiſque tantùm, non probris & iurgijs,quàm fieri poterit,etiā planiſſimè īſtitutū opus abſoluā.

Rectè igitur priores illos quiſpiam Diaboli ſimiles exiſtimauerit, qui humani generis aſſertori,ac vindici,vt ſe deorſum mitteret, ſuadebat. Etenim,dum, Quæ ſupra nos,nihil ad nos; & Mortalia ſola curanda prædicant, quid aliud,quæſo, aiunt,quàm Mitte te deorſum? At contra Paulus clamat: *Quæ ſurſum ſunt,quærite,non quæ ſuper terram.* Quanquam enim fertur humanus animus in amorem & ſtudium omnium quæcunq; ſunt, maximè tamen auet ſuprema; quæ,& ſi pro ſua imbecillitate leuiter poteſt attingere, magis tamen oblectatur tam excellenti cognitione, quàm ea, quæ caduca hæc,ſibi propiora; & familiariora,plenius,& intimius perſcrutatur. Quod veluti typo quodam oſtendere mihi videtur Scriptura, vbi narrat Iacob adamaſſe magis, & deperiiſſe pulchram (quāuis ſterilem,) Rachellem, quàm fœcundam quidem(verùm non æquè formoſam) ſororem Liam. Et hæc fortaſſe eſt cæleſtis illa Platonis Venus, terrena Venere longe præſtantior: hæc celebris illa mors noſtra, animæ videlicet à corpore quouis, tam vtilis & fœlix diſiunctio; & per contemplationem cum ſempiternis numinibus copulatio. Quomodo igitur (ò curuæ in terris animæ), innatæ huic tam honeſtæ cupiditati noſtræ ſatisfactum aliquandò iri rectè putabitis, è medio ſublata omni rerum diuinorum Theoria, atque adeò ipſa Theologia? Quomodo non irridebitur natura,atque etiam diuina prouidentia,quæ hominem tanquam Proteum quendam,aut etiam Vertumnum propterea finxit, vt dum effici conatur ſenſibilia omnia ſentiēdo,& intelligibilia intelligēdo ſupremū tādē intel-

ligibile:

ligibile contẽplando euadat, in idque conuertatur. Neque.n.natura talem eũ finxisset, vt ea sola quæ infra illũ sunt, contemplaretur, atq; adeò in deteriora se verteretur: sic.n.eius finis, neutiquã præstantior illo esset: sed cogitandũ potius, id fuisse diuinæ prouidentiæ cõsilium, vt hoĩem propiora hæc entia primũ lustrare, in eorũq; formas verti voluerit, vt ijs veluti alis quibusdã instructus, & certo quodam lumine purgatus, atq; affectus, tum demũ ad superiora, & q̃ maximè ad primum, in cuius cõtemplatione eius sita est fælicitas & beatitas, facilè posset conscendere; Deusq; eminentiori quodam modo euaderet. Fit.n.ex intellectu, & intelligibili verius vnum, q̃ ex anima & corpore hoc, quod cernitis, iuuenes: id quo sanè vr̃ testari etiã Paulus, cùm ait: *Qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo:* & Dominus, *vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Quomodo igitur, Quæ supra nos, nihil ad nos; & curanda sola mortalia? Q̃uo nihil scire, vita non miserrima est, ac turpissima? tm̃ abest, vt sit fœlicissima. alioquin cur ille sapientiam Regnis præposuit & diuitijs? Cur Dauid, q̄ plura maioribus suis intellexerat, exultauit? Cur Solon, alter Atheniensium legislator, dicebat, referente Platone, *Discenti assiduè multa senecta venit;* Cur Theophrastus, nisi philosophandi causã naturam moriens accusauit, quòd tam exiguam vitam hominibus quorum maximè interesset dedisset? quod idem mihi & Magnus Hippocrates innuere planè videtur, cùm ait, *Ars longa, vita breuis,* & quæ sequuntur. Ineptè igitur quidam fælicissimos illos duxit, quibus prorsus licuit ab omnium disciplinarum cõmercio abstinere. Ergo ne Pythagoras, Plato & cæteri Philosophi, qui tam magnam Orbis partem, magnis vitæ incommodis, dispendijs, discendi causa, peragrarunt, nõ nisi vt miseri & infælices euaderent, ea incommoda subierunt? Atqui q̃uo ab Esaia, & Paulo, inter dona Spiritus sancti, sapientia connumeratur; & à Deo nos illam efflagitare docet Iacobus? Facessant igitur tam impij rabulæ: ac si qui sunt, qui à probè instituta republica improbos hoĩes honestatis gratia, & virtutis amore exegerint vnquã; hos non tam in Deũ iniurios, & Christianæ Religionis hostes, q̃ ẽt cuiusq; præclaræ philosophiæ aduersarios exigãt, hos exterminẽt, deperdant, ac penitus profligent; *Resecandæ sunt,* inquit, Hieronymus, *putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereãt.* Neque.n. *pectora tantis obsessa malis, sunt ictu feriẽda leui; sed immedicabile vulnus ense recidendum est.* Verùm religio, mihi credite, est cum his amplius agere; quare ad alios iam me conuerto.

Et primùm illos percũctabor, cùm ab vnitate ad numerum & multitudinem progrediendum esse natura doceat; cur increpandos Theologos arbitrentur, qui à Deo ad creaturas, tãquam per gradus, quosdam inferiores, pulcherrima methodo venustè descẽdunt? Nec me latet, à principio rei inchoandũ semper non esse, sed vndè quispiam commodè, & facillimè põt, discere, nempe à prioribus nobis, & magis notis: at verò, quid homini Christiano (quẽ præcipuè Theologus noster instituit) Deo Opt. & Max. notius & planè prius esse debet? Nonne in orthodoxa schola primũ id elemẽtum docetur: *Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?* Nõne,

Paulus,

Paulus, cùm ait: *Ignorantiam Dei quidam habent*, quosdam tanquam ἀναλφαβήτους, notat? Fortasse prophanis hominibus notiores sunt creaturæ. Verùm Christiano homini nihil pōt, aut notius esse, aut antiquius Dei notitiā, quam à cunabilis ipsis fide suscepit. Accedit, quòd vti Deus, seipsum cognoscens alia intuetur, ita Theologus noster, qui eum studet quàm maximè etiā referre, & oībus modis exprimere, à Deo ad creaturas, tanquā à montis vertice ad radicē descendit, & rursum veluti præpetibus pēnis instructus, in sublime se tollit; vt Theologię nostræ ordo similis sit motui primæ sphęræ, quæ ab Oriente in Occidentē cōuertitur: Philosophorū verò methodus orbibus planetarū, qui contrario ferè motu cientur. Quanquā diuinus ille Plato, eodē quo & nos ordine, interdū progreditur. Porrò aūt cùm non tā creaturas, q̄ creatorem in creaturis, tanquam in speculo Theologus cōtempletur: quæ tandem dementia est, hoc noīe, quod creaturas diligenter cōsideret, illum velle reprehendere? Adhæc, cùm naturalia sint diuinorum effectus, subiecta, & imagines; negari rectè non pōt, quin ad Dei notitiā vberius hauriendam quadantenus facere queant. Cumq; fides plurima nobis naturæ arcana, philosophis ēt antea inaccessa aperuerit; quid mirum si naturalium quoq; rerum cognitio in enodandis, explicādisq; fidei mysterijs, interdum humano ingenio ancillatur? Atqui Plato quoque, & Pythagoras olim, vt refert Simplicius, sic naturalia tractarūt, quatenus res diuinas participabant: nec.n. tam magnum chaos intercedit inter illa, vt commodè ab vna ad alteram classem transiri nequeat, mutuasq; sibi dare operas vtraq; non possint; quanquā Aristoteles nusquam vult à natura discedere, quin etiam dum assurgit, mauult, quæ naturam excedunt, per habitum naturalē speculari. Præterea, quō spinosæ illæ multorum hæreticorum de Deo sententiæ propter creaturarum inscitiam subortæ, commodè absq; creaturarum tractatione, aut succidi, aut euelli à Theologo poterunt? Iam verò nequaquam naturalis Theoria, sed diuina dicenda est hæc contemplatio, quæ diuino lumine illustrata creaturas ad Deum tanquam ad subiectum perpetuò refert, & speculatur.

Cæterùm cùm magnus ille Artaxerses, Persarum Rex, balbos & indisertos hoīes in colloquium, non solùm admittere, sed ēt accersire interdum soleret, vt maiore voluptate, disertissimos & facundissimos oratores postmodum loquentes audiret: ea est tamen aduersariorum importunitas, Auditores, & planè malus genius, vt eruditas aures ea voluptate frui aliquando nolint, dum illas non nisi Latinæ, aut etiam Græcę linguæ meras delitias, auscultare patiuntur. Sed agite, videamus, an rectè sordidos nos, & balbos homines vocent. Neminem sanè tam hebetis, socordisq; ingenij aliquando fuisse existimo, qui eloquentiam cum sapientia coniunctam, non magnopere etiam laudarit; quinimmo eloquentiam sine sapientia nimiū obesse plerunque, prodesse nunquam, teste ipso Cicerone, compertum est. Sed quemadmodum alia est eloquentia (inquit Augustinus) quæ senes, alia quæ iuuenes decet: (nec enim eloquentia ea dicenda est, quæ personæ non congruit eloquentis) ita alia est, quæ Theologum, alia quæ Rhetorem, quod ij minimè attendunt, decet. Siquidem Paulus, Se annunciare quæ à

Deo

Deo donata sunt nobis, *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis* affirmat. Et mox quasi miro artificio, aduersarios imperitiæ, & leuitatis nomine suggillans, *Spiritualibus*, inquit, *Spiritualia comparantes*. Perinde quasi eos hunc in modum amicè compellaret: Vestra sanè sapientia, fratres, humanis verbis explicari desiderat, quæ coloribus sunt picturata, numeris instructa, diligentia exornata: sed nostra, quam à diuino Spiritu haurimus, huiusmodi verba recusat; & ea, quæ sunt sine fuco, sine dolo, pura, simplicia, casta, inaffectata, à nobis requirit. His recondita illa Spiritus sancti arcana, non tam ego deprompsi, quàm alios etiam expromere volui; cui Cyprianus hunc in modum subscribit: *In iudicij contentione pro rostris, opulenta facundia, volubili ambitione iactetur; cùm de Domino, ac Deo vox est, vocis pura sinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, sed rebus.* Cùm igitur Theologus non ad Demosthenis, & Tullij officinam, & incudem, eloquentiam suam examinet ac probet, sed ad ipsam sanctarum Scripturarum simplicitatẽ, & puritatem, quæ etsi grandiloquium illum sonum non buccinent, sed exilem potius & infirmum; ea tamen introrsus maiestate & virtute, tanquam cælestes Sileni, & Spiritus sancti organa præditæ sunt, vt non tam præ cæteris rectius doceant, penitius delectent, facilius persuadeant, quàm etiam magnarum sint effectrices virtutum; vt per eas cæci videant, claudi ambulent, surdi audiant, & denique mortui excitentur: hæc, inquam, cùm ita sint, profectò non tam incultus, quàm simplex, non tam sordidus, quàm non affectatus, non tam exilis, quàm purus iure optimo meritissimoque Theologus vocandus est. Accedit, quòd non Latinos modò, & Græcos, sed Scytas, & Afros, sed sapientes & paruulos, eruditos videlicet, & ignaros, promouere, & instituere satagit: atque adeò illius dictionem, & phrasin omnibus accommodari, ac veluti rete in altum ad capiendum omnes extendi, operæpretium fuit. Adhæc, dum Philosophos expugnat; hæreticos deuincit, improbos coercet, bonos complectitur, neutiquã eloquẽtiæ vestræ viribus factum, sed mole & pondere veritatis fateri cogimur; vt quod Hieronymus de Scripturis, nos de toto Theologiæ genere dicere possimus; *Est in verbis simplicibus semper sensus augustior*; & quidem quò minus verborum illustrium, hoc grauiores sententias; quò minus foliorum, hoc fructuum vberiorem copiam habet; quò in cortice crassior, hoc in medulla suauior, *Et si imperitus sermone*, inquit Paulus, *non tamen scientia*. Postremò, vt à Poetis & Oratoribus verborum splendor, à Philosophis naturæ cognitio, ita propemodum à Theologo integra Christianæ pietatis sententia, rectaque ad bene, pieq; viuendum præcepta tantum petenda sunt: hæc vt exhibuit, suo ille functus est officio, nec potest eloquentia ab eo prudenter desiderari, sicut nec ab olea ficus, nec à vinea mala. Cæterùm sapientissimè Plato, *Cùm de re agitur, frustra* (inquit) *elegantiam, aut ruditatem verborum attendimus.* Et Boetius; *In his scriptis, in quibus rerum cognitio quæritur, non luculentæ orationis lepos, sed incorrupta veritas exprimenda est*. Quare iniqua est horum querela, Auditores, quam & grauissimis argumentis olim maior Picus planè reiecit

cit, ac diluit; quæ nos in præsenti (ne acta ageremus) minimè attigimus, paucis his nostris abundè vobis satisfactum iri existimantes.

Proinde si sapientum mos est, *Verba onerare sententijs*, vt Lyconiensis iampridem monuit, quæ (vt inquit Plato) natatorem, qui se ad profundū vsq; immergat, desiderant; minimè mirum est, si tam præclara, reconditaq; Theologiæ mysteria verbis licèt quàm maximè illustribus explicata, tñ hominibus hisce tardis & mollibus obscura videantur. Quanquã & Simplicius Veteres obscurè, & inuolutè illorum dogmata scripsisse testatur, vt imperitum vulgus, & hoïes tardos, ab eorũ lectione arcerent, & procul amouerent. Et de Aegyptijs simile quid Iamblicus quoq; refert. Et Religionis nostræ Principibus datũ fuisse in Euãgelio, legimus. Dei secreta altius haurire, & penitius rimari, cæteris verò primis tantùm labris, in parabolis videlicet, degustare. Etenim si oïa æquè nota essent oïbus, ac perspicua, quid experientia, industria, studio, exercitatione, quid deniq; Spiritus sancti imploratione, cuius afflatu, vt ait Petrus, tam sublimia hauriũtur & explicantur, opus esset? Quid pastores, & doctores, aut ẽt matrem nostrã Ecclesiam cõsuleremus? Vt interim fusius ne prosequar, quod Augustinus summarim docet, obscuritatẽ hanc, videlicet in sanctis Scripturis, Theologicisq; dogmatibus, *Diuinitus esse prouisam, ad edomandam labore superbiã, & intellectũ à fastidio reuocandum, cui facilè inuestigata plerunque vilescunt.* Igitur (vt breuiter absoluam) cùm Deus lucem nobis habitet inaccessibilem, sitq; modis oïbus incomprehensibilis, atq; ineffabilis, nõ põtà Theologo tam clarè de illo, tamq; dilucidè agi, quin captum nostrum semper altius supergrediatur. Quare, & si pulcherrima est Scholasticæ Theologiæ methodus, q̃ superuacanea vbiq; reijcit, necessaria non admit, cũcta instar boni coqui instar, vt ait Plato, in articulos rectè dissecat, aptè diffinit, & exactè demonstrat: fieri tñ nequit, ob subiecti amplitudinẽ, atq; præstantiã, vt cum ad mõtis verticem cum Moyse venerit, non adhuc caligine perfundatur, vt semper hic verum sit, quod Dionysius ait: *Deo tanquam ignoto coniungimur*, vt potius imbecillitas nostra, quàm artis industria culpanda videatur.

Iam verò cùm nos sophistas, & litigiosos vocant, modestiã suã produnt, & quidẽ si de Asini (quod aiunt) vmbra, Auditores (quẽadmodum illi factitare solent) disceptaremus, profectò sophistas nos, & litigiosos meritò vocarent: at cùm de amplissimis tum diuinarum reiũ, tum naturæ secretis, ex his quæ diuinitus, vel ẽt humanitus edocemur, nõ solùm affectiones & proprietates venari, verùm ẽt causas, & naturas disquirere, non in vulgi, aut puerorum theatro, sed in Theologorũ coronis, in consessibus sapiẽtũ, mutuis congressibus, & inuestigationibus, cæterisq; Scholasticis exercitijs, quibus rerum veritatem, cùm ex Democriti puteo, tum ex antro Heracliti, eruere sæpe solemus; non sophistas, sed cãdidatos, non litigiosos, sed diligẽtes, nõ morosos, sed perspicaces existimare debuissent. Accedit, ꝙ sicut gymnastica, corpora reddunt firmiora; ita palęstra litteraria ingenij vires fiũt vegetiores, atq; ẽt vnà cum litteris natare, hoc est, non tã leuiter, vt illi effutire, sed ad multa prius respicere, & exactius singula perpendere, iuuenes nostri addiscunt. Postremò huc nos Porpyrij, Celsi, Libanij, Iuliani, multorumq;

torumq; cùm Philosophorum, tum Rhetorum argumēta, atq; cauilli; huc Arrij, Sabellij, Nestorij, cæterorumq; hæreticorū pertinacia, & procacitas cōpulerunt; vt intermisso plano illo, & splendido Theologiæ genere, quo maiores nostri vti solebant; acutū, breue, & acre genus istud, multò sanè ad cominus cū illis pro veritate pugnandū promptius, atq; efficacius, complectéremur: atq; adeò (proh dolor) altera tm̄ manu, tēplum Dn̄i ædificare, altera verò nos liberosq; nostros, breuibus hisce pugionibus, ab iniquis hostibus defendere cogeremur: *Quorum etiam improbitas*, inquit Athanasius, *contra insolentes quæstionum illorum nouitates, rebus immutabiliter permanentibus, nominum vocabula mutare, & significantius rerum naturas exprimere nos adegit.* Ergo non prophanas vocum nouitates sectamur, vt calumniantur, cùm Scripturis sacris ea quæ docemus, nō aduersentur; nec multum altercando veritatē amittimus, q ordine & modo, inter nos disceptationes nostras absoluere consueuerimus. Non minori ēt leuitate feruntur, cū nos in multas non tam classes quàm sectas, contra Pauli præceptū, diuisos esse affirmant. Nam si de Christianæ pietatis sacrosanctis dogmatibus hæc de nobis asseuerant, pura hæc est calumnia, & mera impostura; si verò de Naturæ contēplationibus, aut dialecticis, vel ēt metaphysicis loquātur, profectò non tam nos, quàm disciplinarū oīum professores accusant: quorū ēt modestissimi inter se neutiquā videntur cōuenire: præcipueq; Philosophi, qui ab ipsis quoq; Philosophiæ incunabulis, aut inquirendæ veritatis gr̃a, aut ob eorū, à quibus instituti fuerāt, beneuolā obseruātiā, diuersa & planè contraria, non absq; consilio tn̄, & rōnibus, vti ferè vulgus solet, sequūtur:

Tres, mihi conuiuæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario, multum diuersa palato.

Atqui non quéuis temerè doctorem, & citra delectū, quisq; nostrum sibi sequendū proponit; sed præcipuū quendā, & classicū, qui eruditionis splēdore tm̄ reliquis præstet, quātū Sol syderibus oībus. Vt.n. (quod ait quidā) plures vrbes perlustrasse pulchrū est, vnam verò optimā incolere expedit; ita plures authores perlegisse, prodest; vnus tn̄ habēdus familiaris, qui cæteris præstet: Alioquin peregrini est multa habere hospitia, & paucas amicitias; & fastidientis stomachi est multa degustare. Nec in præceptoris verba iuramus, quemadmodum veteres Pythagoricos factitasse legimus, quibus *αὐτὸς ἔφα*, pro rōne habebatur. Nos.n. cum Augustino solis Canonicis libris hunc honorē rectè deferimus, vt neutiquā quæ inde efferuntur, ad ingenij nostri trutinam, vel eruditionis nostræ cotem quouis modo probari patiamur. Reliquorum non tam authoritati, quàm rōnibus; non tam nomini, quàm probè expositæ veritati, quod rectè consulit Arist. assentiendū putamus: Quibus ob insignem doctrinā, qua de Christiana Republica benemeriti semper existimati sunt, tm̄ authoritatis tot seculis Catholica Ecclesia detulit, vt eorū aliquos, præcipueq; Aquinatē Thomam, quem ego sequor, publico edicto probarit; eorumq; testimonia clarissimi quique viri, quoties cōmodum est, minimè citare grauantur. Nil igitur mirū, si eos secundo loco colimus, suspicimus, efferimus, ac veluti patronos nostros veneramur, per quos tanquā Dei à secretis, & fidos illius interpretes, ad san-

ctarum

ctarum Scripturarum hauriendam intelligentiam, spretis (vt par est) hæreticorum, & vanissimorum hominum commentis, Christianum populum, splendidis illis titulis, quadantenus, eorum merita, & amplitudinē indicātibus, non tam accersimus & inuitamus, quàm ēt iuxta mandatū Dñi, compellimus. Sed accurrite nunc oēs augures, aruspices, nouum portētum conspicite; nimia est cum Philosophia Theol. Scholasticis affinitas, & necessitudo; quam tamen Paulus passim irridet & vetat. Hîc Auditores, non depromam, Paulum Philosophorum, atq; Poetarum testimonijs interdū vsum fuisse. Non excutiam veterum Theologorum scripta, quæ fusius Hierony. docet, Philosophorum sententijs passim esse referta. Non hîc Augustinum commemorabo, qui Scripturarum exēplis ad philosophiæ, historiæ, cæterarumq; bonarum artium studium nos adhortatur. Prætereo Gregorium Nazianzenum, qui philosophiæ etiam laudes summa eloquentia alicubi persequitur; vno tantùm Pauli testimonio peregregio, atq; clarissimo aduersariorum procacitatem retundam, qui Philippenses suos instituens, nō tantùm nudum Euangelij corticem, quod tunc fortè nullum scriptū erat, sed *quæcunque vera, quæcunque pudica, quæcunq; sancta eos cogitare* monet. Proinde, si philosophia est, sapientiæ aut cōparandæ, aut retinendæ studiū bonitatis, amorisq; diuini erga nos, monimentū præcipuū; profectò quæ ab ea proficiscuntur, non nisi casta, vera, & sancta, Christianæque pietati prorsus cōsentanea esse necesse est: vero. n. verum vbiq; consonat. Quamobrem iure Augustinus: *Illud quidem* (inquit) *quod veritas patefacit, libris sanctis, siue veteris, siue noui Testamenti, nullo modo potest esse aduersum*. Qui igitur Philosophiæ studia aliquid, quod Religionis nostræ officiat, secum afferre putant, vehementer, mea quidem sententia, errant. Veritatem enim vtraq; studia sectant. Quæ tñ ita inter se vident discrepare, vt philosophia naturæ lucernā vbiq; oleat; Christiana pietas diuino splēdore semp effulgeat; hæc. s. splendidissimis orta natalibus, in summū ipsum cælitum genus suum proximè refert; illa vel à maioribus nostris rerum causas præ admiratione scrutantibus, vel à Theuto illo Platonis Dæmone est adinuenta, quā nostra verè libera, atq; oīum disciplinarum domina, in famulitium, nō sanè indiga, sed nostra tñ causa interdum accersit, vt veluti per eius manus, rude quoddam simulachrum effingat, quod ipsa postea perpoliat & absoluat. Et non hoc quidem cùm nos in Christi militiam primùm conscribit: (tunc. n. *non subtilitate argumentorum de industria Dialecticæ artis venientiū*, vt inquit apud Athanasium Probus, *sed puris, simplicibusq; Scripturæ documentis robustius fulcienda est*) verùm vt olim receptam, penitius modò intelligamus, & intellectam fortius ab improbis hoībus defendamus. Quāobrem illa oīa, quæ Philosophia, vel de natura sapienter definit, vel de moribus prudenter differit, vel de Metaphysicis subtiliter disputat, nō solùm à Theologo nō sunt aspernanda, quin potius illustranda & comprobanda. Neque. n. naturā Fides nostra auersatur, sed perficit, sed euehit. Atqui erroris illorū qui Philosophiæ studiū vituperant, cām hanc ego esse existimo, ꝙ quicquid ab Aristotele, aut ēt à Platone, qui Philosophorū præcipui nō iniuria cēsentur, quorū pleraq; dogmata sacrosanctæ Religioni nostræ aduersari

uersari perspicuũ est, aut enucleatũ, aut assertũ fuisse intellexerint, mox, tãquam è Philosophiæ penu, atq; etiã sinu prodijsse arbitrantur. Sed, vt hos Philosophos interdũ errasse, nemo Christianus iuit inficias, ita non tam vt Philosophiæ sectatores, & studiosos, q̃ vt ab ea deuios, & profugos hallucinatos fuisse certo certius intelligimus. Nec Paulus eam, quæ vera Philosophia est, vetat, sed eã, quæ circũforanea, & circulatoria, idest, quæ sapiẽs, non tam esse, quàm videri cupit; cuius professores fuisse vtrunq; Hippiam, Protagorã, Prodicum, Eutydemum, & alios cõplures antiquitas ipsa prodit. Et vbi stultam illã appellat, vel ad diuinam nostram sapientiã eã confert, vel profectò, si quando extra naturæ fines egressa diuinã ridicula oppugnare audet, hac nomẽclatura notat. Cur aũt præter cæteros Philosophos, Aristotelem Theologorũ scholæ suspiciant, vel ipsis scholarum tyronibus rõnes in promptu sunt; ac nonnisi is hæsitare posse mihi vr, num rectè hoc fiat, qui illius Philosophi in eruendis naturæ arcanis industriã, in statuẽda veritate robur, in cõfutandis aduersarijs copiam & vim, in diuidẽdis illustrandisq; scientiarũ generibus ordinẽ & diligentiã, in tractandis illis (vbi esse cõmodum arbitratur) facilitatẽ, & perspicuitatem, in verborũ demum obseruanda proprietate perpetuam rõnem, non obseruauit. Atqui & illud postremò, attentius atq; penitius erat eisdẽ aduersarijs nostris considerandum, multos atq; eosdẽ insignes admodũ hæresum expugnatores, ex ipsis Philosophorũ scholis tẽporibus oĩbus prodijsse: in quibus, Basilios, Gregorios, Cyrillos, Didimos ex Græcis; & ex Latinis Cyprianũ, Hieronymũ, Augustinũ, & Thomã proferre facilè possumus, innumerabilibus penè alijs suppressis, quorũ memoriã, nulla vnquã delebit obliuio, non Iouis ira, non ignis, nec poterit ferrũ, nec edax abolere vetustas; ex quibus fuisse Theologos Scholasticos aduersus hæreticos, vnanimes cõspiratores, lõga tot seculorum serie, nemo doctus est, qui non fateatur. Neque prætereundum profectò est, aduersus hoc genus homines, multò plures hæreticos ex Grãmaticorũ pedagogijs, ex Rhetorum foro, & Poetarũ theatris, quàm ex ipso Philosophorũ cõuentu egressos semper fuisse. Nostra hæc infœlicia tẽpora, quod dico, satis ostẽdũt: quibus tot Ecclesiasticæ pacis pertubatores ex ipsis Prisciani, & Demosthenis Scholis, tãq̃ dato sibi inuicẽ signo, aduersus ecclesiã irrupisse cernuntur. Et veteres maiores nostri hæreticos ferè oẽs illorum tẽporũ, mirũ in modũ dicẽdi copia, & arte p̃stitisse testãtur; sic Cornelius Nouatũ, Augustinus Cresconiũ, Donatũ, Parmenianũ, Faustũ, Cyrillus, Iulianũ, Vicẽtius Lyrencẽsis, Photinum, Apollinarẽ, & nõnullos alios, Nicolaus Cusanus Meemetũ, disertissimos, eloquẽtissimosq; fuisse scribũt. Quare manifesta calumnia est, quæ ecclesiæ dissidia & cõtrouersias Theologiæ Scholasticæ adscribit; cũ illa oẽs suas opes, & vires eò cõferat atq; intẽdat, vt nõ tm̃ hæreticorũ spinas, & tribulos veritatis falce succidat (qđ vetus quoq; Theologia præstitit) verùm etiam, veluti apposita manu, euellat, ne repullulascere vllo tempore amplius possint.

Accusat tamẽ D. Hierony. Iouinianum, & alios quosdam tanquam elinguas, & prorsus infantes.

Iam verò, amici, finem huic argumẽto, trita illa Phauorini sententia, imponere libet; *Præstat à vobis grauiter, & supra modum vituperari, quàm frigidè, & exiguè laudari.* sic. n. nemo nõ hostes nostros palàm vos esse dignoscit.

Quare

Quare demũ ad vos me verto, præclara ingenia, quibus in tam copioso argumento, Laconica hac, & planè eôcisa oratione, aliqua ex parte consulere studui: hisce nouis Momis, & atris delatoribus nostris aures occludite, sacramq; Theologiã nostram, cum primis præstantissimam, siue natalium splendorẽ, siue subiecti amplitudinem, siue certitudinis firmitatẽ, siue methodi pulchritudinẽ, siue dictionis simplicitatem, siue rerum copiam & maiestatem, siue demum finis excellẽtiam spectare libeat, suspicite, complectimini, fouete. In qua quisquis vestrũ præter ea vel antidotũ aliquod aduersus mundi illecebras, & antiqui Serpentis virus, requirit, vel residem & elanguescentem animum excitare vult & roborare, vel vitam suam componere, probeq; instituere; hæc, inquam, cumulatissimè reperiet. *Nulli* (inquit Cicero) *satis eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt*. Turpe sanè est ingenuo viro, qui in baptismate Christo Domino nomen dedit, & bonarũ disciplinarum studijs se addixit, non de Deo, de Trinitate, de Christo, de Sacramẽtis, de Vniuerso, de Angelis, de Homine, deq; alijs tam sublimibus, tamq; præclaris rebus rectè prudenterq; cùm sentire, tum disserere, intra Ecclesiam posse: Intra Ecclesiam, inquam, catholicam, & orthodoxam, extra quam quisquis de his rectè, aut sentire, aut etiam loqui posse se putat, aut etiam salutem se consecuturum sperat, is planè cribro aquam haurire parat, & Isthmum rursum fodere tentat. Hęc nimirum noster Oedipus est, & Samsonis vitula, in qua quisquis arare negligit, Theologica problemata nullo vnquam tempore dissoluere potuit, aut explicare. Non vos, Iuuenes præstantissimi, inanes voces decipiant; nõ vos breui peritura voluptas abducat, non vos tantilli studij labor absterreat. Comitẽ me vobis huius itineris exhibeo; Ducem verò Aquinatem Thomam, nõ minus inter Sanctos doctissimum, quàm inter doctos sanctissimum: Quem longè præcurrere, & anteire signiferos, & antesignanos omnes, quos in hoc scribendi genere suspicimus, cùm eruditi omnes consentiunt, tum illius monimenta maximè probant. Sine huius auspicijs (credite, quæso) quisquis tantum iter ingreditur, nihil aliud quàm sine pennis volare nititur. Huius quãquam omnia, quæ reliquit, venustè admodum, accurateq; & pulcherrimo ordine cõscripta sunt: quam tamen de Angelis in priori parte Summę commẽtationem egit, eiusmodi, mea sententia, est, vt cùm in reliquis omnes vicerit, in ea seipsum quoque vicisse videri possit, siue multitudinem quæsitorum & rerum pulcherrimarum copiam, siue doctrinæ subtilitatem, & dispositionis ordinem, siue demum rerum perspicuitatem, roburq; spectemus.

Hanc pro delati mihi muneris functione, hoc anno fœlicibus auspicijs interpretandam suscepi; quam vt rectè assequi mecum possitis, nec à vobis studio, & exercitationi, nec à me diligentiæ, & labori parcendum est, non ad inanem quidem gloriolam captãdam, aut curiositatis cuiusdam gratia, sed primæ tantum Veritatis pulchritudine allecti; quæ postquam nobis hic, veluti in ænigmate, D. Thomæ industria sese prodiderit, in patria demum cùm sanctis illis Spiritibus, reuelata facie, beatos, & planè fœlices per seipsam perenniter reddet.

FINIS.

